
C 33156
9(43)
D 81



HIST.

C33156
9(43)
Q81

11ª = 5721

~~67 – 9~~

~~[illegible]~~

Caix. 141.
DRESS.
HIST.
V

Cax. 141.
DRESS.
HIST.
V

FLL
33156

78-7

BIBLIOTECA DE FILOSOFIA Y LETRAS
MADRID

9(43) N
581

R-140680 Dresser, Matthaeus

De præcipuis

GERMANIAE URBIBUS PENE DVCENTIS

Matthæi Dreſſeri

ISAGOGES HISTORICÆ

Pars Quinta.

33156

Adjunctum eſt Programma de profeſſione hiſtorica: item Orationes tres in Acad. Lipſ. habitæ.

INDICEM VRBIVM INveniet Lector poſt Epiſtolam dedicatoriam.



16 o6.

LIPSIÆ.
CVM PRIVILEGIO.

Illuſtriſsimo Principi ac Domino,
Dn. PHILIPPO IV-
LIO, DVCI STETINI, PO-
meraniæ, Caſſuborum & Henetorum,
Principi Rugiæ, Comiti Gutzcoviæ,
Domino Leopurgi & Bythoviæ,
Domino ſuo clemen-
tiſsimo.

BIBLIOTECA ... MADRID

ILluſtriſſime Princeps, PHILIPPE IVLI, Domine clementiſſime, non poſſum nec debeo diſsimulare ſtudium meum quod in tuam Celſitatem habui ab eo tempore, quo primum in hanc Academiam ingreſſa eſt, & benevolentiam ſingularem atque eximiam in me declaravit. Etſi autem memorem gratumque meum animum nulla re Celſitate tua di-

gna demonſtrare poſſum: tamen quæ eſt tua in eos, qui literas bonas profitentur, æquiſsima voluntas, non aſpernaberis hoc quod defero opuſculum de vrbibus Germaniæ præcipuis, in hac ætate ingraveſcente à me compoſitum. Brevitate quidem conſtat minimè faſtidioſa, quemadmodum mihi videtur, ſed fortaſſe lectoris deſideriũ & expectationem minimè explente. Cauſa autem quæ me, ut hanc poliographiam ſuſciperem, commovit, duplex eſt, una quidem jam dudum incoatæ à me Iſagoges hiſtoricæ continuatio, quæ urbium quoque aliquam deſcriptionem, vel potius deſignationem requirit, quam à me multi ſpe non parva hactenus expectarunt & flagitarũt. Ac mirum eſt in omni genere artium & literarum copiam ac varietatem quandam ſcriptorum extare, in hac verò parte nullius penè laborem hactenus verſatum eſſe. Quid enim de urbibus Germaniæ, vel imperii, quod quidem eruditionis ſolidæ aut induſtriæ

ſtriæ aliquam laudem habeat, memoriæ & literis proditum eſt? Fateor equidem me, ſi quicquam reperiſſem ab ullo elaboratum ſatis & editum de hoc argumento, nunquam animum ad ſcribendum de urbibus appellere voluiſſe. Ipſum urbium theatrum inſigne & ſpectatu digniſsimum opus icones ſive effigies expreſſas urbiũ complectitur, deſcriptiones verò ſolidiores in eo deſiderantur. Hæ ſi acceſſerint: næ opus futurum eſt, quo ſol vix vidit nobilius & amplius.

Altera cauſſa quæ me ad contexendam hanc urbium hiſtoriam impulit, eſt hiſtorica profeſſio in hac Academia, & hiſtoriæ Saxonicæ ſcriptio peculiariter à ſereniſsimo electore, & Illuſtriſsimis principibus Saxoniæ mihi mandata. In hac dum, quemadmodum debeo, ſedulò diligenterq́; laboravi, multa occurrerunt, quæ ad urbium deſignationem ſpectarent. Talia igitur dum noto & colligo, adjumenta quædam ad opuſculum hoc meum

naćtum me eſſe exiſtimavi. Hæc ſecutus ſum, & alia etiam adjicere ſtudui, quibus ornari & locupletari illud potuit. Interim verò multa indies penè deſideravi, quæ omnib. veſtigiis indagavi quidem, ſed eruere è tenebris non potui. Imploravi opem multorum, ſed fruſtrà. Pleriq; enim vel incendiis deperdita eſſe monumenta ſuæ Reip. vetera, vel nihil in actis ſe reperire reſponderunt. Pauci inventi ſunt, qui aliquid opis aut præſidii tulerint. Eminet inter hos maximè magnificus dominus Caſpar à Mezerad capitaneus provinciæ Luſaticæ, omni laude ſapientiæ & eruditionis cumulatus. Et D. Hieronymus Treutlerus tam juris quã omnis liberalis doctrinę peritiſsimus, fiſci advocatus regius. His enim accepta refero quæ de Luſatiæ ſuperioris urbibus, hexapolios nomine comprehenſis in hoc libello poſui. Ita autem ſe res habet, ut ſatis muneri ſuo feciſſe videatur is, qui quantũ conniti animo poteſt, quantum labore contendere,
ſtan-

tantum præſtat & efficit. Etſi igitur incoatum, mancum, & adumbratum tantummodo eſt hoc meum opuſculum, tamen curæ & diligentiæ meæ documenta non obſcura præbet. Neq; contemnendum eſt ſtudium ſequendi rem difficilem, etiamſi facultatem minus conſequaris.

Quemadmodum autem conſilium meum in contexenda Iſagoge hiſtorica non fuit, omnia accuratè perſequi quæ ad hiſtoriam juſtam pertinent, ſed ſummas tantum rerum, & ſeriem temporum ſub uno aſpectu ponere conatus ſum: ita in hac etiam quinta illius operis parte non tàm copia quàm modus mihi quærendus fuit. Deligenda igitur ex multis pauca, vel excerpenda potius ex his ipſis ea mihi fuerunt, quæ aliena inſtituto meo non eſſent. Interim tamen adjicere quæ uſus quotidianus ſuppeditare ſolet, non deſiſtam, ut locupletior aliquando hic liber evadat. Si verò ætas mea affecta, & vires infirmæ id minus ferent, ſpe-

rabo alium hoc exemplo meo incenſum operam illam ſuſcepturum, & poliographiam uberiorem eſſe prolaturum. Vitavi porrò de induſtria quæ odioſa aut invidioſa fuerunt viſa. Et ne vel verbum inſolens, vel particula ulla poneretur, qua offendi vel ſuboffendi ſaltem quiſquam poſſet, accuratè cavi. Quò ſanè æquius eſt lectores etiam ſine amore, & ſine cupiditate, rurſusq; ſine odio & ſine invidia judicare.

Opinionum ſeu novorum commentorum cauſſam non quæſivi, ſed receptas & probatas ſententias ſequi malui. In uſitatis enim & mediocriter inventis acquieſcere ſemper tutius eſt, quàm æſtu quodam ingenii ad nova commenta abripi, quę nec ſcienti proſunt, nec ignoranti obſunt. De gentis Miſnicæ origine & appellatione fateor me nonnihil de opinione, quæ hactenus uſurpata eſt, diſceſſiſſe, nullo tamen ſtudio ab aliis diſſentiendi, multò minus cum ullo contendendi. Nec me piget liberè profiteri, per quę in hanc

men-

mentem inductus ſim: quanquam rationibus magis quã autoritate permotus fui. Non n. aſſentiri poſſumus, multò minus debemus Gallico ſcriptori Genebrardo, qui nos Chamitas, h. e. Chami maledicti poſteros eſſe comminiſcitur. Sed argumenta certa ſunt, quę nos confirmant, ut credamus non adventitios populos nos eſſe, ſed nativos Germanos, Miſnẽſes, Saxones, Pomeranos. Autor verò, cuius veſtigia ſecutus ſum in hoc genere, David Peiferus eſt, trium Septemvirûm Saxoniæ cancellarius, cuius ea erat eruditionis & ſapientiæ copia, tum judicandi vis atq; facultas, ut neq; dictum neq; factum illius ullum potuerit eſſe obſcurum aut reprobandũ. Huius ductu didiciquoq;, Duringos minimè à Tyra Sarmatiæ fluvio oriundos eſſe, ſed ab Hermunduris, qui Suevi Germani fuerunt, dictos eſſe. Adhibuit in his omnibus ſuũ etiam judicium Polycarpus Lyſerus, theologus ille & eccleſiaſtes aulæ Saxonicę, quem canonem eſſe taliũ meo-

rum ſcriptorum libenter patior, propter uſum atq; prudentiam, quam ſexercitatione longa conſecutus eſt. In Germanicæ dignitatis aſſertione contra Bellarminum nonnulla diſputavi, quæ non à Pontifice Ro. ſed à Cæſare Conſtantinopolitano ſive Romano Imperatoriam majeſtatē in Germaniam infuſam eſſe demōſtrent. Quæ puto tantum roboris & firmamenti habere, ut nulla ſophiſtica labefactari queant. Orationes eas adjeci, quæ de tua Illuſt. Celſitate habitæ & ſcriptæ ſunt in hac Academia, ut in animis & memoria noſtra largius relinquātur. Quod cum amore & ſtudio in Celſitatem tuā ſingulari fiat, non aliter accipies quàm ſpes in clementia tua eximia collocata me obtentat. Id verò poſtremo hoc loco amanter etiam atq; etiam oro, ut ſicubi aberraſſe à vero ulli hominum videor, ingenuè libereque admonear. Non certè committam, ut me meus delectare videatur error, ſed ut corrigatur, quicunq; ille eſt, curæ mihi erit.

Quod

Quod reliquum eſt, hoc quicquid eſt laboris, operæ, & commentationis tuæ Celſitati illuſtriſſimæ, Philippe Iuli generoſiſſime, dedo, mancipo, addico, deſtino, etiam atq; etiam ſummiſſè orans, ut pro tua commemorabili clementia benignè accipias. Et quia aliud quod referam nihil ſuppetit mihi, polliceor ac ſpondeo me debitæ ac meritæ gratiæ loco preces ad Deum ſedulò profuſurum eſſe, ut felix & ſalutaris ſit inclytæ tuæ celſitatis gubernatio, floreat eccleſia, vigeat Reſp. & in omnibus partibus ducatus tui pax & tranquillitas ſervetur. Lipſ. Calend. Maij anno 1606.

Tuam Celſitatem

Summiſſè colens & ſuſpiciens

Matthæus Dreſſerus
utriuſq; linguæ & hiſt. Prof. & electoris principumq; Saxoniæ hiſtoriographus.

INDEX
Continens nomina urbium.

A.

ACa 107
Adorſum 108
Aicha 109
Ala 110
Aldenburgum in Miſnia 111
Annæberga 115
Aquiſgranum 119
Argentina 124
Auguſta 129
Aurobachum 135
Auſsigia 136

B.

Balinga 137
Bamberga 137
Baſilea 141
Batavium 147
Belgera 149
Berlinum 150
Biberacum 151
Biſchoffsvverda 152
Blaubyra 153
Bopſinga 154
Brandeburga 154
Brema 158
Brunſuiga 160
Buchavia 169
Budiſsina 170

C.

Calva 177
Camencia ibid.
Campidonum 178
Canſtadium 179
Carlſtadium ibid.
Caſſella 180
Chemnicium ibid.
Cizium 188
Coburgum 189
Coldicium 190
Colmaria 191
Colonia 192
Conſtantia 196
Curia 199

D.

Delicium 200

Dinc-

Dinckelſpyla 200
Dippolſvvalda 201
Dobela ibid.
Dreſda 202
Düben 222

E.

Einbecca 222
Elboga 224
Elvvanga ibid.
Erfurdia ibid.
Eſlinga 248

F.

Francofurtum ad Mœnum 249
Francofurtum ad Oderam 251
Frauenſteinum 254
Freiſtadium 255
Friberga Miſniæ 256
Friburgum 267
Friburgum Briſgoiæ ib.
Friſinga 268
Fulda ibid.
Fürſtenberga 269

G.

Gamundia 269
Gera 270
Geroltzecca 272
Gienbachium ibid.
Glaucha 272
Glogovia ibid.
Gœppinga 274
Goltberga ibid.
Gorlicium 275
Goſlaria 277
Gotha 278
Göttinga 285
Grima 287
Groiza ibid.
Gryphiſvvalda 288

H.

Haganoa 288
Halberſtadia 289
Hala 294
Hala Saxonum 296
Hamburga 304
Hannovera 313
Hailbrunna 315
Hayna 316
Heidelberga 318
Helmſtadium ibid.
Herbipolis 319
Herrenberga 328
Hildesheimia ibid.
Hirsfeldia 330

I.

Iena 330
Ilenburgum 342

Ingol-

Ingolſtadium 332
Iſenacum 334
Iſena ibid.
Iſlebia 343

K.

Kauffbayra 347
Kitzinga ibid.
Königisberga 348

L.

Lauinga 349
Laubanum 351
Leiſnicium 352
Leukirchia 353
Lignicium ibid.
Lindavia 354
Lipſia 355
Lobavia 392
Lomacium 395
Lubeca 396
Lucca 401
Lunæburga 403

M.

Magdeburga 409
Mansfeldia 435
Mariæberga 435
Maulbrunna 436
Meininga ibid.
Mellerſtadium 437
Memminga ibid.
Mergethum 438
Merſeburgum ad Salam 439
Metis 446
Miſna 448
Montfortum 452
Moguntia 453
Monachium 457
Meckelnburgum 458
Mülberga 459
Mülhuſium 459
Mümpelgardum 464

N.

Neuſtadium ad Orlam 465
Norimberga 466
Northuſia 478
Numburgum 486

O.

Offenburgum 493
Olſnicium ibid.
Orlamunda 494
Oſſatium 495

Pega-

P.

Pegavia 495
Penica 497
Phorca 499
Plaua 500
Praga 501

R.

Ratisbona 506
Rauenſpurgum 509
Regius mons 510
Reutlinga 511
Rochlicium 512
Roſtochium 522
Rotenburgum 526
Rœte ibid.
Rotvvila ibid.
Rufvinum 528

S.

Salingeſtadium 528
Salisburga 529
Salza 531
Schafhuſia 534
Schilda 536
Schmideberga 539
Schorndorfium 540
Senfitenberga 541
Sleuſinga 536
Smalcaldia 542
Sneberga 544
Soltvvedela 547
Spira 548
Stetinum 551
Stolpena 553
Strausberga ibid.
Stutgardia 554
Suinfurtum ibid.
Sundium 559

T.

Taucha 561
Tenſtadium ibid.
Tetſchena 56[illegible]
Tigurum ibid.
Toplicium 568
Torantum ibid.
Torga 569
Treviris 572
Tridentum 574
Tubinga 575

V.

Vallis Ioachimica 578
Vberlinga 579
Vienna 580
Vlma 585
Vratiſlavia 587

VV.

VVangena 592
VVeiblinga ibid.

VVeida

VVeida 592
VVerda 594
VVila 596
VVimaria 597
VVimpina 600
VVinida 601
VVinsberga ibid.
VVirtemberga ibid.
VViteberga 602
VVormatia 618
VVurzena 622

Z.

Zanau 623
Zigenruccum ibid.
Zittavia 624
Zorbiga 628
Zuickavia 629.

GER-

Programma.

SEmper mihi ante oculos obverſatur profeſſionis amplitudo, quæ mihi in hac Academia commendata eſt. Non enim autorum tantùm linguæ Latinæ & Græcæ interpretatio mihi impoſita eſt, ſed hiſtoriarum etiam tractatio commiſſa. Vtriuſq; partis memor autores hactenus enarravi optimos & ſelectiſſimos quoſq;, Ciceronem imprimis, tum Cæſarem & Saluſtium de Latinis, de Græcis verò Homerum, Demoſthenem, Lycurgum, Sophoclem, Euripidem, Plutarchum, Heſiodum: in quorum explicatione non modò ſermonis facultatem & copiam monſtravi, ſed conſilium etiam inveniendi, collocandi, & eloquendi, cum artificio ipſo ſic enodavi, ut & ad judicandum de ſummo-

rum artificum ſcriptis, & ad imitandũ eorundem acumen atq; induſtriam in loquendo & ſcribendo, auditores meos conformarim atque inſtruxerim. Et qui mos eſt meus, exempla è quotidiano uſu depromta, identidem adjunxi. Teſtes ſunt commentationes ſeu ſcholia mea, quæ exire commodi publici cauſſa in hoc genere paſſus ſum. In hiſtoriarum verò profeßione, quanta potui cura & labore contendi, ut monumenta rerum veterum, ſive anteactarum notitiam aperirem, & quæ ſcitu maximè utilia neceſſariaque ſunt, proferrem. Et cum in omni inſtitutione, quæ ratione ſuſcipitur de re aliqua, primùm genere univerſo circumſcribi & definiri debeat doctrina, ſecundùm Ciceronem, tumq; in ſpecies ſeu membra diſtribui: in primis curæ mihi fuit, ut quæ in hiſtoriarum campo diſperſa atq; infi-

infinita eſſe viderentur, ratione & diſtributione ſub uno aſpectu ponerem. Hinc Iſagoges noſtræ hiſtoricæ partes quatuor emanarunt, quibus monumenta temporum, locorum, hominum, rerum geſtarum omnium ſeculorum memoria ſummatim exponuntur. Et hæc quidem ratio eſt operarum mearum, quam uſq; ad hoc tempus continuatam, in utraq; parte muneris mei tenui. Eandem etiam in reliquum ſequi, ſi & temporis longioris uſuram, & virium nonnihil facultatisq́; ſuppeditabit Deus, ſtudebo. Ac in utraque quidem lingua Ciceronem & Homerum, quemadmodum cepi, ſic interpretari deinceps pergam. In hiſtoriis verò quid poſt Cæſarem & Saluſtium in manus ſumturus ſim, auditoribusq́; meis maximè gratum eſſe poſsit, in dubium pænè mihi venit. Supereſt quidem Livius autor inprimis

 gran-

grandis, & hiſtoricus eximius, ſupereſ de græcis Herodotus, Thucydides; Po lybius, Xenophon, Plutarchus. At hori nullum ego in publicum proponere, au interpretandum mihi ſumere audeo quod neq; exemplarium copia aliqua no ſtris ſtudioſis ſuppetat, neq; audire ta lia ſcripta in hoc tempore juventus ſole at, quæ ſimul ac doctrinam artium & linguæ Latinæ, quandoq; etiam Græca guſtavit & attigit, ad ſuperiores diſci plinas omni feſtinatione properat. Ad adoleſcentes igitur me totum applicem neceſſe eſt, his navare ſtudium & ope ram omnem in docendo oportet. Ita ergo fit, ut tanquam nauta cogitationes meas dirigere cogar, non ad parvulam illam Cynoſuram:

Quâ fidunt duce nocturnâ Phœnices in alto:

ſed ad Helicen:

Quæ curſu interiore brevi convertitur orbe.

hoc

hoc eſt, ad rationes latiore ſpecie, non ad tenue elimatas, ut cum Cicerone loquar, me convertere. Et dum autores magnos illos in hiſtorica profeſſione explicare minùs licet, in minoribus reſiſtam neceſſe eſt. Vetera & uſitata pleriq́ reſpuunt, & ad nova nimis proclives ſunt. Quemadmodum igitur blandimentis quibuſdam à natura datis, etiam virtus ipſa connivet, nullaq́ pars Reip. reperitur, quæ non diſſimulare aliqua cogatur: ſic docentes in Academia quaſi demittere ſeſe oportet ad captum, ingenium & morem huius ſeculi. Dandum utiq́ eſt aliquid ætati, tempori, moribus, conſuetudini, & id ſequendum, quod conceditur, quando id non licet, quod optamus. Quod ſi, quemadmodum æquum eſt, deſervire debent operæ & vigiliæ meæ ſtudioſis, & præſtò eſſe omnibus diſcere aliquid cupientibus, dare me ope-

ram utiq; decet, ut quaſi influere in aures & animos diſcentium velle videar, eaq; ad docendum potiſsimùm deligere neceſſe eſt, quæ commoda multis, ingrata nemini eſſe queant. Suſcipere igitur conſtitui onus ſive negotium grave, & argumentum arduum atque jucundum explicare de urbibus Germaniæ primariis, quæ ſcilicet uniuſcuiuſq; ſit origo, appellatio, ſitus, dignitas, acta memorabilia. Qui quidem labor, quò magis ad illuſtrandam & exornandã patriam noſtram ſpectat, eò jucundior tàm mihi ſuſtinenti, quàm ſtudioſis audientibus, quemadmodum confido, futurus eſt. Patriam equidem qui intueri aut noſſe cupit, is eò potiſsimùm curam & cogitationem dirigit, ut præcipuas partes eius, quæ ſunt Reſpublicæ ſeu civitates primariæ, primordia, ſitum & amplitudinem animo comprehendat. Hoc

qui

qui ſacit, non jam tyro, non rudis, peregrinus aut hoſpes in patria eſſe videbitur, ſed civis jure omni habebitur. Partiar autem Germaniam in provincias decem. Tot enim regionibus imperium Germanicum definitur ac circumſcribitur. Eæq; hoc ordine recenſentur: Franconia, Bavaria, Suevia, Saxonia ſuperior, Saxo. inferior, Rheni tractus, ſuperior et inferior Burgundia, VVeſtvalia, Auſtria. De ſingulis quantum inſtituti noſtri ratio feret, agemus, & quæ ἀξιόλογα καὶ ἀξιομνημόνευτα *occurrent, perſequemur. Magnum opus eſt elicere ex omni ætatum memoria nō modo ſuccum & ſanguinem, ſed etiam colorem et ſpeciem priſtinam & recentem ciuitatū, & ex tanta varietate opinionum, quæ in aliis atq; aliis ſcriptoribus reperiuntur, ea, quæ ſimilima veri ſunt, eruere. Sed ut in reb. aliis, quæ inveſtigari ſatis*

probeq́; cognoſci non poſſunt, ſatis eſt probabilitatem ſequi: ſic mihi fortè haud vitio dabitur, ſi in obſcuris & non ſatis cognitis id ponam, quod veriſimile maximè videbitur, in nominum præſertim ſive appellationum interpretatione atq; enodatione, cum unde aut qua de cauſſa quæq; urbs aut provincia ſit ita nominata oſtendendum eſt, aut cùm ortus ſingularum civitatum à fonte repetendus eſt. In talibus enim non tàm acumine quàm conjectura opus eſt, valetq́; adeò, id quod in verſu dicitur: Benè qui conjiciet, vatem hunc perhibeto optimum. Quo in genere artificem fuiſſe Melanchthonem nemo negabit, qui eius notationes ſive Etymologias cum aliorum notationibus comparat, de qua re tota unum atq; alterum exemplum ex omni antiquitate proferam.

Miſnenſis hæc natio, cuius membra

nos

nos profitemur, appellatur. At unde? & quàm diverſis nominibus hæc eadem natio effertur? A Miſna Miſnam, & Miſnenſes dici nemo fortè ambigit. Sed unde Miſna? alii à Myſis deducunt, qui Scythiæ primùm fuerint populi, inde in Bithyniam tranſierint, tum in Europã & Aſiam commigrarint, tandem in hanc oram devenerint. Quod ſi concedimus, non Germanos nos eſſe fatebimur, quos αὐτόχθονας, *indigenas, non alienigenas vel adventitios eſſe, Tacitus autor magnus aſſeverat. Iam ſi Germani non ſumus, nec à Thuiſcone, nec à Iapheto procreati ſumus, quod genti Miſnicæ parum honorificum fuerit: Perperam quoq; ſcriberemus Miſnam & Miſnenſem provinciam, cum Græci ſcribant* Μύσους. *Immo nec crimen illud effugere poſſemus, quod Gallicus quidam ſcriptor Gilbertus Genebrardus nobis infert, cum*

reliquias Chananæorum ex terra ſancta olim depulſas, Germanos vocat, quarum ortus non à Iapheto, ſed à Chamo deducitur. Concurrunt multa, quæ explanari oportet, priuſquam in hanc opinionē diſcedamus, nempe quando migratio Myſorum in hanc regionem facta ſit, quæ loca tranſierint, quam linguam ſecum attulerint, & alia multò plura. Coniectura eorum probabilior eſt, qui à Miſna fluuiolo infra arcem Miſnenſem in Albim delabente, nomen inditum eſſe urbi Miſnæ, atq; adeò toti regioni exiſtimant. Vſitatiſsimum enim eſt, à vicinis fluviis urbes denominari: ſicut Chemnitium à Chemnitio fluvio, Moguntium à Mogono ſeu Mœno, qui ibi cum Rheno confluit ſeu miſcetur. Conſtatq; adeò longè antiquiores & durabiliores eſſe fluminum appellationes, quàm urbium aut oppidorum. Hanc ſententiam confirmat

firmat Dithmarus; qui ſcribit Miſnam urbem conditam eſſe ab Henrico Aucupe, in eaq́; collocatum eſſe primum Marchionem VVetini comitem, ad tutandã regionem contra Slavos & Hunnos. Saxones nonnulli à Sacis, quos Herodotus regni Perſici populis annumerat, deducunt. Quod ſi ita eſt, non indigenæ aut ſinceri Germani, ſed aliunde, ex Perſia ſcilicet, in hanc oram translati ſunt. Speculum Saxonicum à Saxo nominari tradit. Alii Germanos eſſe putant, dictos quaſi Saſſen/ *h. e. incolas ſeu habitatores. Nonnulli à ſica ſeu pugione: quidam ab Aſcane derivari arbitrantur. In tanta opinionum diverſitate eligere quid optimum ſit, ſingularis cuiuſdam eſt judicii.*

De Duringis idẽ penè dixerim; Hos alii à Thyra fluuio, qui Rußiam orientalem perlabitur, derivant, ac Thyrige-

tas

tas eoſdem eſſe volunt, quos Duringos hodie appellamus. Hos ſi ſequi volumus, non Germanos, non αὐτόχθονας *Duringos, ſed adventitios efficiemus. Quod nemo non intelligit. Aliorum opinio eſt ab Hermunduris, Suevica gente, dictos eſſe Duringos, per Aphæreſin ſive abjectionem priorum ſyllabarum, & flexionem ſyllabæ ultimæ. Quæ figura frequens eſt in omnibus penè linguis, ut cum pro Aſſyriis Syros, pro Hetruſcis Tuſcos, pro Hiſpania Spaniam dicimus. Ex quo apparet, quanta ſagacitate in indagandis populorum & gentium, tum regionum etiam & urbium originibus & appellationibus opus ſit. Nec parvi certè refert noſſe gentis ſuæ ortum, & appellationis patriæ ſuæ rationem reddere poſſe. Plura exempli quotidiana ſuppeditabit lectio, quæ propter varietatem opinionum, ſive deductio-*

ctionum nominum minimè injucunda eſſe poterit auditoribus. Neq; tamen ego in tanta copia omnes omnium conjecturas perſequar; ſed ex omnibus id excerpam, quod vero conſentaneum maximè apparebit. In cæteris partibus deſcriptionis urbium ratio expeditior, quemadmodum ſpero, erit. Nihil enim de ornamentis aut actis ullius oppidi dicturus ſum, niſi quod hiſtorica fides admittit. Polliceri de me non ſoleo prolixè: ſtudium tantùm, operam, & quicquid poſſum, id omne ad hoc opus conficiendum defero. Et quamvis de perficiendi facultate ipſemet dubius ſum: enitar tamen certè, nihilq; prætermittam, quod ad declarandam voluntatem juvandi ſtudia diſcentium, & ad ornandam patriam Germaniam pertinere videbitur, quoad per eum, qui vitæ autor eſt, & ſolus labores noſtros fortunat, licebit. Studioſi

dioſi verò meminerint, quàm honeſta, quàm utilis, & quàm jucunda hæc ſit lectio futura. Honeſta quidem, quia liberale ſemper fuit habitum, ea cognita habere, quæ ad patriam pertinent: turpe verò in patria ſua peregrinum atque hoſpitem videri. Et cum neſcire quid, antequam natus ſis, acciderit, ſit ſemper eſſe puerum: an non infanti ſimilis judicabitur is, qui patriæ ſuæ ortum, incrementa, & acta memorabilia ignorat? Inutilis verò hæc eadem lectio propterea eſſe non poterit, quòd cognitionem allatura eſt rerum veterum ac præteritarum, quæ in omni actione ac deliberatione, ſive tecum agas quid, ſive cum alio contrahas, momenti plurimum habet. Inſuave deniq; nullo modo erit, mente peragrare regiones, fluvios, oras, & extremitates patriæ. Licebit enim in hac tractatione in campum patentem

excur-

excurrere, totamq́ Germaniam animis tanquam oculis luſtrare, ut nulla pars eius incognita aut obſcura relinquatur. Iucundum eſt ſylvam amœnam aut hortum benè conſitum obire: quantò erit dulcius patriam ſic animo intueri, ut ſingulæ eius provinciæ, urbes & oppida ſub aſpectum venire videantur. Maximæ penè urbes ad fluvios ſitæ, ex ipſis etiam fluminibus vocantur, & amœnitatis plurimum acquirunt. Ab horum uno ad alium pedetentim procedere, delectationis non parum habebit, à Danubio ſcilicet ad Rhenum, à Rheno ad Oenum, ab Oeno ad Mœnum, à Mœno ad Moſam, à Moſa ad Viſurgim, à Viſurgi ad Ieram, à Iera ad Salam, inde ad Muldam, ad Albim, ad Viadrum mentem & cogitationem convertere, & ἀξιοθέατα, ſpectatu digna in ſingulis oris ſeu

ripis

ripis conſiderare. In huiuſmodi quaſi orbis Germanici theatrum, mente intueri an non ſpectaculum eſt omnibus delitiis ac voluptatibus anteferendum? Fateor autem me optaſſe iamdudũ ab alio quopiam iſtiuſmodi opus ſuſcipi, atq; in lucem proferri. Sed cùm hactenus nemo, quod quidem ſciam, illud tentarit aut ediderit, ego non quidem unus ex omnibus ad perficiendum tale munus aptus, ſed laborioſus fortè præter nonnullos multò me peritiores, id in manus ſumere conſtitui. Ac cùm ſecundùm Ciceronis præceptum, in omni negotio priuſquã aggrediare, diligens adhibenda ſit præparatio: curæ mihi futurum eſſe pollliceor, ut quæ ad πραγματείαν ſive tractationem mihi propoſitam pertineant, ex omni ſcriptorum & hiſtoricorum genere excerpam, eaq; inter ſe conferam, & quod optimũ ex omnibus videbitur, deligam

ligam; & auditoribus meis impertiam. Quando autem initium hujus operis facturus ſim, publicè ſignificabo: tum de die etiam ipſo, quo id futurum ſit, certiores faciam ſtudioſos. Interea ſuum ordinem tenebit Ciceronis & Homeri ſuſcepta à nobis interpretatio. Quam verò horam hiſtoricæ tractationi, quam promitto, tributurus ſum, ea ſic inſtituetur, ut ne quid, vel certè non multum de cæteris operis latinæ & græcæ doctrinæ detrahatur. Lipſiæ XVIII. Calend. VIIbris, Anno Chriſti M. DC. I.

GERMANIAE URBES.

De ſitu & limitibus Germaniæ.

Ita eſt Germania in Europa, cuius etiam regio maxima & ampliſsima habetur, ſecundum Aventinum. Europa autem tertia pars orbis terræ, magnitudine quidem cæteris inferior, fæcunditate verò, ædificiis & incolis nulli cedit. Dicta eſt Europa à latitudine, ex voce græca εὐρεῖα lata, & ὢψ facies, quaſi dilatatio, conveniens ſcilicet appellationi autoris ſui Iapheti, qui cum poſteris ſuis divina benedictione longè lateq; ad occidentem & ſeptentrionem dominaturus erat. Separatur ab Aſia Tanai fluvio, & Mæotide palude verſus orientem: ab Africa mari Mediterraneo verſus meridiem: ab America, quemadmodum & aliæ partes orbis, Oceano magno.

Tanais, vulgò Don

Com-

Complectitur porrò Europa duodecim regna, quorum primum eſt Hiſpania, quæ Caſtiliam, Arragoniam, Galliciam, Navarram, Portugalliam, & Granatam in ſe continet. Secundum eſt Gallia. III. eſt Germania. IV. Italia. V. Ungaria. VI. Græcia, in qua ſunt Macedonia, Thracia, Bulgaria, Illyria. VII. Polonia, cum qua conjuncta eſt Podolia, Maſovia, Litvania, Boruſſia, Livonia. VIII. Moſcovia. IX. Bohemia. X. Dania. XI. Suecia. XII. Anglia cum Scotia & Hybernia. Ab his regnis Europæ Germania olim ſic diſcreta fuit: ad occidentem Rheno: ad meridiem Alpibus: ad orientem Viſtula in Polonia: ad ſeptentrionem mari Balthico. Sic vetus Germania Danubio, Rheno, Oceano, Viſtula & Carpatiis montibus concluſa finitaq; fuit. Verũ hi termini poſtea dilatati ſunt, & hodie extenduntur multò latius in hunc modum: Ad occidentem attingit Moſam in Belgio & aliquanto longius protenditur: ad meridiem Alpes: ad orientem Ungariam & Poloniam: ad ſeptentrionem Oceanum germanicum. Eſtq; circumferen-

Fines Germaniæ veteris.

Viſtula, die Weichſel.

Mare Balthicum die Oſt See.

Limites Germaniæ in hoc tẽpore.

tia eius fermè 465. milliarium germanicorum, quæ expeditius diebus circiter 93. peragrare & conficere poteſt.

Apparet ex Iulio Cæſare & Tacito Germaniam veterem fuiſſe diviſam in pagos, hoc eſt, tractus fluviis, ſeu rivis inter ſe diſtinctos. Pagos verò complexos eſſe villas, oppida, burgos.

De nomine Germaniæ.

CErtum & omni approbatione dignum eſt Cornelii Taciti teſtimonium de Germanis, quod non aliunde in Germaniam influxerint, ſed indigenæ ſint, h. e. in ipſo ſolo Germaniæ nati. Nomen verò Germaniæ & Germanorum apud ſcriptores vetuſtiores non reperitur. Uſurpatum eſt verò pro eo vocabulum Thuiſconum & Teutonum. Tacitus diſertè ait, appellationem gentis germanicæ recentem eſſe. Etſi enim Germaniæ populi multò ante extiterunt, nominibus tamen peculiaribus & diſtinctis appellati ſunt, alij Cimbri, alij Teutones, alij Suevi. Apparet non multò ante Iulium Cæſarem Germanos nominari cepiſſe, quando ſci-

doſcilicet ad Rhenum uſq; progreſſi Romani, primùm eos ſub imperium ditionemq́; ſuam ſubjungere conati ſunt. Ex quo Romanis inviſum fuiſſe Germanorum nomen Strabo lib. 8. arbitratur.

Vnde Germani Tuiſcones appellati ſint.

A Tuiſcone Tuiſcones eſſe nominatos nullum eſt dubium. Tuiſcon verò Deus terra editus à nonnullis fuit habitus, propter ignorantiam veræ originis Germanicæ gentis, nempe à Noamo & eius poſteris. Tuiſcon enim Germanorum parens, Gomeri filius, Iapheti nepos, Noami pronepos fuit. Eſt autem Tuiſcon idem qui Aſcenas, vel Aſzenes, quem Moſes Geneſ. 10. in genealogia Noami recenſet. Præpoſito enim articulo Germanis uſitato fit, Der *Aſcenes, commutatisq́; paucis literis, & demta ultima ſyllaba Tuiſcon. Aſcenes porrò ignis ſacri Sacerdotem denotat. Ex quo nominati Germani cultores ſacri ignis cælitus delapſi, h. e. veræ religionis jure habentur. Indeq́; nata ſunt nomina Aſch à*

 victi-

victimis, ſcil. Item Hildebrand / Herebrand/*h. e.* Ehrenbrandt *& id genus alia.* *Natus eſt hic Aſcenas ſive Tuiſcon anno poſt diluvium 130. collocatusq́ à proavo Noamo in eam orbis terræ partem, quæ eſt inter Tanaim, pontum Euxinum, &* Pontus Euxinus, das ſchwartze Meer. *Rhenum, autore Beroſo. Ita primus Germanorum Rex factus Tuiſcon non tam gentem ſuam quam regionem ipſam identidem dilatavit, & verſus Boream extendit. Leges quoq; condidit, ut jure æquabili regerentur ſubditi, & ne quid ad Dei cultum, diſciplinam & virtutem deeſſet providit. E vita exiit anno mundi 1964. cum in ſextum annū Babylone regnaret Semiramis.*

Vnde Germani nominati ſint Teutones.

T*Eutonus, vel Teutanes, vel Teuto, vel Dieth, Germanorum rex fuit IX. vel ut alii ponunt X. Ab hoc Teutones appellari ceperunt primùm populi inter Viſtulam & Albim habitantes. Poſtea idem nomen ad omnes Germanos translatum eſt, ut Teutones promiſcuè vocitarentur, quod ex com-*

ex commentariis Iulij Cæſaris, ex Floro & Paterculo cognoſci poteſt. Hinc Teutonici etiam dicti ſunt, qui ſacrum ordinem in Livonia ſectati ſunt. Videtur autem nomen Teutoni ex germanica voce Deuten*, quod eſt interpretari ſeu declarare, natum eſſe. Fuit enim inſtar Mercurii, à quo præcepta benè vivendi, recteq́ intelligendi multa obſcura Germani acceperunt.*

Vnde Germaniæ aut Germanorum nomen ortum ſit.

GErmanorum nomen alii latinum eſſe putant, quo ſanguine junctus, verus ſeu γνήσιος ſignificetur. Ex quo Germanitas dicitur ſanguinis communio ſeu fraternitas. Id quòd verſibus expreſſit Cunradus Celtes:

Germanos vocitant Itali, græci ſed ἀδελφούς:
Quod fratrũ ſoleant inter ſe vivere more.

Et revera antiquitus Galli ſimul & Germani communi nomine Celtæ ſeu Galatæ fuerunt dicti. Alii Germanos quaſi totos viros ſeu viriles nominari exiſtimant. Quomodo Gerartus etiam dici videtur

quaſi totus durus. Aliorum opinio eſt, Germanos olim Hermanos fuiſſe appellatos, hoc eſt, viros militares, commutata aſpiratione H in latinum G.

Vnde Germani ſint nominati Alemanni.

EAdem videtur eſſe origo & vis vocabuli Germanorum & Alemannorum: illa tamen vetuſtior, hæc verò recentior eſt. Vt enim Germani toti viriles, ſic Alemanni omninò nobiles & ingenui viri ſunt nominati, per Epentheſin literæ e, quaſi Almani, vel per ſyncopen quaſi Adelmanni. Utraq; appellatio fortitudinem arguit, u[t] bellatores eos fuiſſe intelligatur. Appare[t] fuiſſe populum ex gentibus variis mixtum Suevis, Boijs & Marcomannis. Ac pr[i]mum quidem conſederunt inter Rhenum Danubium & Mœnum. Bella geſſerun[t] cum Romanis Imperatoribus Conſtantin[o] & Iuliano, Rheciam & Sequanos inv[a]ſerunt, tantumq; effecerunt, ut Roman[is] ultra Alpes fugatis, regionem eam qua[m] Suevi hodie, vel ſuperiores Germani inc[o]lun[t]

ſunt, obtinuerint. Hi n. primi Alemannorũ nomen geſſerunt. Ex his patet Germanos primùm Tuiſcones vel Tuiſcos, deinde Teutones ſeu Teutos, tum demùm Germanos, tandem etiam Alemannos eſſe vocatos.

De populis Germaniæ.

Plinius lib. 4. cap. 14. recenſet quinque nationes ſeu populos Germaniæ. Vandalos, Burgundos, Varinos, Hermiones, Hermunduros, Pencinos. Tacitus tres nationes Germanicæ gentis enumerat. Iſtevones, Hermiones & Ingevones. S. Hieronymus tres commemorat nationes primarias, Saxones, Francos & Alemanos. Franci quidem infra Rhenum & Mœnum: Saxones trans Albim: Almani verò inter utroſq; conſederunt. Ac Alemani quidem complexi ſunt Suevos, Cheruſcos & Chattos. Franci verò Chaucos & Chamannos. Oroſius 54. Germaniæ populos numerat, quorum nomina tanto intervallo à memoria noſtra remota ſunt, ut ne applicari quidem ſatis ad appellationes nobis cognitas poſſint. Et autorum mirabiliter inter ſe

pugnat interpretatio. Cuius quidem obſcuritatis & diſcrepantiæ cauſſa alia non eſt, niſi quod rerum germanicarum ſcriptores non Germani, ſed latini fuerunt, qui germanica vocabula neq; rectè intellexerunt, neq; enunciare potuerunt.

Nomina varia gentis Germanicæ tàm vetera quàm recentiora.

A*DVATICI incolæ comitatus Hennegavenſis, nunc Hannonij ex Cimbris & Teutonis prognati. Cæſar de bello Gallico.*

Alani cum Vandalis juncti fuerunt, quorum meminit Lucanus lib. 8. vocans duros æterni Martis Alanos. Item Iuſtinianus in proœmio inſtitutionum.

Angrivarii hodie VVeſtvali, vel Angrivii Ptolomæo ab Angra fluvio, à quo etiam Angria terra nomen habet, ad Viſurgis & Luppiæ ripas in VVeſtvalia, ubi hodie eſt epiſcopatus Oſnabrugenſis, archiepiſcopatui Colonienſi ſubjectus. Et Ducatus

ctus Engerenſis à VVidekindo Angrivariorum duce ad inferioris Saxoniæ Duces propagatus. Videtur nomen factum eſſe à planicie von dem Anger/ ut ſint Angrivarii iidem qui campani, à campeſtri ſcil. planitie.

Ambiani Menapiis finitimi ad mare Germanicum. Secundùm alios Amiens in Picardis ſita. Cæſar lib. 2. de bello Gall.

Atheſini ab Atheſi fluvio Etſch dicti, die Etſchlender.

Atrebates in Belgio, finitimi Ambianis, Tornacenſibus & Morinis, Nunc Arteſis, Arteſet Arras vulgo.

BATAVI, Belgij populi, diœceſis Trajectenſis, Friſiæ & ducatui Geldriæ, Oceanoq; finitimi, hodie Holandi.

Belgæ mari Oceano, Rheno, Matronæ & Sequanæ fluminibus incluſi latè patent, complectuntur enim IV. metropoles, Treverenſem, Colonienſem, Moguntinã, Rhenenſem, tum Brabantiam, Flandriam, Holandiam, Geldriæ & Friſiæ partem, Picardiam, Hannoniam, Iuliacum. Niederländer.

Belgæ qu. Welge oder Walen/ vel à Bel & lau quaſi bellus ager.

Beta-

Betaſij populi Germaniæ in Belgio, ſub diœceſi Leodienſi, cis Rhenum ad utramq; Moſæ fluminis ripam.

Bavari primùm Boij, poſt Boiari, tandẽ Bavari, autore Marliano nuncupati, Transrhenani populi Franconiæ Alpibus, Suevis ac Danubio proximi. Hi tranſmiſſo Danubio Vindeliciam & Noricum imperii Romani provincias in poteſtatem ſuã redegerunt. Pars verò eorum devictis à Cæſare Helvetiis, in quorum ſocietate fuerant, deprecantibus Heduis, in finibus Heduorum collocata eſt.

Bojemi ſunt Slavi à Boiis dicti. Quanquam Aeneas Sylvius nihil dubitat Germanis, Bojemicam gentem annumerare, quòd nulla re niſi lingua ab iis differat.

Boruſſi quaſi ad vel propè Ruſſiam ſiti, attingunt Lithvaniam Ruſſiæ auſtrali vicinam. Dicuntur etiã Bruteni & Bructeni. Hi quamvis à Slavis, Polonis & Marianæ militiæ ſociis Teutonib. compreſſi & domiti, nomen tamen gentilitium tutati ſunt.

Bructeris & Friſiis proximi, *Bructeri Germaniæ inferioris populi, à pontibus paluſtribus dicti. Sunt qui putent*

Bru

Bructeros eſſe eos qui ſub Goslaria habitant, ubi eſt hodie der Brockersberg. Quo alluſit Claudianus: Venit accola ſylvæ Bructerus Harcyniæ. die Münſteriſche vnnd Oſterbrücker

Buſactores vel Buſactori appellantur Friſii circa Groningam urbem.

Burii gens Suevica partim ad Viſtulam, partim ad Thuronium in Boruſſia, partim in VVeſtvalia conſediſſe putatur.

Butones populi Germaniæ Strabonis tempore.

CARNI, hodie Carner, Carinthiis finitimi.

Chatti, Heſſi vel Hetten/quaſi patres. Attingunt Cheruſcos & Hermunduros, hodie Haſſi & Chatti Melibocenſes, accolæ Meliboci montis in Saxoniæ finib. Katzenelleboger.

Catvaci Belgiæ populi Nerviis, Veromanduis, & Caletibus vicini, im Thornawer Biſthumb in Flandern.

Cauchi vel Chauci majores & minores fuerunt. Majores Angrivariis vicini, trans Viſurgim ad Albim uſq; in Bremenſi agro habitarunt. Minores incoluerunt

eum

eum tractum, qui eſt à Viſurgi ad Rhenum, cum parte littoris germanici maris, quem hodie VVeſtvali & Friſii tenent. Lucanus lib. 1. appellat Caucos.

Cœreſii vel Cæriſi attigerunt Hermunduros, Chattos & Lygias. Hos Cæſar lib. 1. belli Gall. cum Condenſis, Eburonibus, Pœmanis uno nomine Germanos appellat.

Celtæ Galli, Belgæ & Germani ſunt. Græci enim tam Gallos quam Germanos Celtas & Galatas vocant.

Cervecii incolæ urbis Zerbſt *ad Albim in Ducatu Anhaldino.*

Charitini hodie VVirtebergici in prima ferè parte ſuperioris Germaniæ ad orientem, attingunt Suevos, Vindelicos, & Noricos; ad occaſum palatinatum, ad meridiem montes Arbonæ vel Abnobæ, auff der Bar/ *& Suevicas Alpes; ad ſeptentrionem Franciam.*

Cheruſci Hercyniæ ſylvæ accolæ in Miſnenſibus & Duringis, complectentes Northuſiam, comitatum Stolbergenſem, Suuartzburgenſem, Mansfeldenſem, tum parte principatus Anhaldini.

Cim-

Cimbri accolæ maris Germanici in peninſula, quæ inde Cherſoneſus Cimbrica, hodie Dania appellatur. Hi armis induti ad quærendas alias ſedes egreſſi, per Herciniã ſylvam in Bojemiam venerunt, quæ tunc à Boiis tenebatur. Ab his verò repulſi, tranſmiſſo Danubio, in Pannoniam ſuperiorem & Illyricum irruperunt, ibiq; ſedem fortunarum ſuarum collocarunt. Qua tamen non contenti Sarmatas aggreſſi ſunt hoſtiliter, & Tartariam occuparunt. Unde appellatio Boſphori Cimmerii in illa vicinia putatur eſſe reliqua.

DALEMINZI, *vel Dalmantici* Daleminzier Wenden in Meiſſen.

Dani ſecundùm Strabonem ſunt iidem qui Daci, qui autore Iornande, Germani ſunt Gothi, ex Scandia & Norvegia profecti. Vero tamen ſimilius eſt Danos à Dan rege nominatos eſſe, Dacos verò Daniam nunquam attigiſſe. Fuerunt enim Danubii accolæ, inter Myſiam utramq; collocati à Trajano Cæſare, nempe inter ſuperiorem, quæ eſt Boſna & Servia, ac inferiorem quæ eſt Bulgaria. Complectitur autem Dacia hodie

Scandia Inſula ſeptentrionalis prope Daniã. Norvegia Norwegen oder Setzland.

hodie Tranſylvaniam, VValachiam & Moldaviam.

Advenna ſylva, der Wald vnnd gebirge von Lützelburg biß an Flandern.

EBVRONES *iidem qui Burii in Belgis, condruſis Menapiis, Advaticis, Treviris, & Advennæ ſylvæ finitimi, nunc Leodienſes dicti, propter defectionem à Cæſare exponebantur prædæ omnibus & vaſtabantur lib. 6. Gall. Quod autem Cæſar civitatem Eburonum vilem & abjectam fuiſſe ait, id de tota gente intelligendum eſt, quæ vicos olim incoluit non muris, ſed aggeribus munitos. Ab Eburonibus eſt oppidum Buren in Brabantia.*

FRANCI *à Sicambris Germanis trans Rhenum habitantibus orti, imperante Octaviano, ejectis incolis loca circa Herbipolenſem epiſcopatum ad Tuberum & Nicrum fluvios occuparunt. Cùm autem propter multitudinem gentis ſuæ, neq; loci ſatis, neq; victum ſufficientem haberent, magno numero Francofurtum tranſeuntes in Galliam irruerunt, eamq; in poteſtatem ſuam redactam, de ſuo nomine Franciam, ſeipſos verò Francos, h. e. liberos homines appellarunt. Hinc Francogalli propter duplicem*

plicem Franciam orientalem & occidentalem nuncupantur. Liberi autem dicuntur à libertate, in quam ſeſe, ſepoſito Romanorum jugo, vindicarunt.

Friſii vel Friſones in littore maris, Germani ſunt & quidem indigenæ, non aliunde invecti: alioqui nativi quomodo eſſe poſſent? Horum alij ad ortum vergentes Oſtfriſii; alij ad occaſum VVeſtfriſii dicuntur.

GETÆ qui poſtea Goti, ſecundùm Sabellicum & Iornandem, Valente imperante, dicti ſunt: ex ſeptentrionali inſula maris germanici Scandia, quæ & Gothia nominata eſt, à Got ſcilicet, hoc eſt, à Deo, progreſſi primùm in minori Scythia ad paludem Mœotidem, poſtea in Myſia, Thracia, Pannonia & Dacia habitarunt. Homines fuerunt bellicoſi adeò, ut Domicianum Cæſarem in prælio ad Danubium ſuperarint, multasq́ urbes ei eripuerint. Imperante Philippo Danubium tranſgreſſi Marcianopolim in Myſia occuparunt. Galieno imperante ad Conſtantinopolim mare tranarunt, cum tercenties mille homini-

*bus, & Bithyniam vaſtarunt, Nicomedi-
am & Epheſum diripuerunt, & ſpoliato
exuſtoq́ Dianæ templo, opibus ingentibus
potiti ſunt. Inde invadentes Græciam, A-
chaiam, Thraciam & Macedoniam à Cæ-
ſare Claudio in Myſia cæſi ſunt; qua clade
domiti nonnihil quieverunt. Cùm verò ab
Hunnis vexarentur, provinciam in Thra-
cia aut Myſia à Cæſare petiverunt, obedi-
entiam & fidem Chriſtianam ſeſe ample-
xuros eſſe pollicentes. Valens Cæſar conceſ-
ſit eis regionem quandam ad Danubium
in Myſia, vel in Thracia, ut Socrates &
Marcellinus ſcribunt: ut inſtar muri eſ-
ſent adverſus Hunnos hoſtes. Hi impatien-
tes jugi Romani, præſides ſibi datos occide-
runt anno Chriſti 382. Hanc injuriam vin-
dicaturus Imperator Valens, captus eſt ab
illis & combuſtus. Irrumpentibus Hunnis,
Gothi multi in eorum poteſtatem redacti
ſunt, qui ab id Oſtrogothi nominati, cæteri
Viſigothi nuncupati. Hi anno Chriſti 407.
creato rege novo Alarico in Pannoniam in-
fuſi ſunt, regionesq́ finitimas Bavariam,
Illyricum & Italiam diripuerunt. Inde*

Ro-

Romam ipſam anno Chriſti 412. occuparunt. Alaricum ſecutus Athulphus per Galliam irrupit in Hiſpaniam, poſt multos reges tandem Totilas in Italia occiſus eſt, in qua multi remanſerant Gothi eamq́ in ditionem ſuam redegerant. In Hiſpania verò Gothorum reges continui fuerunt, uſq; ad illud tempus quo ad fidem Chriſtianam converſi ſunt. Poſtremus Gothorum Rex Rodericus Anno Chriſti 700. cum ſuis cæſus eſt à Saracenis. Reliquiæ verò tàm in Hiſpania quàm in Gallia Hiſpanis & Italis annumeratæ ſunt.

Gambrinij hodie Cimbri, Dani & Holſati, Gothones populi in ripa Viſtulæ aquilonaris Gugerni vel Gugerini & Geldubiani, Holandis & Geldrienſibus finitimi, Gůlicher.

Grunes vel Grinnes fortè Friſii, unde nomen urbis Grůningen reliquum.

Grudii vel Levaci Lovanienſes in Belgis.

Gunduni vel Gorduni iidem qui Lovanienſes.

Gothini ſunt Germani ſecundùm Tacitum.

HARVDES Celtæ & Burgundi ſunt.

Hedui Burgundiones.

Helvij nunc Albienſes dicti in Celtis Ar-vernorum fines contingunt.

Heruli gentis Gothicæ populi.

Heneti vel Eneti Græci Paphlagonum gentis Aſiaticæ pars Homero & Herodot- nota.

Helvetij gens olim ampliſſima Hercyni- ſylva, Rheno & Mœno concluſa, à pleriſq Suicenſes, à nonnullis Fœderati dicuntur Cum his Cæſar duobus prælijs, uno ad Ara-rim fluvium, altero in Heduis dimicavit ab hora diei ſeptima uſq; ad veſperam, it- ut averſum hoſtem nemo viderit.

Hermunduri, Hermenner / *ſecun-dum nonnullos Suevica gens inter Salam Albim & Sudetos montes. Hos expuler- Sorabi & Slavi, quos Carolus Magnu- poſtea ejecit, regionemq; veteribus Coloni- reſtituit. Verba Taciti ſunt: in Hermundu-ris Albis oritur. Iuxta Hermũduros Nariſci ac deinde Marcomanni & Quadi agunt.*

Hunni authore Iornande, à Gothi- Germanis orti, fœdiſſimarum gentium fœ-

diſſi-

diſsimus ceſpes, ob ſpirituum immundorum commercium, & veneficia malè audiunt. Hi cum imperium Romanum graviter afflixiſſent, & populati eſſent, in Germaniam invaſerunt, & Franciam Duringiamq́; carpſerunt. Horum impetum ferociamq́; comprimere conatus eſt Sigebertus rex & ſocij eius: ſed veneficiis eorum in eas anguſtias adducti ſunt, ut Sigebertus vitæ periculum vix effugerit. Socij verò Ditericus & Ditvvaldus Bavariæ duces capti, ægrè tandem, interveniente pecunia, dimiſsi ſunt. Ipſi interim Hunni præda onuſti domum redierunt. Anno autem à Chriſto nato 577. Ditericus & Sigebertus coactis copijs ex populi ſui reliquijs, demum cum Cacanno Hunnorum rege congreſsi ſunt, & invocato prius Dei auxilio, potentiam eorum ita fregerunt, ut pacem & fœdus expetiverint, ut ſcribit Aventinus. Anno Chriſti 600. iterum in Franciam & Duringiam irruerunt, inſtar canum rabioſorum. Sed data pecuniæ quadam ſumma, à Brunhilde vidua Sigeberti regis retrò ceſſerunt, & ad ſua redierunt. Anno Chriſti 788. di-

viſis copijs Forumiulium & Bavariam aggreſſi ſunt, ſed repulſi à Carolo rege, quamvis ſæpius prælium renovare inſtituerint, ſemper tamen ſuccubuerunt. Ab eo tempore ad annos 8. à Francis oppugnati ſunt, & à Carolo tandem cæſi. Rurſum verò viribus aucti, ex inſidijs fœdus à Cæſare Ludovico, Arnolphi filio, petiverunt, & pacis ſimulatione Moraviam & Bavariam populati ſunt. Cæſar quidem quoad potuit eis reſtitit, ſed nihilominus Bavaria clade magna ab ijs affecta eſt. Horum tanta fuit crudelitas & immanitas, ut non tam vultus torvitate, quàm incantationum vi hoſtibus terrorem inijcerent.

ILLYRICI, Krabbaten.

Iſtevones, Weſtwoner.

Ilingi Suevi, accolæ Muldæ & Ilenburgi. Ab his fort aſſè Comitatus Ilingorum, hodie Dillingen nomen accepit.

Incriones hodie Heſſi.

LEOPONTII Alpium incolæ, ſecundùm Cæſarem lib. 4. Gall. unde Rhenus oritur, die Sittiger Schweitzer.

Lemouij Lemgeuer in Livonia.

Leu-

Leuci hodie Lotaringij ad Tullum & Nancium.

Lingones Mompelgartenſes Plinio: Helvetij Sulpitio: Lotaringi Sabellico: Langres Gallis.

Ligij vel Luij Suevi inter Oderam & Sudetos montes, circa Vratislaviam, Lignitium, partim etiam trans Oderam ad Gneſnam & Boleslaviam.

Longobardi, die Langenbörder / *à longis & amplis bardis, h. e. campis fertilibus, à quibus etiam agricolæ ipſi* die Bördeman *appellantur. Sedem habuerunt ad Albim, ubi ſitum eſt Magdeburgum, Halberſtadium & comitatus Barbienſis. Vagati ſunt per Livoniam, Boruſsiam, Poloniam, Moraviam, Ungariam, Rheni tractum & Italiam, ubi tandem etiam regnum condiderunt, quod Longobardia vocatur in ducatu Mediolanenſi.*

Lutiburi hodie Sileſii.

Luſati, Lauſsnitzer / *inter Sileſiam & Miſniam, quaſi* Waldſaſſer. *Luc enim Slavis ſylva eſt.*

Marſaci, Suevi ad Moſam, & Traje-ctum inferius, an Vtrech.

Marſi, latinè paluſtres, quaſi ad palu-des habitantes, Wilſermarſi/*ſecundùm Crantium.*

Marſigui vel Maruingi ſecundùm Pto-lomæum, populi ſermone cultuq́ Suevos re-ferentes, ſecundùm Tacitum, finitimi Mar-comannis.

Marcomanni, Marckmänner/*qua-ſi cuſtodes limitum verſus Ungariam & Sarmatiam, incolæ Bojemiæ, Moraviæ & Auſtriæ.*

Mattiarij Suevi in Haßia.

Mattiaci hodie Selandi.

Mediomatrici, vel Mediomatrices, qu & VVeſtrij, ſive Auſtraſii dicuntur, epiſco-patus Metenſis incolæ. Aliquando oppi-dum ipſum hoc nomine notatur. Eſt enim Metis per ſyncopem conflata vox ex Me-diomatrice, quaſi dicas, caput ſeu metropo-lis Mediomatricum, Weſtreicher.

Menapij hodie Geldrenſes.

Morini Menapiorum proximi Flemi-ger & Flanderer/ *ſic nuncupati à palu-*

dibus

dibus, quas ipſi Mouren appellant. Portum habent qui Creſſorianum dicitur, à quo rectà traijcitur in Angliam. Metropolis eorum fuit Tarvana vel Torvantia Tornaco autore Ptolomæo, quæ tamen nunc prorſus diruta jacet. Iulio Cæſari non minus quàm Menapij plurimum negocij fecerunt.

Miſnenſes à Miſa fluviolo infra arcem Miſnenſem delabente in Albim, nominati ſunt ab imperatore Henrico Aucupe, anno Chriſti 928. eo in loco ubi oppidum Lupfurt & trajectus per Albim fuit. Cum enim devictis Venedis, qui Dalmantici dicebantur, & inter Salam ac Albim cõſidebant, Brandeburgum & Grunam infra Ilenburgum ad Muldam in ſuam poteſtatem redegiſſet, arcem & Marchiam Miſnæ condidit, quam Comiti VVetini commendavit, ut perpetuum eſſet adverſus hoſtes præſidium. Ita compreſsis Venedis, Hermunduri denuò hanc oram ad Albim frequentarunt, admixtis haud dubio Venedorum reliquijs, quæ illic remanſerũt. Hæc narratio cum omni ex parte vera ſit, facilè

quivis intelligit, non Myſos ſed Miſnenſes nunc appari huius regionis incolas. Deinde cum Germani ſint Hermunduri ſive Miſnenſes: certè non aliunde importati ab Henrico Aucupe, ſed ex ea ipſa terra, quæ naſcentes illos exceperat in hanc provinciam collocati ſunt. Quod ſi ex Myſia traducti eſſent, γνήσιον illud ut genuinum atq́ germanum decus atq́ ornamentum non haberent, quo communiter Germani gloriantur, indigenas ſeſe, & in ipſo ſolo natos profitentes. Myſi enim Germani non ſunt. Itaq́ nec Miſnenſes, ſi à Myſis veniſſent, Germani poſſent haberi. Quis, inquit Tacitus, relicta Aſia, Africa, aut Italia Germaniam peteret informem terris, aſperam cœlo, triſtem cultu aſpectuq́, qualis id temporis fuit? Sunt autem comprehenſi Miſnenſes quaſi quodam triangulo inter Salam, Albim & Sudetos montes.

Moravi olim Marcomanni gens Suevica à Marchia, qua limes ſignificatur. Eſt enim Moravia una ex quatuor Marchijs imperij, quæ ſunt Miſnia, Brandeburgum, Moravia, Badena. Donata eſt à Si-

gis-

giſmundo Imperatore Alberto genero Aeneæ Sylvij temporibus.

NARISCI Hermunduris proximi, Bojemiæ contermini, die Nortgeuer. Natio ipſa, das Nortgeu, ad aquilonem ſc. ad quem ſpectat, Voigtlender.

Nemetes vel Nemetenſes, hodie Spirenſes novo nomine, de quo infra in deſcriptione urbis Spiræ.

Nervij, Treviris contigui, natio Germanica, bellicoſa & ferox, quæ Cæſari tantum negocij exhibuit, ut non ſine periculo victoriam ab ijs deportarit, hodie Tornacenſes.

Norici hodie Bavari inter Licum, Oenũ, & Cæcium montem. His ad ſeptentrionem eſt Danubius, ad ortum mons Cæcius, qui Auſtriam à Bavaria diſcernit.

Nordlingi Saxones trans Albim, qui & Tranſylvani dicuntur.

Normanni à Nord, h. e. à ſitu verſus ſeptentrionem, dicti quaſi boreales, maris Germanici accolæ in Dania. Hi tranſierunt in Galliam, & eam partem, quæ eſt trans Sequanam fluvium, occuparunt, quæ

quæ ab iis Nordmanniæ nomen adepta eſt.

Naharvali Suevi, circa Revaliam & Narviam in Livonia.

Nuithones Suevi, in finibus Burgundiæ, die Nüchtlender.

Osi, Suevi, Morinis vicini verſus Sileſiam & Poloniam, ubi ſunt Oppelen/ Nuſſia urbes. Eraſmus Stella ab Oſis Oſitium Miſnenſium urbem nominatam eſſe opinatur.

Obetriti Slavi, ubi nunc eſt Mecklinburg.

Pharodini hodie Megalpurgici.

Pemani incolæ epiſcopatus Leodienſis.

Peucini Duſſernen oder Siebenbürger.

Quadi Suevi, partem Moraviæ & Sileſiæ, ubi nunc eſt epiſcopatus Nuſſienſis, partem etiam Pomeraniæ circa Cracoviam tenuerunt. Ab his fortè Quedlinburgum in tranſitu conditum & nominatum eſt.

Rauraci, vel Rauraces populi accolæ Rheni inter VValshutum & Baſileam, hodie Baſilienſes.

Reudingi Suevi, ubi nunc Caſſubii ſunt, fortè

forté in migratione cum reliquis Suevis Reutlingæ nomen dederunt.

Rugij Suevi, à quibus Rugia Rügeland *inſula forte nominata, ad mare germanicum.*

Rheti, populi transdanubiani, hodie Graupunter/Algauer/Bodenſeer

Rhinucij, hodie Rhenani Reinlender.

SENNONES nobilis Suevorũ gens, olim Marchiam Brandeburgicam incoluerunt. Inde progreſsi in Sundgoviam, Italiam & Galliam, Senas, Tridentum, Mediolanum, Veronam, Vincentiam & alias urbes condiderunt. Strabo vocat Cenomannos, Paulus Diaconus Ceninenſes.

Sebuſij vel Sebuſiani, ſecundùm Marcellinum VVeiſſenburgenſes ad Rhenum.

Salacij, Marcellino dicti Salij, Franci ſunt.

Salaßi, die Meilender vnd Tarenteher *vel* Ausdaler.

Seduni Walliſer.

Sequani hodie Burgundi.

Sicambri Germani nativi in dextra Rheni ripa, infra Ubios, ante Iulium Cæſa-

rem habitarunt. Is enim ponte ſupra Rhenum exſtructo in fines Sicambrorum contendit. Hi nunc ſunt Franci, ſic dicti quaſi liberi.

Sideni, vel Sitones Suevi ad Viadrum ſiue Oderam, ubi eſt Stetinum.

Slavi, vel Slavini, Iornande authore, à Germanis Gotis orti ſunt. Verùm cùm lingua eorum cum germanica nihil commune habeat, magis conſentaneum eſt, eos ſeptentrionales fuiſſe populos, & à Ruſſis borealibus qui vocantur albi Ruſſi, ad quærendas novas ſedes progreſſos eſſe. In qua quidem migratione Sarmatiam & Germaniæ regiones vicinas, habitatoribus quadam ex parte nudatas, & à Vandalis relictas invaſerunt. Tum latius identidem diffuſi, dimidiam partem Europæ, Illyriam, Bojemiam, Poloniam, Dalmaciam uſq; ad mare Sarmaticum, Balthicum, & Adriaticum impleverunt. In hac dilatatione ſui regni etiam has ipſas regiones inter Viſtulam, Albim, Salam & mare occuparunt, ſeculisq; compluribus poſſederunt. Ex quo tot tamq; expreſſa veſtigia Slavicæ gentis inſa-

in familijs, oppidis & pagis evidentiſſimè reperiuntur. Tandem verò fracti & domiti ab imperatoribus & principibus, denuò Germanis Colonis ceſſerunt. Remanſerunt tamen aliquæ huius gentis reliquiæ in quibuſdam Germaniæ locis, inter Viſtulam & Albim, nempe in Luſatia, Pomerania ulteriore quæ Ruſsiæ vicina eſt, & citra Albim in campis Luneburgicis. Et hi quidem à Germanis vocantur Vendi, quo nomine etiam Bojemi & Moravi comprehenduntur. Apparet primam huius gentis migrationem in Sarmatiam & Germaniæ regiones incidiſſe in tempora Conſtantini Magni, vel certè non multò pòſt accidiſſe. In Illyricum verò & mari Adriatico propinquas oras Iuſtiniano & Mauricio imperantibus invaſerunt. Qui verò antiquitus Dalmatæ, hodie Slavi vocantur, Slauen vnd Wenden. Lingua eorum paſſim in Turcico regno & quidem in ipſa Sultani aula dicitur uſurpari.

Sarmatæ vicini Germanis, ab ijs orti, autore Aenea Sylvio, gens latè diffuſa complectens Polonos ad Boream, Moſchos, Livones,

vones, & Boruſſos ad occidentem. Item Iberos ſive Hiſpanos, Albanos, h.e. Scotos, Circaſſes, GaZaros, & Mengrellos.

Saxones, Germani & quidem indigenæ non aliunde in Germaniam infuſi, ſic dicti à pugionibus quos ipſi ſuo idiomate vocant Saſſen/oder Landſaſſen. *Dividuntur in tres circulos, quorum ſuperior continet Miſniam, Duringiam, & Hercyniam. Inferior complectitur epiſcopatus Magdeburgenſem, Bremenſem, Hildesheimenſem, Lubecenſem, Suerinenſem, Raceburgenſem & Sleſuicenſem: tum Ducatus Luneburgenſem, Brunſuicenſem, Mecleburgenſem, & Holſteinenſem. Tertius VVeſtvalicus comprehendit epiſcopatus Leodienſem, Trajectenſem, Padebornenſem, Monaſterienſem, Cameracenſem, Oſnabrugenſem, Verdenſem, Mindenſem, inferiorem Germaniam, Ducatum Iuliacenſem, Clivenſem, Bergenſem, Lucelburgenſem, comitatum Manderſchittenſem, Firnenſem, & finitimos.*

Sileſij, Tacito Lygij, Ptolomæo & Straboni Luji, Suevica gens nobiliſſima & ampliſſi-

pliſſima in Germania, quæ complexa eſt Arios, Helverones, Manimos, Elyſios, & Naharvalos. Ac Arij quidem proximi fuerunt Carpato in prima ora Poloniæ majoris. Heluerones & Manimi ad ripam borealem Viadri conſederunt. Elyſii ultra Viadrum ad montes Bojemicos. Naharvali Maſoviam incoluerunt. Fuerunt igitur Sileſii veteres Quadi, tum Lygij, Elyſij, & ex parte quadam etiam Manimi. Ex quibus reliqua ſunt nomina locorum Lignicij Lignitz/ *Libuſij, Luebenæ, Svinicij, Svibuſti, à Suevis ſcilicet ſeu Svionibus, Quaricij.*

Salingi Franci ſunt à Sala flumine in Mœnum defluente dicti, à quibus nuncupatum videtur Salingeſtadium.

Scythæ populi ſeptentrionales à Gothis, ut Trebellij Pollionis fert opinio, orti, vocantur Hamaxobij & Hamaxophoreti, à plauſtris ſcilicet in quibus ſub dio commorati ſunt. Item νομάδες *à paſcendo pecore, ex quo victitarunt.*

Suiones qui & Sitiones de Suevica gente populi noſtra ætate Suedi & Sueci di-

cuntur, Oceanoq́ germanico alluuntur.

Serbi pars Slavorum ad dextram ripan Albis inter VVitebergam & Magdebur gum, à quibus Serveſtum eſt dictum.

Slavorum nomen multis gentibus com mune eſt, quæ ſeſe adverſus Romanos con junxerunt. Suntq́ Slavi ijdem qui illuſtres, ſicut Franci liberi & nobiles.

Sorbi vel Sorabi, Slavi Sorbenwen den inter Salam & Albim, qui & Dale mantij nominati ſunt, à quibus Sorbia ve Sirbia, item Lomatia illa regio fuit appella ta. Hi à Ludovico Romanorum rege circ annum Christi 874. defecerunt: ſed ab eo dem ita compreſſi ſunt, ut à rebellione faci lè deſiſterent.

Suevi olim in genere dicti ſunt omne maritimi littoris accolæ, ab Albi & Suev fluvijs uſq; ad mare protenſi: à quibus e iam mare ipſum, quod Balthicum & Sa maticum alioqui dicitur, Suevicum fu appellatum. In ſpecie verò Suevi olim v cati ſunt Alemanni, qui maximam Germ niæ partem compleverunt. Horum gent variæ recenſentur, quæ in Saxonia, Dani

Ma

Marchia, Bojemia, Anglia, Alemania, Longobardia, Dalmatia, Hiſpania, ſedes habuerunt. Suevi Tranſalbini ſive Senones. Suevi Hermunduri ſive Miſnenſes. Reudingi, qui in Rhetiam cum alijs conſcenderunt. Oroſius lib. 6. cap. 9. recenſet Suevicæ gentis quinquaginta quatuor diſtinctas nationes. Sedes eorum prima fuit ad Albim in Marchia Brandeburgica. Cumq; nomina fluminum durabiliora & evidentiora plerumq; ſint quam gentium aut populorũ: haud abs re à Suevo flumine Suevos appellatos eſſe crediderimus. Eſt autem Suevus is, qui Berlinum præterlabitur, & vulgo vocatur die Spree/ ex Carpathinis montibus ortus, & in mare Balthicum defluens. De tempore autem migrationis Suevorum in eam partem Germaniæ, quam VVitikindi Saxonis opinione incoluerunt, conjectura eſt, factam illam eſſe, cum Saxones unà cum Longobardis in Italiam profecti ſunt. Succeſſerunt Suevis Pomerani, Luſatij, Poloni nonnulli, & Bojemi, Saxones, Miſnenſes, Duringi, Haſſi, Franci, qui etiamnum vetuſtorum

Suevorum tractum poſſident.

TARENTASII, der Walliſ Nachbarn Tarenteſer.

Tauriſci & Tauriſani hodie Carin ſive Carni, olim Norici, autore Plinio.

Tectoſages vel Toloſates Toloſan *Galliæ populi, in Germaniam migraru & ad Nicrum conſederunt, inde Du tus Teckenſis eſt.*

Teutomarſi, Ditmarienſes, à Di quo Deus ſignificatur.

Tubantes, ſecundùm Lazium Su qui Tubingæ urbi nomen dederunt.

Teutonoari, inter Saxones & Suev

Tencteri vel Tenctorichæ, in tract lo qui hodie ſylva Heſperia, vulgo ſterwald/ *vel occidua appellatur, equ diſciplina excelluerunt, proximi Ch Tacitus.*

Teutones, à Teutone rege Germ rum dicti, qui à declarando ſive inte tando Germanorum Mercurius fuit c minatus.

Tigurini Züricher.

Doringi vel Turingi indigenæ, ho

mi Germani, in ipſo ſolo Germaniæ nati, Tyra fluvio Ruſsiæ orientalis nomen adeti ſunt, ut quorundam fert opinio. Sed reera neq; illinc orti, neq; aliunde in hunc ractum, quem hodie incolunt, traducti ſunt. Quamobrem hoc decore Germanorũ roprio haud fraudandi ſunt, ut aliunde importati dicantur, vel adventitij nominentur. Unde igitur ſunt Duringi? Birckemeri opinio eſt, Goticam eſſe gentem, vocariq; Turcilingos, qui iidem ſint cum Duringis. Ptolomæus Tyriochemos nominat gentem ad montes Sudetos habitantem, Nariſcis finitimam. Quæ quidem appellatio Duringis affinis eſt. Unde conjectura capi poteſt Duringos olim habitaſſe in vicinia Nariſcorum. Quæ conjectura à veritate non longè recedit. Non procul enim remoti ſunt Duringi, à Nariſcis. Birckeimerus opinatur Theurochemos eſſe Voigtlandos. Collatis hiſce opinionibus non abſurdum fuerit, ex Tyriochemis Ptolomæi facere Turingos, parum admodum variante ſede, quam Ptolomæus Tyriochemis aſsignat. Nec mirum eſt hunc autorem non

adeò præcisè omnes regiones & ſedes i
tanta multitudine & varietate ponere
potuiſſe. Non verò improbanda eſt prorſu
ea opinio, quæ ab Hermunduris deducit Du
ringos. Vicini enim ſunt, & ita inter ſe
juncti, ut vix Sala fluvio diſterminari po
ſe videantur. Linguam dixerit quiſpian
nonnihil variare, ſed reſponderi poteſt
Linguam Duringicam & Saxonicam non
nihil quidem differre, ſed parum tamen. A
ſi quis attendere voluerit, inter Miſnenſ
& Duringorum dialectum, differentia
admodum exiguam deprehendet, præſe
tim in agris apud ruſticos. Formatio aute
Duringici nominis ex Hermunduris min
mè difficilis eſt. Ablatis enim primis du
bus ſyllabis, nihil remanet quam Durin
vocabulum. Nec deſunt exempla huiu
modi formationis. Ex Sebuſio vel Sebuſ
putat Rhenanus factum eſſe nomen ur
VVeiſſenburgi, demta ſcilicet prima ſyl
ba, & mutata b in u. Quandoq; ſyllaba u
tima tollitur, ut Wolffgang / *pro q*
Germani Wolff *dicunt. Cui deniq; ign*
eſt confuſio, tranſpoſitio & corruptio li
rar

rum in nonnullis proprijs, præſertim Germanorum?

Treviri olim quidem Belgiæ populis annumerati ſunt, ſed ab ijs ſe ipſi ſepararunt, & ad Germanos tranſierunt, glorioſius id ſibi eſſe ducentes, quemadmodum Tacitus ait.

Tribochi, vel Triboci, vel Triboni, vel Triugri, Elſaſſer/ in diœceſi Argentinenſi, Buchonij ſeu Eisfeldenſes hodie à quibuſdam appellantur.

Tungri hodie Brabantini vel Brabantij circa Tongros Brabantiæ urbem.

Tranſſylvani, Siebenbürger / Peucini, quorum lingua, veſtitus, ſedes & domicilia arguunt eſſe Germanos, ut ait Tacitus.

VENEDI, Slavi in Boruſſia vel Pomerania, vel ad Oderam, ut quidam volunt, unde nomen Venedici ſinus, vel maris Pomeranici, in quod Odera influit, natum eſſe apparet. Hi relictis ſedibus penè totam Germaniam divexarunt.

Veneti Galliæ populi ad Ligerim. Cæſar.

Vandali Germani à Wandelen / hoc

eſt, à vagando dicti, olim ad Viſtulam i Polonia conſederunt. Hi circa annum Chri ſti 400. adſcitis Suevis ad trecenta milli hominum coëgerunt, & tranſmiſſo Rhen impreſſionem in Galliam fecerunt, omni inflammarunt & diripuerũt. Inde peragr ta direptaq; Hiſpania irruerunt in Africa circa annum Chriſti 430. eamq́; in poteſt tem ſuam redegerunt. Immo ipſam quoq Carthaginem occuparunt, nec inde expe ſeſe paſſi ſunt, niſi facto fœdere amiciti Poſtquam annos ibi dominati ſunt circit 96. deleti ſunt.

Vangiones Germani, hodie VVorma enſes.

Vennones, Winſgouer.

Ubij, hodie Agrippinates ſive Coloni ſes ad dextram Rheni ripam, tempore I Cæſaris habitarunt. Inde ductore Agri in citeriorem ripam translati, ſedem re ac fortunarum illic collocarunt.

Venetes, ſeu Vindi Wenden.

Veragri vel Varagri, ein Burgi Volck / die vnter Walliſer bey Moritz / vnd Marternach.

Uſipetes, vel Uſippij ſunt Clivenſes.

Virtungi, hodie VVirtenbergenſes, unde nomen oppidi Wirtenberg.

Vindelici, hodie Boji ad Lycum flumen, à quo etiam ipſi populi videntur nominati.

Visburgi, Moraviæ populi circa Olmutiam.

Vitæ maris Germanici accolæ, quorum pars cum Anglis in Angliam commigravit, pars in Helvetiam ſeſe contulit, & propè Tigurinos ſedem rerum ſuarum collocavit. Hi poſtea Suitæ, & ab exteris Suiceri ſunt dicti. Regio deniq; ipſa ab his nomen adepta eſt. Sunt qui ſcribant, Carolum Magnum decem millia Anglorum & Saxonũ Albingorum, quibus abſq; dubio etiam Vitæ interfuerunt, ablegaſſe in Brabantiam, Flandriam, & in id genus alia loca vicina, multa item millia collocaſſe in Tranſſylvania.

Vilzi vel Vilzieni Slavi ultra Salam verſus Mansfeldiam conſederant, ſed pulſi ſunt à Saxonibus, qui loca eorum occuparunt. Reliqui ſunt hodie die Viltzthäler in agro VVirtenbergenſi.

Ungari vel Ugri Pannones ſuperiores & inferiores ſunt. Superiores à veteribus Auſtri vel Auſtriaci: inferiores Ungari fuerũt dicti. Inculta autem eſt ſuperior Pannonia à Germanis. Germanos exterminarunt Galli, Gallos Cimbri & Teutones. Cimbris in Italia devictis, reverſi ſunt Germani in priſtinam ſedem. Germanis ſucceſſerunt Gothi, Gothis Vandali, Vandalis iterum Gothi, Gothis Hunni. Hunnos expulerunt Oſtrogoti, Oſtrogothos ſecuti ſunt Alemanni ſeu Suevi, Suevos Vandali, Vandalos Gothi, Gothos Avares, tandem Ungari, quos Gothos eſſe plerique volunt. Ex annalibus Bonfinij lib. 9. Decad. 1. & Aventino apparet, Hunnos ex Scythia in tria agmina diſtributos, ſummo duce Almo, Tanain tranſiiſſe, & in Tranſſylvania conſediſſe, ſeptemque caſtra condidiſſe, quæ Sibenburgi etiam hodie appellantur. At Pannonia propter auri fodinas magis delectati ſunt Hunni. Itaque legatione ad Suntanum latè in Pannonia dominantem miſſa, in partem regionis ſeſe recipi petiverunt. Etſi autem rex ille alieno animo ab Hunnis non

fuit:

fuit: tamen cum intelligeret, eos non partem ſed totum regnum appetere, armis eos repellendos eſſe duxit. Sed victus in fuga periit. Hunni ergo victores terram occuparunt, & cum reliquiis Hunnorum veterum facilè in unam linguam & unam gentem coaluerunt. Idq́; factum eſſe aiunt circa annum Chriſti 744.

DE RELIGIONE, MORIBVS ET VITA GERMAnorum pacis & belli tempore.

CReſcente hominum gente ſimul crevit impietas & idololatria. Etſi enim Aſcenas vel Tuiſcon Germanorum ſator religionem à majoribus acceptam retinuit, & propagare etiam ſtuduit: tamen idolomania per Chamum & eius poſteros longè lateq́; diſſeminata eſt. Hæc non ſolum Aegyptum complevit, ſed Germanicam etiam gentem attigit atq; infecit. Hinc πολυθεΐα ſeu multitudo & turba Deorum in Germaniam quoq; invecta eſt, & horribilem confuſio-

fuſionem opinionum & cultuum Dei importavit. Galli quidem, ut Iulius Cæſar lib. 6. belli Gallici ſcribit, ſuos Druides habebant, qui tandem etiam in Germaniam infuſi ſunt. Hi à Druio ſacerdote nominabantur, & ex volatu cantuq́; avium auguria agebant, tum hoſtijs etiam humanis litabant. Erat neſcio quod monſtrum Theutanes nomine, quem pro Mercurio colebant Germani. De hoc Lucanus lib. 7. Pharſali:

Et quibus immitis placatur ſanguine diro
Theutanes, horrensq́; feris altarib. Heſus.

Adorarunt quoq; Solem, Lunam, ignem. Carolus Magnus reperit in Germania ſtatuam Hermanni, qui Græcorum ἑρμῆς eſt, h.e. Mercurius, quam evertit. Coluerũt etiam Herculem & Martem, quem Marſum appellarunt. Ab eo nominatas eſſe urbes Marpurgum, Marbachium & nonnullas alias, veriſimile eſt. Culta eſt à quibuſdã Iſis, ab alijs Tanfana, Hertus, Vulcanus, Caſtor, Pollux, Tibilenus. Quamvis autẽ poſt Chriſtum natum vox Evangelij in omnem terram exivit, & in Germaniæ etiã

quædam

quædam loca, nempe in Alſatiam & Bavariam maturè penetravit per Clementẽ, Trophimum & alios: tamen perſeverarunt in ſua Idolomania Saxones & finitimi populi uſque ad Carolum Magnum, à quo ægrè tandem ad Religionem Chriſtianam converſi ſunt. Et quod deplorandum eſt, cum vix Chriſtum verè noſcere cepiſſent, ab eo abſtracti ad ſuperſtitionem & ad ſanctorum cultum invocationemq́ per pontifices Romanos traducti ſunt.

Devota imprimis fuit gens Germanica, & ad cultum divinum proclivis, quod ſatis demonſtrant tot epiſcopatus, tot monachorum clauſtra, tot beneficia ad uſus divinos à majoribus deſtinata. Aiunt unum epiſcopatũ Conſtantienſem paræcias octingentas, monaſteria quadringenta continere: qui tamen opulentiſſimus non eſt. Non nego ſuperſtitione moveri aut impelli homines ad fundanda vel augenda Eccleſiaſtica bona ſolere: ſed conſentaneum tamen eſt, religione potiſſimum incitatos fuiſſe Germanos ad conferendos tantos reditus ad uſus pios in epiſcopatibus & monaſterijs.

ſterijs. Iacuit oppreſſa his ſuperſtitionibus pontificijs atq; monaſticis Germania diu nimis: quanquam ex his ipſis etiam tenebris emicuit interdum ſcintilla veræ fidei in Chriſtum in pijs quibuſdam hominibus, & lucem veritatis magno deſiderio expectantibus. Hi divino quodam impulſu præſenſerunt & prædixerunt emendationem doctrinæ Evangelij, quam horribiliter obſcuratam & depravatam eſſe videbant. Tales prodromi ſeu prænuncij identidem excitati ſunt divinitus, donec tandem opus reformationis Eccleſiæ, duce Deo, miniſtro vero Luthero, ſuſceptum eſt atq; etiam perfectum. Hac luce licet non tota, maxima tamen pars Germaniæ illuſtrata eſt, & adhuc ea ſic fruitur, ut Deum verũ ex vero Dei verbo agnoſcat, colat & invocet. Hæc fuit viciſsitudo religionis in Germania. Recta fuit primùm & verbo DEI conſentiens: poſtea in idolomaniam ethnicam converſa: ex ethnica Chriſtiana, ex Chriſtiana pontificia ſive idololatrica facta eſt. Tandem perpurgata & ad normã propheticæ Apoſtolicæq; doctrinæ revocata.

quæ

quæ adhuc Dei beneficio in magna parte Germaniæ & quarundam vicinarum regionum perſonat.

Operæ Oeconomicæ Germanorum.

Mores boni apud Germanos plus quã alibi bonæ leges valent, inquit Tacitus. Hos igitur magna cura & conſtantia coluerunt ac retinuerunt veteres Germani. Matrimonia inprimis tanquam nervos œconomicæ adminiſtrationis diligenter cuſtodiverunt. Ac primum quidem ſerò, ætate jam firmata, mares fœminis juncti ſunt. Semel verò initum conjugij fœdus ſanctè integreq́ ſervarunt, violantes verò illud ſeveritate ſumma coërcuerunt. Licuit enim marito deprehenſam in adulterio uxorem abſciſſo capillo inſpectantibus cognatis, nudam per vicos urbis agere ac cædere. His verberibus ſi non ſuccubuit, in infamia vitam reliquam contrivit, nec alteri nubere ei conceſſum fuit. Extat epiſtola Bonifacij ad Edoaldum Angliæ

gliæ Principem, in qua narrat, ſi qua vir-go aut uxor vitiata fuit, eam laqueo ſuffo-catam & combuſtam fuiſſe, ſupra buſtum verò ſtupratorem eſſe ſuſpenſum, vel à ca-ſtis mulieribus in omnibus oppidis compun-ctum, donec expiravit. Dos vel dotalia munera non à ſponſa ad ſponſum fereban-tur, ſed è contrario à ſponſo ad ſponſam, non quidem aurea aut precioſa, ſed boves & equi cum ſcuto & enſe. Quibus ſignifi-catum eſt, non immunem à militiæ labori-bus fore ſponſam, ſed ſociam tàm domeſti-carum quàm militarium operarum. Libe-ros ex ſe natos ipſæ lactabant & educabãt matres, aſſuefaciebantq; ab ineunte ætate ad labores & moleſtias perferendas. Ac ut plus roboris acquirerent, infantes in aquã gelidam immergebant. Quod hoc diſticho expreſſit Sidonius:

Excipit hic natos glacies, & matris ab alvo
Artus infantũ molles nix Cimbrica durat.

Nazianzenus & Claudianus laudant Cel-tas, hoc eſt, Germanos qui ad Rhenum con-ſederunt, quòd infantium indolem in Rhe-no explorarint: Et quos naſcentes explorat gur-

gurgite Rhenus. Permiſerat Tuyſco Germanis, ut ſi fortè ſuſpicio eſſet infantis ex adulterio nati, maritus illum clypeo ſuo impoſitum in Rheno aut alio profluente collocaret, ac ſi enataret, pro legitimo; ſin mergeretur, pro ſpurio eum haberet. Victu ſimplici & minimè lauto aut delicato contenti fuerunt. Separatim cibum ſumſerunt in ſua quiſq; menſula & lance. Compotationes tamen probro nulli datæ ſunt: quanquam neq; vinum, neq; alia exotica, quibus effœminari poſſent, importari ſiverũt, ut Cæſar lib. 4. belli Gallici ſcribit. Sola cereviſia ſeſe oblectarunt, qui aquam non biberunt. Veſtitus ſimiliter tenuis fuit, quem ſibi quiſq; ex pellibus boum conſutis conficiebat. Hoſpitalitatem apprime coluerunt, ut non ſolùm benignè acciperent peregrinos, liberaliterq; tractarent, ſed à vi etiam & injuria omni defenderent. Uſuras magno animo contemſerunt, nec ferè aliter quàm merces commutando negotiati ſunt. Domus humiles extruxerunt, nec oppida ampla aut firma condiderunt. Mortuos cum armis, quandoq; etiam cum equis exuſſerunt.

runt. Ploratum quidem citò, mœſtitiam verò tardè depoſuerunt. Literarum atque artium ſtudia nulla apud veteres Germanos fuiſſe hoc Taciti teſtimonium comprobat: Literarum ſecreta viri pariter ac fœminæ ignorabant. Apparet ex Iulio Cæſare, qui literas ac tabulas in caſtris Gallorum, Helvetiorum & Bavarorum græcis typis ſcriptas invenit uſitatum fuiſſe Germanis omnia literis Græcis ſcribere. Quo autem tempore coli literæ in Germania cœperint, & artium ſcientiæ tam latè diſſeminatæ ſint, poſtea in urbibus ſingulis indicabitur.

Militia Germanorum.

GErmani, inquit Iovius, veteri militiæ laude conſpicui, Martium decus Romanis gentium victoribus ereptum ſtabili diſciplinæ ſeveritate feliciter tuentur. Quod conſentaneum eſt Taciti illi elogio, quod libro 13. annalium poſuit: Nullus mortalium, ait, armis aut fide ante Germanos eſt. Hi conſulturi olim de bello, in convivijs liberè ſententias dicebant, tum du-

ces

eligebant, qui autoritate ſcientiæ rei militaris & animi magnitudine cæteros anteirent. In bellum euntes, viros comitabantur parentes, uxores, propinqui, hortabanturq́ʒ ut fortiter dimicarent, & ſi fortè interficerentur, ſe debita laude eos ornaturos eſſe, ſpondebant, imagines ferarum in bellum portabant, autore Tacito lib. 20. annalium. Ad prælium ubi ventum eſt, contenta voce hymnum Herculi cecinerunt, tunc hoſtem adorti acerrimè pugnarunt: pedites quidem contis longis ferro brevi munitis, equites verò ſcutis coloribus lectiſſimis diſtinctis, & lanceis ſeu frameis, pauci loricis aut cudonibus muniti fuerunt. Iaculis præterea uſi ſunt pedites, quæ in longinquum projicere potuerunt. Scutum abjicere flagitioſum fuit habitum. Diſcedere aut fugere ex acie nemini abſqʒ ignominia perpetua licuit. Malebant utiqʒ viribus quàm armis, virtute quàm aſtutia præcellere. Itaqʒ militari laude gentes reliquas ſuperarunt tàm ante natum Chriſtũ, quàm ſequentibus ſeculis, quibus Cæſares Romani dominati ſunt. Horum nullus ferè

ſuit, qui non Germanorum præſidium plu-rimi putarit. Nec adhuc robur militia Germanicæ ullo in bello deſideratur, ſed fir-mitas animi & corporis præcipua in prælijs elucet. Sunt à Germanis etiam inventa Bombardæ ſeu machinæ fulminales & tor-menta omnis penè generis, quæ tamen jam ante in China uſurpata fuiſſe dicuntur, ſed de novo aut integro excogitata eſſe à Ger-manis, vero ſimilius eſſe videtur. Conſtat etiam Romanos Imperatores maturè Ger-maniam ſua præſentia & majeſtate exor-naſſe. Nam Antoninus Pius Philoſophus, & Commodus ita ea delectati ſunt, ut & vivere in illa voluerint; & exercitum ſplendidiſsimum aluerint.

DE POLITICA DIGNITATE ET POTESTATE Germanorum.

OPinio quorundam autorum eſt, à Tuyſcone Germanicæ gentis autore, conditas eſſe leges, quibus Reſpubl. Germa-nica regeretur. Ad eam rem aiunt illũ eſſe

uſum

uſum opera Sabbatij Sacerdotis ex Armenia profugi. Cùm enim ſat ſciret Tuyſcon, mutabiles eſſe hominum voluntates, nec citiùs ferè quidquam corrumpi, quàm religionem & diſciplinam ſalutarem; juris quædam capita conſtituit, eaq; ne facilè ex hominum animis effluerent, cantionum certis formulis comprehendit; quarum unaquæq; verſus decem contineret, & crebris repetitionibus uſurpari poſſet. Erant autem neceſſariæ & utiles præceptiones de ſingulis penè ordinibus & vitæ partibus, de conjugio, de viduis, de pœna adulterij, de liberorum educatione, de conventibus publicis, de officio Magiſtratus in ſingulis provincijs, ut delectos centumviros haberent, à quibus cauſæ graviores cognoſcerentur & dijudicarentur. Moris erat, ut qui negocium vel controverſiam arduam haberet, is prandiũ aut cœnam adornaret & eò centumviros deſignatos vocaret. Hi omni cogitatione & curâ in id incumbebant, ut litem dirimerent. Ac ſi actor vinceret, reus impenſas in prandium aut cœnam factas reddere cogebatur. Sin is cauſsâ caderet, tunc

reus facilè ſumtus ſuſtinebat. Ex quo formula in jus vocandi etiam nunc uſurpari conſuevit. Erant etiam leges de pœnis delictorum, cædis, perfidiæ, de hæreditatibus, de agrorum diſtributione in familias ſecundum Geometricam æqualitatem, quæ tamē diſtributio ſingulis annis permutabatur. Uſura penitùs ignorabatur. Et initio quidem nondum cuſâ monetâ, merx pro merce reddebatur. Quanquam ante Carolum Magnum certis imaginibus argentum & aurum cudi ceperit. Hæc & alia decreta, quorum nonnulla antè recitata ſunt, initia & quaſi rudimenta quædam fuerunt legum, quæ ſingulis penè ætatibus vel auctæ, vel expolitæ & declaratæ ſunt: Donec unà cum monarchiâ Romanâ etiam leges civiles & conſtitutiones Imperatorum prolatæ ſunt, quibus hodie Reſpub. Germanica continetur. Quintilius Varus cùm armis frangere Germanos non poſſet, jure & diſceptatione eos in ordinem redigere conatus eſt. Idcircò Scabinatus, hoc eſt, judicia ordinaria inſtituit, in quibus omnes cauſſæ graviores cognoſcerentur & dijudicarentur.

Guber-

Gubernata eſt autem Germania initio à regibus, quorum nomina recenſentur uſq; ad migrationem Cimbrorum. Dicuntur etiam in bello Trojano fuiſſe Germani Duces, qui Trojanis opem tulerint contra Græcos. Quorum in numero fuit Gothorum rex Adolphus, Græce Telephus, Euripilus, Helenus Cimbrorum rex, item Amazones mulieres Gothicæ.

Ab eo ferè tempore nihil literis mandatum eſt de Germanis memorabile, uſq; ad Romanorum tempora, quibus nota eſſe magis cepit Germania, & à Latinis Scriptoribus celebrari. Circiter annum mundi 3630. Hermannus Duringorum rex in prælio cum Gothis occubuit. Anno 3685. Balgius & Brennus Germanogalli in Macedonia cum Soſthene bellum geſſerunt, & à Nicomede Bithyniæ rege magnam partẽ Aſiæ loco mercedis acceperunt, quam Galatiam de ſuo nomine appellarunt. Circa annum mundi 3853. in Germaniâ dominati ſunt Teutebochus, Bolus, Celeus, qui adjuti ab Helvetijs Romam invaſerunt, & peragratâ Galliâ, in Hiſpaniam impreſſionem fa-

cere auſi ſunt. Inde pulſi, partim in Galliâ, partim Brabantiâ & Flandriâ conſederũt. Hi ſunt Cimbri illi, qui Romanos adeò afflixerunt, ut vix tandem à Mario & Catulo cæſi ſint. Hos reges ſecutus eſt Arioviſtus, qui cum Iulio Cæſare conflixit, ab eoq́ in fugam converſus eſt. Imperante Auguſto, Sicambrorum rex Francus cum Saxonibus & Duringis fœdus fecit, ut in communi periculo communi defenſione uterentur. Nominatim verò à Iulio Cæſare, Strabone, Tacito, Marcellino recenſentur præter jam dictos Reges & Duces in Germania, Vannius, Crocus, Chorodomarius, Emericus, Rixilla, Arminius, Segeſtes, Segimerus, Ambiorix, Cingetorix, Dumnorix, Divico, Orgetorix, Vercingetorix, Segimundus, Deutorix, Milo, Maroboduus, Ganaſcus, Catumerus, Adgandeſtrius, Arpus, Cariovalda, Bremio, vel Brinio Vernicus, Maloriges, Sunomarius, Hortarius, Martianus, Hariobandus, Vadomarius, Varius, Urſicinus, Verſalus, Chonidomarius. Saxones conſtat habuiſſe Duces, è quibus etiam regem, quoties belli uſus aut neceſſitas poſtulavit,

cle-

elegerint. Cuiuſmodi fuerunt Marbodus, Vecto, Vitichius, & Caroli Magni tempore VVitikindus, cui Saxonici Ducis titulum perpetuum cum omnibus poſteris eius Carolus ille tribuit; ipſe verò ſummum imperiũ, quod Deus in terris ordinavit, in Germaniam, tanquam humeris ſuis, deportavit. Quod quidem imperium ut verè quarta illa Romanorum monarchia eſt, ſic legitimè etiam acquiſitum & ad Germanos devolutum eſt. Primùm enim propter translationem imperij in orientem Monarchia Romana non abolita eſt, ſed manſit & viguit Conſtantinopoli æquè, atq; Romæ. Quanquam imperium occidentis valdè debilitatum atq; diminutum eſt. Deinde nec propter Gothos in Italiam infuſos Romanum Imperium deſiit. Quamvis enim orientis Imperatores paßi ſint eos ad annos ſeptuaginta ſeptem in Italiâ dominari: tamen eos nequaquam pro Dominis, ſed pro ſubditis habuerunt. Tum nec propter occupatum à Longobardis Exarchatum & poſſeſſam Ravennam ijdem Imperatores Occidentis imperium amiſerunt: licet ad annos

amplius 206. bonâ illius parte caruiſſe videantur. Miſit Conſtantinus Imperator Conſtantinopolitanus legationem ad Pipinum Caroli Magni patrem cum muneribus multis, flagitavitq́ ut is Longobardorum conatibus reſiſteret, & ereptum ab ijs Exarchatum atq́ Ravennam recuperaret, ſed ea conditione, ut imperio illa reſtitueret. Imò manſit imperij ſeu monarchiæ ἀξίωμα Conſtantinopoli etiam poſt Carolum Magnum uſq́ ad annum Chriſti 1452. quo ſub Conſtantino Imperatore Orientis ultimo, captâ Conſtantinopoli, Imperium Orientale ad Turcos translatum eſt.

Hîc quæri poteſt non immeritò, an non cum hoc Orientis imperio etiam monarchia Romana ad Turcos tranſierit? Sed expedita eſt reſponſio: Habet quidem Turca Imperium Orientis, ſed non habet Monarchiã Romanam. Monarchia enim non loco, non fortunâ, nec potentia definitur, ſed ordinatione ſive inſtitutione divinâ ac dignitate ponderatur. Ac inſtitutio quidem divina Romanæ monarchiæ evidens eſt, & expreſſa à Daniele, cuius autoritas tanta eſt, ut

nefas

nefas ſit, eam facere dubiam. Turcici verò imperij quænam inſtitutio divina poteſt proferri? Amplitudine quidem ſuperat omnia regna terræ. Sed magnitudo non facit monarchiam. Arcem quoq; orientalis Imperij Conſtantinopolin tenet Imperator Turcorum, tenet Aſiam, Græciam, Aegyptum, Illyricum. Sed nequaquam ex regionum aut populorum numero ſive potentia conſtat monarchia; utpote quæ aliquando ad modicum occidentis redacta erat, & vix nomen ſuum tueri amplius poterat. Sed collegit tamen ſeſe identidem, & vires recuperavit, quemadmodum Propheta Daniel prædixit, ultimam monarchiam partim ferream, partim luteam fore, modò plus, modò minus virium habituram. Tyrannis eſt Mahometica potentia quantacunq; eſt, non Imperium juſtum, quod legibus, religione & artibus bonis munitum eſſe debet. Et quanquam jure belli partum eſſe aut conflatum videtur à Turcis Orientis Imperium: tamen neq; ornamenta, neq; præſidia ea habet, quibus ſeptam eſſe politiam legitimam decet; ſed vi & metu adjun-

ctum

ctum eſt, fraude & rapinis partum.

Sunt autem decora & firmamenta legitimi imperij vox doctrinæ cœleſtis, juris & legum æquabilitas, judicia recta, diſciplina, pudor, virtus; artium cultus, conventus ſive congreſſus publici, præmia juſtè facientibus, pœnæ verò ſceleratis propoſitæ. Item cura tuendi honeſtas familias, ſtudium defendendi probos à vi & injuriâ.

Quæ cùm in Imperio Romano Germanico reperiantur, manifeſtum eſt, in hoc ipſo imperio hærere monarchiam voce divinâ prædictam, autoritateq́ eiuſdem fundatam. Hæc enim ſonat verbum Dei, retinet uſum Sacramentorum, habet Eccleſiã, agnoſcit, colit & invocat Deum Patrem, Filium & Spiritum ſanctum, uſurpat leges Romanas, exercet judicia legitima, cuſtodit diſciplinam, habet ſcholas artium & literarum optimarum officinas, agit frequentes principum atq; ordinum conventus, ſervat honeſtos ritus, pudorem, conjugia, familiarum ſucceſſiones, principum & civitatum dignitates, privilegia & facultates, prohibet injuriâ tenuiores, confert tri-

buta

buta ad propulſandam vim hoſtilem, reprimit & vindicat ſcelera. Hujuſmodi nihil eſt in colluvione & turbâ Mahometicâ, quæ tota conflata eſt ex blaſphemia adverſus Deum, quem contumeliâ afficit penitus, dum filium eius unicum Mediatorem noſtrum & Spiritum ſanctum rejicit, & pro Chriſto vero Deo & Servatore noſtro monſtrum illud Mahometi ex contrariis diverſisq́ atq; inter ſe repugnantibus ſtudiis compoſitum colit & adorat. Agmina quidem monachorum inertium alit, ſed Mahometo, non Chriſto illa ſerviunt, legum Romanarum repagula perfringit, & ſuo ſibi arbitratu jura condit, metu, non jure ſubditos regit, tyrannidem exercet, fidem datam, ubi libet & expedire videtur, violat, imbecilliores vexat & opprimit, familias benè meritas delet, ſpe ac fiducia roboris militaris quiduis audet. Quod argumento magno eſt, Turcicum Regnum non eſſe juſtum illud, legitimum, ac ſummum imperium, quod DEVS *in terris uſque ad finem mundi vult durare. Cuiuſmodi verè eſt illud Romanorum, quod in ſe*

in ſe legitimè tranſmovit Carolus Magnus.

At quomodo illud adeptus eſt, aut quo jure acquiſivit Carolus Magnus? Reſpondeo: Partim ſucceſſionis jure, partim belli, partim translationis. Succeſſionis quidem jure Francorum regnum ab Aquitaniâ uſq; in Bavariam poſſedit. Belli verò Saxoniam, Gaſconiam, terras Hunnorum, Slavorum cum alijs multis provincijs in poteſtatem ac ditionem ſuam redegit. Conflictatus enim eſt cum Saracenis, Longobardis, Saxonibus, Slavis, Hunnis, Avaribus, Bavaris, Danis, ut nemo negare poſſit, quin ſanguine ſuo Occidentis Imperium emerit atq; pararit. Etſi autem Occidentis imperium adhuc tenuerunt Conſtantinopolitani Imperatores; tamen negligentius illud adminiſtrârunt, & diminui labefactariq; in multis partibus paſſi ſunt. Equidem Iuſtino II. imperante Narſes patritius, minis Sophiæ imperatricis offenſus, Longobardos ex Pannonia in Italiam attraxit, qui regni ſui ſedem etiam illic conſtituerunt & Occidentis Imperium vehemen-

menter attriverunt. Ex quo non tantùm in tranſalpinis provincijs, ſed etiam in Italia ipſa ingens jactura facta eſt. Divinitus autem absq; ulla dubitatione factum eſt, ut quo magis decreſceret Græcorum imperium, eò magis accreſceret indies Francorum potentia. Pertæſus ſcilicet jam videbatur Deus Græcorum dominationis inſolentis, & Romanorum ambitionis deteſtandæ: tum Saracenorum etiam dominatum ſuperbum oderat. Itaq; conſilium de transferenda imperij ſummi dignitate ad aliam gentem ceperat, & cum imperio etiam Eccleſiam ab Oriente & Meridie ad Occidentem & Septentrionem traducere in animo habebat. Erat autē Carolus Magnus iam tum Francorum regno potitus, domuerat gentem ferociſſimam Saxonum, ſubjugarat Ungaros, Hunos, Bavaros, Slavos, Normannos, Butanes, multasq; alias provincias in ſuam poteſtatem redegerat.

Imò ſedem imperij in Germaniâ comparatis omnibus præſidijs atq; ornamentis, quibus ad monarchiam opus eſſet collocarat. Venit in Italiam precibus Adriani Papæ I,

pæ I. in ſummas anguſtias adducti permo
tus. Prius tamen legatione ad Deſiderium
miſſa, ut à ſuperba dominatione in Itali
deſiſteret, monuit. Deinde cùm in itinere
eſſet, & exercitum ad Alpes duxiſſet, de-
nuò legatos ad eundem miſit, & ut cederet
hortatus eſt. At ubi nihil, quod juſtum aut
æquum eſſet, obtinuit, verba in arma con-
vertit, & vi tyrannidem eius compreſſit,
ipſumq́; adeò Papiæ, ubi ſedes regni erat,
cepit, & urbem ad deditionem compulit.
Quo facto, reliquas civitates Italiæ faci-
les & obſequentes habuit. Ex quo patri-
cius, hoc eſt, Pater Patriæ curam gerens,
acclamante univerſo Romano populo, ap-
pellatus eſt. Aliquantò pòſt cùm injurioſiùs
à quibuſdam ſeditioſis tractatus eſſet Leo
Papa III. ut eam injuriam vindicaret, &
miſero Leoni ſubveniret, denuò Romam
accurrit, & acclamante populo Romano,
Imperator Occidentis ſalutatus eſt, coronâ
verò à Pontifice redimitus. Autores ſunt
non contemnendi, qui ſcribunt, Carolum
invitum eam acclamationem & corona-
tionem ſuſcepiſſe, dixiſſeq́; ſe, ſi antè, quid
futu-

futurum eſſet, ſciviſſet, haud adventurum fuiſſe. Hæc regna, hæ provinciæ ſunt, quas bello acquiſivit Carolus, & quidem ante renunciationem ſiue acclamationem Romæ factam eas tenuit. Renunciatio verò nihil ad eas terras vel acquirendas vel acquiſitas adjecit, ſed comprobatio tantùm & congratulatio fauſta fuit. Quid verò obſtat, quò minus Imperator Occidentis ſit is, qui Occidentis imperium habet? Quod cùm Carolo Magno divinâ quadam felicitate contigerit, an non jure Imperator Occidentis habetur? Quod eò etiam pertinet, ut intelligamus, non propterea Monarcham Romanum eſſe Imperatorem Turcicum, quòd bello orientis imperium acquiſivit. Non enim alibi quærenda eſt monarchia Romana, quàm ubi ἀξίωμα eſt imperij. Quod cùm nullibi, quàm apud Germanos inveniatur, certum eſt etiam monarchiam Romanam apud aliam gentem nullam eſſe, quàm apud Germanicam. Unum adhuc deſideratur tranſactio ſive conſenſio Imperatoris orientis, qui occidentis imperium adhuc tenebat. De hac autem tranſactione

non opus eſt multa proferre teſtimonia. Unum ſufficit ad faciendam fidem Godefri di elogium, qui ſcribit Irenen Græcorum imperatricem primùm miſsis legatis, pacem inire cum Carolo ſtatuiſſe, quam cùm minimè aſpernaretur Carolus, viciſsim legatis ad imperatricem miſsis, petitam pacem cum ea confirmavit. Idem fœdus Nicephorus Irenes in imperio Græcorum ſucceſſor literis & nuncijs cum eodem firmavit. Nicephorum in imperio ſecutus Leo cum Carolo eodem pacem perpetuam hoc modo compoſuit, ut alter alterius frater ſemper nominaretur, alterq́ ab altero juvaretur, Græcus autem Imperator orientem, Carolus cum ſuis ſucceſſoribus Romam cum toto occidente teneret. Certum eſt, Saliſpurgum veniſſe legatos Conſtantini, ibiq́ non ſolùm auditos eſſe clementer, ſed fœdus etiam inter hos imperatores ſancitum eſſe, in omne tempus duraturum. Quin nubere etiam Irene voluit Carolo Magno, ſed à proceribus impedita cuſtodiæq́ tradita fuit. Hæc illuſtris & omni exceptione maior pacificatio oſtendit, Carolum Magnum etiam

trans-

tranſactionis iure Imperatorem occidentis eſſe factum. Cumq́; imperium occidentis pleno iure habuerit, transferre etiam ad Germanos illud potuit. Non ergò aliud eſt hoc Germanicum imperium, quàm γνήσιον, verum & genuinum illud, quod monarchia quarta nominatur.

Hactenus iure acquiſitum eſſe à Carolo Magno occidentis imperium ſatis demonſtratum eſt. Deinceps quomodo nomen aut titulum Imperatoris conſecutus ſit Carolus, declarandum.

De quo mihi cum Bellarmino ſocietatis Ieſuiticæ principe controverſiæ certamen eſt. Hic auctoritate Pontificis Romani factam eſſe translationem à Græcis ad Francos contendit. Quod quàm inconveniens ſit, inde cognoſci poteſt, quod à Græcis mandatum nullum transferendi imperiũ Pontifex habuit. Quo igitur iure, aut ſpecie ſaltem juris id transferre Papa potuit, quod Græcorum fuit? cùm juſtiſſimum ſit, ut unicuiq; res ſua diſponenda committatur, nec alteri jus ſuum eripiatur. Certum eſt in Græcorum imperatorũ poteſtate remanſiſſe

ſiſſe imperium occidentis uſq; ad Carolum Magnum. Ad Græcos igitur pertinuit diſpenſatio ſive collatio imperij occidentis. Quod adeò firmum eſt, ut fieri nullo pacto potuerit, ut Papæ autoritate transferretur à Græcis ad Francos Romanum imperium, niſi probatum fuerit à Græcis datam illi priùs eſſe transferendi poteſtatem. Id cùm facere nullo modo poßit, quid eſt, quod tantam temeritatem Romano Papæ tribuant aſſentatores Pontificij? An non commentum eſt inane & impium? Pudet me commemorare ea, quæ Papæ nonnulli inſolenter & impiè jactarunt: quippe quæ non ſine dedecore ſummo pontificij ordinis repeti poſſunt. Ut cùm Hadrianus Papa IIII. vocat Fridericum Imperatorem ſuum beneficiarium: item quod Aventinus lib. 9. recitat: Rex Teutonicorum per nos imperat. Item, Imperator totum quod habet à nobis habet. Sicut Zacharias tranſtulit imperium à Græcis ad Teutonicos: ita nos poſſumus, inquit Papa, ab Alemanis transferre ad Græcos. Ecce in poteſtate noſtra eſt, ut demus iſtud cui volumus: nihilominus

tamen

tamen audet Bellarminus audacia & impudentia pontificia fretus affirmare, Papam jure ſuo tranſtuliſſe imperium à Græcis ad Francos. Quæſo, quodnam illud eſt jus pontificium tam firmum & valens, ut regna mundi transferre aut mutare poſſit? Non politicum ait eſſe, ſed Eccleſiaſticum. Imò naturam & inſtitutionem. Pontificatus eiuſmodi eſſe comminiſcuntur Ieſuitæ, ut poteſtatem concedat transferendi regna ab alio ad alium. Confirmatio omnis, ut video, ex definitione Pontificatus manat. Natura enim Pontificatus eſt ipſa eſſentia eius, ſeu vis, quæ definitione continetur. Inſtitutio autem cauſſam efficientem exponit. Quod ſi igitur natura Pontificatus hoc fert, ut regna mundi mutet, definitionem dari talem oportet, quæ hanc poteſtatem contineat. Si ex inſtitutione hanc poteſtatem habet, autor nominetur neceſſe eſt, qui Pontificatum ſanciverit & jure tali muniverit. Quod facere Bellarminus, etiamſi omnes nervos ingenij contendat, nullo modo poterit. Pudebit enim illum, vaniſſimas illas argutias proferre: Tu es

Petrus; item paſce oves meas, ex quibus nihil effici, quod apud pueros in ſcholis valeat, poteſt. Diſputatio nimis longa eſſet, ſi perſequi ſingula membra vellem. Ego quidem nullum unquam ius cognovi, quod poteſtatem det aliena invadendi, aut transferendi invito Domino. At occidentis imperium fuit in poteſtate orientalium imperatorum uſq; ad illud tempus, quo legatione miſſâ, Orientis Imperator Carolum Magnum, Cæſarem & Auguſtum appellavit, quod Sigeberti teſtimonium adeò evidenter probat, ut qui dubitat, in luce meridiana cæcutire videatur. Verba Sigeberti ſunt: Etſi Romani iam diu animo ab Imperatore Conſtantinopolitano defecerant: tamen ius imperij Romani omne ſibi vendicarunt Orientis Imperatores uſq; ad illud tempus, quo titulo & poſſeſſione eius ceſſit Carolo Nicephorus orientis Imperator. Ex quo ſanè apertum eſt ſatis, Papam, ſi tranſtulit imperium occidentis, aliena invaſiſſe & rapuiſſe, quod ſummæ injuſticiæ & impietatis eſt. Alieniſſimum etiam eſt à miniſtris Chriſti, mundana re-

gna

gnu attingere. Quod ſi ergò miniſter Chriſti fuit Papa, munus tàm alienum à ſua perſona haudquaquam attigit, niſi impietate nefariâ ſeſe inquinare voluit. Quis Adrianus Papa erat? Quid Leo III? vagi exules & undiq; excluſi erant: non angulum imperij tenebant. Qui ergò conferre aut transferre imperium potuerunt? Ipſi à Carolo Magno pendebant, & ope eius præſidioq; unicè nitebantur. Quomodo igitur juvari ab illis potuit Carolus? Ipſi acceperunt incolumitatem & ſalutem à Carolo. Carolo ergò quî dare aliquid potuerunt? Imò ne Romæ quidem illis latere licuit. Ergò multò minus Romam & imperium alijs tribuere. Nauclerus ſcribit, Pontifice Urbano IV. Romanam Rempub. à Senatoribus gubernatam eſſe, non à Pontifice: quippe in cuius poteſtatem demum circa annum Chriſti 1261. quo Nicolaus III. Papa factus eſt, urbs venerit. Quòd ſi ita ſeſe habet, quemadmodum revera habet, quî tradere eam Carolo Magno potuit Leo?

Argumenta, quæ ex definitione Ponti-

tificatus duci poſſunt, nihil roboris, nihil firmamenti habent penitùs. Si enim hoc ius habet pontificatus, non in Carolo Magno primùm profundi aut uſurpari illud debuit, ſed ab initio ſtatim in apertum referri. Quod cùm factum non ſit, miramur nō immeritò, unde tum demum poſt tot annos natura hæc Pontificatus eruperit aut prodierit. Miramur item, qui factum ſit, ut natura tantæ rei tàm repentè iterum conciderit, expirarit, & evanuerit? Et ſi enim Cæſarum coronatio pontificia poſt Carolū Magnum etiam uſurpata eſt: tamen nihil ea facit ad translationem, ſed eam, tanquam acceſſorium aliquod, conſecuta eſt. Et ſi neceſſariò eſſet conjuncta cum translatione coronatio aut unctio, non potuiſſet Carolus vel ante coronationem eſſe Rex occidentis, vel poſt coronationem paciſci cū Imperatore Orientis opus ei fuiſſet. Falſum autem primum. Falſum igitur & extremum. Ex quo elucet, totam hanc translationem Pontificiam ex rebus fictis commenticijsq́ue conſtare. Idq́ue pluribus rationibus evidentibus demonſtrari poteſt. Alij enim

Ste-

Stephano Papæ eam aſſcribunt, ut Vincentius & Autor Chronici, quod allegat Leopoldus de Babenberg. Alij Adriano tribuunt, ut Dantes: alij Leoni. Et hi ipſi ſcriptores non Papas ſolùm diverſos ponunt translationis huius autores, ſed quidam etiam non ad Carolum, ſed ad Patrem eius Pipinum translatum eſſe imperium aſſerunt. Quæ cùm ita ſint, manifeſtum eſt, translationem imperij à Græcis ad Romanos, non eſſe de natura ſive eſſentia aut ingenita vi Pontificatus Romani, quam certiorem eſſe decet. Tum id etiam planum ſit, multò minus coronationem aut unctionem Romanorum Cæſarum, de eſſentia Pontificatus Romani eſſe, utpote quæ & omiſſa fuit ante Carolum Magnum, & poſt eum à multis Cæſaribus minimè expetita, qui tamen Cæſarum nomen & dignitatem nihilominus geſſerunt & tutati ſunt.

Detractâ hac iuris Pontificij ſpecie, quid eſt, quod confugere Bellarminus ad Eccleſiaſticam poteſtatem audet? Quid eſt, quod inde efficere conatur, Papam habere jus regnis atq; imperijs ſpoliandi reges atq; Impe-

ratores, vel Regna & Imperia ab aliјs ad alios transferendi? Error eſt nimis longè petitus, qualis ferè is eſt, de quo in tragœdia: Utinam ne in nemore Pelio ſecuribus cæſæ cecidiſſent abiegnæ ad terram trabes. Longinquum eſt iter, flexuoſum & perplexum, in quo propter ambages allucinari, labi & offendere facilè eſt. Accuratis limitibus diſtincta eſt poteſtas civilis & eccleſiaſtica, ut ſi policitus eccleſiaſtica attingat, VZæ tangenti arcam Domini non diſſimilis eſſe videatur, & è contrario, ſi eccleſiaſtica perſona ſumere ſibi vult politica, audire cogatur illud, quod Chriſtus diſcipulis ſuis dicebat: Reconde gladium in vaginam ſuam. Item: Reges gentium dominantur, vos autem non ſic. Iam quid eſt Reges & Imperatores regnis atq; imperiјs ſpoliare, vel imperia ab aliјs ad alios transferre, quàm Regum more dominari, imò ſupra Reges & Imperatores caput efferre, & principatum ſummum ſibi arrogare? Quæ dominandi libido ſi eſt in aliquo Papa, poſt Carolum Magnum exorta eſt. Non credo, vel Stephanum vel Adrianum vel

Leo-

Leonem, vel quemcunq; alium, cui tranſlatio imperij Romani à Græcis ad Germanos affingitur, id in animum ſuum induxiſſe vnquam. Modeſtiores puto eos fuiſſe multò, quàm vt tantum faſtigium ad ſe raperent. Non libet hîc repetere argumenta ad rem nullam vtilia. Papa eſt Caput Eccleſia. Ergò habet poteſtatem in Imperatorem, & poteſt transferre imperium ab alio ad alium. Nulla hîc eſt conſecutio, res toto genere inter ſe diſcrepantes, & prorſus diſpares iunguntur. Multò minus, utrum caput Eccleſiæ ſit Papa, diſputare neceſſe eſt.

Negavit id iamdudum Eccleſia Græca, negat hodie Eccleſia Germanica, Anglica, Gallica, Danica; negat Lutherus & qui cum eo ſentiunt; negant ſancti Patres, negant Principes & ordines Imperij in ſcripto apologetico ſuo, cur ad indictam Synodum Tridentinam venire non potuerint, neq; debuerint. Patrum teſtimonijs in re tam manifeſtâ nihil eſt opus: Vnum ſufficit Gregorij Magni, quod extat libro epiſtolarum 4. cap. 82. Si Paulus membra dominici

nici corporis certis extra Chriſtum quaſi capitibus, nec ipſis quidem Apoſtolis ſubijci particulariter noluit: quid tu Chriſto vniuerſalis Eccleſiæ capiti in extremi iudicij examine dicturus es, qui cuncta eius membra tibi conaris vniuerſalis appellatione ſupponere? Fulmen hoc eſt, quo deterreri Papa meritò debebat, ne id, quod Chriſti eſt, tantâ audaciâ ſibi ſumeret.

Sed quid efficietur tandem, ſi Papa Eccleſiæ ſit Caput? Effectus hoc argumento oſtenditur:

Paſtoris eſt lupum arcere ab ouili. Papa eſt Paſtor. Ergò repellere debet lupum ab ouili, hoc eſt, Imperatorem, aut Regem reprobare, & meliorem ſubſtituere. Non valere conſequentiam, quivis perſpicit. Plus enim eſt in concluſione, quàm in præmiſſis. Nec maior aliter accipienda eſt, quàm de gladio ſpirituali, qui commiſſus eſt paſtori Eccleſiæ. Nequaquam verò de vi aut poteſtate politicâ. Minor autem ſic reſtringenda eſt, ut de certo loco intelligatur. Paſtor enim eſt certi loci aut gregis ſibi commiſſi paſtor. Hîc nulla fit mentio ſub-

ſubſtitutionis novi Principis aut Regis. Hæc enim non ad Paſtorem Eccleſiæ, ſed ad alios pertinet, quibus cura electionis commiſſa eſt, ut in imperio Septemviris.

Imò nec Dauid volebat manum inijcere Saulo uncto Domini, aut loco eum movere: quamvis unctus Domini ipſe eſſet. Sciebat enim parcendum eſſe vncto Domini, licèt bonus Princeps minimè eſſet Saulus. Quod quæſo regnum adeò eſt patiens, vt à Papa ſibi patiatur ſubſtitui aut obtrudi nouum Regem? Quorſum igitur ſpectat inanis iſta gloriatio, quaſi Papæ ſit ſubſtituere Regem aut Imperatorem, quem ipſe velit, remoto priore?

Non minus ineptum eſt illud etiam argumentum. Anima habet Imperium in corpus. Papa eſt anima corporis imperij. Ergò habet imperium in Cæſarem & Principes..

Nimis impia eſt minor propoſitio. Nam verbum Dei non abijcit Principes ſeu Magiſtratus politicos, in rebus præſertim ciuilibus, infra Papam, ſed potiùs ſubijcit eum Magiſtratui politico, Rom. 13. Omnis anima

ſubdi-

ſubdita ſit poteſtatem habenti. Quæcunq; igitur poteſtas aut autoritas Sacerdotis vel miniſtri Chriſti eſt, tota Spiritualis eſt & Eccleſiaſtica, in verbo, non gladio aut vi externa conſiſtens.

Sed quò delabimur, de jure translationis contendentes? cum factum ipſum negauerimus, hoc eſt, nunquam factam eſſe translationem Pontificis Romani autoritate demonſtrauerimus: Bonifacius ille VIII. quo nihil vidit Sol ſceleratius, demum auſu horribili & execrando caput Eccleſiæ ſeſe nominauit. Ac ſi ſatis noui Bellarminum, ipſemet hoc impium & peſtiferum commentum deteſtaretur, niſi fidem & religionem Pontifici addictam haberet. Hactenus demonſtratum eſt Pontificatus naturam non ferre, vt illius autoritate imperium ab vno ad alium transferatur. Deinceps vtrum ex inſtitutione eiuſdem id fieri poſſit nec ne, diſpiciendum eſt. In inſtitutione autem cuiusq; rei aut officij in primis autorem proferri oportet: tum formalia verba, vt vocant, recitanda. Neutrum in hunc vſq; diem à Pontificijs factum eſt. Aut igitur adhuc

hucnominetur autor talis inſtitutionis, exhibeanturq́; verba, quibus ea continetur, aut commenticia res tota habebitur. Verba quidem eiuſmodi eſſe oportebit, quæ expreſsè & disertè affirment, Pontificatum Romanum ex inſtitutione eam habere vim & poteſtatem, vt regna transferat, tùm illud quoq; demonſtretur neceſſe eſt, num ante Leonem III. vel pòſt demum hæc inſtitutio facta ſit: Si enim antè facta eſt, mirum videbitur omnibus, non vſos eâ eſſe Papas, qui Leonem anteceſſerunt; ſi ſecuta eſt, non eam potuit uſurpare Leo. Quod ſi ergo à Papa non eſt facta translatio imperij Occidentis ad Germanos: Vndenam nomen & titulum Imperatoris Romani, aut occidentis adeptus eſt Carolus? Reſponſio nulla poteſt dari melior, quàm ſi dicamus, ab eo, qui imperium habuit. Is fuit Imperator Conſtantinopolitanus, cum quo ultro citroq́; miſsis legationibus ita conuenit Carolo Magno, ut ille Orientis, ipſe Occidentis Imperator eſſet. Hoc fœdus primùm cum Irene fecit Carolus: Deinde cum Nicephoro renovavit, tùm cum Leone con-

confirmauit & ſtabiliuit, vt ſatis roboris in omne tempus haberet. Quid enim aliud eſt Romam cum toto occidente ita tenere, quemadmodum Conſtantinopolin cum Oriente tenebat Leo, quàm occidentis Imperatorem eſſe Carolum, eodem modo, quo Orientis Imperator erat Leo? quemadmodum Godefridus Viterbienſis memorat. Quod ipſum etiam confirmat Epitome theſauri antiquitatum, hoc eſt, Imperatorum Orientalium & Occidentalium. Hæc diſertè ait, partitam eſſe Irenen cum Carolo Imperium, ac ſibi reſervaſſe Orientis, Carolo verò tribuiſſe aut conceſſiſſe occidentis imperium.

Nec vlla res eſt, quæ dubiam facere hanc ſententiam poſſit, niſi fortè coronatio, quæ Romæ facta eſt. Per hanc enim translationem imperij factam eſſe, autumant Pontificij adulatores. At non ita eſt. Coronatio enim haud tribuit imperium; ſed tributi & aſsignati ſignum eſt. Quemadmodum enim corona ferrea Modetiæ impoſita Carolo ſignum fuit regni Longobardici à Carolo belli jure parti: Sic Coronatio

Roma

Romæ facta per miniſterium Papæ, inſigne fuit imperij occidentis ab eodem legitimè acquiſiti. Idcircò ipſi ſcriptores Italici ſignum vocant legitimi imperij. Neq; corona Pontificis fuit; ſed populi, qui per manum Papæ coronavit Carolum. Quod verba Sigeberti evidentiſſimè comprobant: Romani, inquit ille, qui ab Imperatore Conſtantinopolitano jam diu animo deſciuerant, tunc acceptâ occaſionis opportunitate, quia mulier excœcato Imperatore Conſtantino filio, eis imperabat, uno omniũ conſenſu Carolo Regi Imperatorias laudes acclamant, eumq́; per manum Leonis Papæ coronant, Cæſarem & Auguſtũ appellant. Et Cranzij memorabile eſt teſtimonium: Peregit tum, inquit, volente populo, cui fas eſſe videbatur, de Imperatore creando, Pontifex ſacrum in eo miniſterium. Quid Aventinus? Romani, inquit, orante Carolo cum Pontifice, Confiteor, Senatus & populus clamabant Carolum Auguſtum, eumq́; liberatorem & ſervatorem ſuum appellabant.

Tenebat jam imperium occidentis Carolus.

rolus. Acceſſit ergò hæc publica ἐυφημία fauſta acclamatio & congratulatio cum Ceremoniâ inaugurationis ſeu coronationis facta à populo Romano per manum, ſeu miniſterium Papæ, ut nihil deeſſet Carolo Magno ad imperij decus omni ex parte expletum & abſolutum. Agnoverat eum multò antè Imperatorem Leo Papa, qui legationem ad eum miſit cum muneribus, tum claves etiam confeſſionis ſancti Petri, & vexillum Romanæ vrbis, vt Reginonis Chronicon memorat. Agnoverat eum Imperatorem Occidentis Italia, tum Alphonſus etiam Galliciæ & Aſturiæ Rex, qui miſit ad eum papilionem miræ magnitudinis, cum aliis muneribus ampliſſimis. Agnovit eundem Imperatorem Zacharias Patriarcha Hieroſolymitanus, qui miſit ad eum claues ſepulcri, cum reliquijs multis. Peragraverat ſc. orbem terræ fama de magnitudine rerum geſtarum Caroli. Nec ulla ferè gens erat, quæ non divinam eius felicitatem, potentiam & ſapientiam magni faceret, prædicaret & vel extimeſceret, vel eo quaſi quodam numine de cœlo lapſo lætaretur.

Vide-

Videbaturq́ adeò jam tum Deus ipſe cum omnibus ſuis bonis & præſidijs, quibus munire atq; ornare ſuam Rempublicam ſolet, magna voluntatis inclinatione in Germanos propendere. Quod non ita multò pòſt euentus comprobauit, cùm lux verbi divini, doctrina artium, præſidia legum, robur militiæ, humanitas deniq; tota infuſa eſt per hunc Imperatorem in Germaniam. Eádem igitur inclinatione permotus Romanus populus, Imperatorem eum ſibi aſciuit, & quod habuit ſummum & maximum, id in eum contulit. Nec populo Leonis fides & opera, quam pietas erga Carolum exigebat, defuit: ſed & ipſe pro ſua virili parte ornandum monarcham tantum judicauit.

Laude dignum eſt hoc Papæ factum, non minus, quàm Brunonis, qui decretum Othonis III. de electione Imperatoris Romani per Germanos proceres non ſolùm approbauit, ſed ſanciuit etiam Romæ, & promulgavit. Cuius quidem decreti ea vis fuit, & eſt hodie, ut non liceat Romano Epiſcopo quenquam Imperatorem procla-

*mare abſq; principum Germanorum volu-
tate.*

*Non deſunt exempla in Romana hiſt-
ria, quæ teſtantur à Senatu populoq; Rom-
no deſignatos eſſe Romanos imperatores
quandoq; etiam à militibus. Maximum
Balbinum à ſenatu lectos eſſe Iulius Cap-
tolinus ſcribit. Idem de ſe prædicat apu
Flavium Vopiſcum Probus: Nobis, inqu-
ens, à militibus delatum eſt imperium
Diocletianus profligato cæſoq; Carino, Au-
guſtus appellatus eſt, & à Senatu populo
Romano honorificè exceptus, vt Pomponiu
Lætus ſcribit. Tacitus ſine exercitu à Se-
natu Imperator & Auguſtus, ſecundùm
eundem auctorem appellatus eſt. Nihil at-
tinet plura exempla recenſere, cùm mini-
mè ambiguum ſit, tàm à militibus quàm
à Senatu populoq; Romano lectos eſſe Impe-
ratores Romanos. Ad eundem modum
Senatu populoq; Romano, conſentiente, ap-
probante, & autoritatem ſuam accommo-
dante Papâ Leone III. Carolus Magnus
Imperator Romanorum & Auguſtus con-
ſecratus, ſalutatus, coronatus & procla-
matus*

matus eſt, quemadmodum Aventinus lib. 4. annalium Bojorum ſcribit. De jure Senatus populiq́ Romani amplius non diſputo. Satis eſt, quod Cranzius ait, fas viſum fuiſſe Senatui populoq́ Romano, hoc eſt, jus vel licitum, creare Imperatorem. Quæ creatio licet ſola Imperatorem faciat, tamen acceſsit conſenſus Imperatoris Orientis. Pontificis verò jus nullum prorſus eſt. Ergò neq́ transferendi imperium jus aliquod habuit. Hæc præſidia, hæc media fuerunt, quibus imperium occidentis à Græcis ad Carolum, & per Carolum ad Germanos poſteros translatum eſt. Manſit autem hoc ſummum orbis terræ imperium in poſteris Caroli Magni ad annos 112. poſtea ad Saxones transijt, & cùm familiæ, ex quibus Imperator legebatur, mutarentur, Otho III. Imperator jus eligendi ad ſolos Germaniæ proceres, excluſis Gallis & Italis, aſtrinxit, vt deinceps nulli nationi, niſi Germanicæ, liceret è ſua gente Imperatorem deſignare. Cùm autem nullo certo numero ante & poſt Othonem electores definiti eſſent, Carolus IV. Imperator, etiam

electorum numerum certum conſtituit, ſtudia cupiditatesq́ honorum ex omni parte præciderentur. Imitatus eſt in hoc genere ſine dubio Perſicæ monarchiæ conſuetudinem, & ut in ea ſeptem Principes fuêre è quibus rex deſignatus eſt: Sic Carolus IV. etiam ex omni numero principum imperij ſeptem delegit, qui Imperatorem deinceps crearent, & eiuſdem moderatores & quaſi materies ſive radix eſſent, è qua ille prodiret. Hic eſt Septemviratus ſive Senatus ſeptemviralis Germanici imperij, & quidem firmamentum ac robur eiuſdem vel ad perpetuitatem. Hæc conſtitutio Caroli IV. in aureâ bulla continetur, quæ edita eſt anno Chriſti 1356. à morte Caroli Magni 542. ab initio monarchiæ Romanæ 1402. Series autem ſeptemvirûm eſt hæc: Tres Eccleſiaſtici, Moguntinus, Archicancellarius per Germaniam; Colonienſis per Italiam, Trevirenſis per Galliam. Quatuor politici, Rex Bojemiæ archipincerna Imperij; Palatinus archidapifer, Saxo Archimarſchallus, Brandeburgius Archicamerarius. Rex porrò Bojemiæ adjunctus à

Caro-

Carolo IV. eſt, ut eſſet quaſi arbiter quidam ad dirimendas lites, ſi quæ in eligendo fortè inciderent. His præſidijs adhuc ſtat imperium probè munitum adverſus omnẽ impetum & vim hoſtilem, ſi animos conſentientes habet & vires conjungit. Cùm etiam Carolo V. imperante religionis diſſidium incidiſſet, data eſt pax principibus & civitatibus, pontificiam & evangelicam religionem profitentibus, Norinbergæ An. Chr. 1532. quæ poſtea repetita eſt in tranſactione Paſſavienſi An. C. 1552. Ampliata verò in conventu Auguſtano anno 1555. confirmata deniq; penitùs in conventu ordinum Imperij, qui fuit Auguſtæ Anno Chriſti 1559.

PARTES GERMANIÆ & vrbes primariæ.

GErmania omnis hoc tempore diviſa eſt in circulos decem, Auſtriacum, Burgundicum, Rhenanum ſuperiorem electoralem, Saxonicum ſuperiorem, Saxonicum inferiorem, Francicum, Bavaricum,

cum, Suevicum, Rhenanum inferiorem & VVeſtvalicum. His accedunt Pomerania, Megalpurgium, Helvetia, Rhetia, Carinthia, Styria, Moravia, Bojemia, Sileſia, Boruſsia, Livonia, Holſatia. Etſi enim Helvetij Iulij Cæſaris tempore Gallis annumerati ſunt; tamen qui hodie Helvetiam incolunt, Alemanni ſunt, ex Germania eò translati. Carinthij verò, Styrij, Moravi, non minus quàm Auſtrij Germanis moribus ac legibus vivunt. Boruſsi autem & Livones licet ab imperio avulſi ſint, ad imperium tamen jure aliquando reduci poterunt. Rectè etiam Germaniæ partes ſeu provinciæ ſic numerantur, Suevia quæ & Alemannia complectens Rhetiam, Helvetiam, Alſatiam, Lotharingiam, tractus Rheni, Brabantia, Selandia, Holandia, Friſia, Flandria, Saxonia, Duringia, Haſſia, Miſnia, VVeſtvalia, Francia, Bojemia, Moravia, Marchia, Boruſsia, Livonia, Pomerania, Sileſia, Bavaria, Auſtria, Styria, Carinthia. Vrbes porrò in Germania ante Carolum Magnum nullas fuiſſe Althammerus cenſuit. Quod etiam Irenicus con-

confirmat, qui diſertè ſcribit tempore Conſulum Rom. nullas extitiſſe in Germanis vrbes, quæ quidem ſpeciem magnam aut dignitatem habuerint: Tribochi enim Vangiones, & Nemetes pagos non vrbes incoluerunt. Nec ex Iulij Cæſaris commentarijs intelligi poteſt extructas ab eo eſſe vrbes aliquas, quod pro ea laudis cupiditate, qua arſit, haud diſsimulaſſet. Imò nec temporibus Auguſti, Druſi, & Trajani ulla oppida reperta eſſe conſentaneum eſt, præter Coloniam, Salodorum, Tabernas, Trevirim, & nonnullas in Auſtraſia. Certè Cornelius Tacitus ſuo tempore, hoc eſt, anno Chriſti 116. nullas neq; urbes neq; oppida fuiſſe in Germania ſcribere non eſt veritus. Si quæ verò fuere, pagis quàm vrbibus benè conditis ſimiliora fuerunt. Argentoratũ ipſum, Othonum temporibus non aliud quàm oppidum ignobile fuit. Quod de Moguntia, VVormatia, Spira, Norinberga quoq; exiſtimari rectè poteſt, utpote quæ Henricis imperantibus demum ampliatæ & exornatæ ſunt. Cauſam autem ad extruendas vrbes magnam attulit Attila

Hunnorum Rex, qui Baſileam, VVormaciam, Argentinam, Ratisbonam, Norinbergam demolitus eſt, & terrorem tantum injecit Germanis, vt vrbes condere & munire cogerentur, in quibus opes & facultates ſuas collocarent, & præſidij aliquid adverſus hoſtilem impetum haberent. Munitionum verò extruendarum cauſſam non exiguam dederunt Vngari, qui imperante Ludovico circa annum Chriſti 908. tantã ſævitiam in Germania exercuerunt, vt nemo ferè tutus ab eis eſſe poſſet. Itaq; in cavernis ſeſe abdiderunt, quotquot potuerunt. A munitionibus verò & arcibus hoſtes illi crudeliſsimi abſtinuerunt. Ab eo igitur tempore majori curâ ædificari cœperunt arces & muniri urbes, ad quas confugere in tanto periculo omnes poſſent. Importata eſt etiam, vnà cum imperio Romano in Germaniam ſumma dignitas, ſplendor, humanitas & cultura non tam morum quàm vrbium & oppidorum. Quod perſpicuè ex eo etiam cognoſcimus, quod unà cum Muſarum ſive literarum & artium veræq; religionis commercio vrbes &

oppi-

oppida Germaniæ mirificè creverunt opibus & potentia, ut hodie venuſtate nova prorſus eluceant, & vix eadem agnoſcantur.

ACA.

Aca vel Aken, Aquiſgranum, vel Aquenſis arx ſic nominata à Belgis ſeu Flandris, qui ab Henrico Leone, & Alberto Vrſo, expulſis Slavis, ad Albim collocati ſunt. Primùm paruit Saxoniæ principibus Anhaldinis ex Bernhardi poſteris, qui primus hunc principatum ad Albim circa VVitebergam adeptus eſt. Anno 1277: à principibus Saxoniæ archiepiſcopo Magdeburgenſi Conrado oppignorata eſt, ſicut etiam Stasfurdum, & arcès nonnullæ pro ſumma pecuniæ, qua opus erat ad diſſolvendum æs alienū. Mortuo autem archiepiſcopo oppida, & arces illæ à Magdeburgēſi diœceſi ad principes deſciverunt. Idcirco Güntherus archiepiſcopus reddi ſibi eas poſtulavit, & cùm reſtitutio denegaretur, principem Rudolphum unà cum Othone Brandenburgenſi Marchione, & quibuſdā comi-

comitibus bello adortus, cum nihil hoſtile metueret, oppreßit, fudit & Marchionem cepit. Verùm anno 1279. Albertus II. Saxoniæ dux clandeſtino introitu urbem denuò eripuit Günthero à Schvvalenberg archipræſuli, qui mox armatâ manu ducem urbe expulit, & comitem ab Holſtein, qui cum eo erat, cepit, cum multis equeſtris, & plebeij ordinis hominibus. Anno 1385. cùm varia fortuna hæc urbs modò in archiepiſcopi, modò in principum poteſtatem veniſſet, tandem ad diœceſin Magdeburgenſem redijt.

ADORFVM.

ADORFVM *Voigtlandiæ oppidum olim, ut apparet, Hagdorf quaſi ſaltus villæ VValtorf, ab Hag vel Hagen vel Hain, quo ſaltus ſignificatur, qui ſacer plerunq; habitus eſt à gentilibus, & religioſè cultus. Sub Voigtis ſeu præfectis fuit, qui à Romanis Imperatoribus illic collocati tanquam judices et præſides provinciam Rom. imperij gubernarunt. Ab imperio Romano in jus & poteſtatem vetuſtæ familiæ Voigtorum conceßit, qui alijs in locis Burggrauij*

ſunt

ſunt dicti, quaſi in arce Cæſaris loco conſidentes. Hi enim ab Imperatoribus tandem impetrarunt, ut Voigtlandia in hæreditarium ſeudum converteretur. Inde Voigtlandi hæreditarios dominos conſecuti ſunt, qui temporis progreſſu non tantùm comitũ, ſed etiam principum titulum uſurparunt, præſertim ubi etiam Burggraviorum Miſnenſium dignitas acceſſit. Tenuerunt ijdem poſteà quoq; Voigtsburgum arcem provinciæ primariam, quæ à Voigtis nomen habet. Poſtremò Adorſum cum finitimis oppidis ad Saxoniæ principes devenit. A quibus tametſi bis alienatum eſt, identidem tamen ad eoſdem redijt, & etiamnum in eorum poteſtate eſt.

AICHA, *quercus non procul ab urbe Lipſia, lucus abſq; dubio fuit, & quercus ſacratas habuit, ſub quibus ſacra fieri conſuevêre. Hæc idolomania ethnica in idolomaniam Papiſticam converſa eſt, poſteaquam Maria virgo ibi Zelo magno coli cœpit, & concurſus ingens ad eam factus. Ferunt enim, vel fabulantur potius, ruſticum*

cum ibi in luto cum curru, & equis ſuis hærentem & ſudantem Mariam invocaſſe & conſpectam eſſe in quercu eius effigiem. Ex quo ſtatim ille recreatus benè ſperaverit, & ſucceſſu bono ex luto emerſerit, Anno Chriſti 1454. ab eo tempore templum ibi conditum eſt, & quotidie ſacra facta ſunt. Anno 1497. Fridericus Saxoniæ Elector Antonianos monachos ibi collocavit, quibus etiam pecuniæ quandam ſummam ad ædificia attribuit. Iohannes & filius eius Ioannes Fridericus Elector Saxoniæ Minquitio cuidam tradiderunt, abrogatis Antonianis, quorum nonnulli vxores duxerunt. In bello germanico Lipſiam obſidens Ioannes Fridericus Elector caſtra ibi locavit, poſteà Mauricius deſtructum ædificium cum agris & proventibus noſocomio S. Ioannis, quod Lipſiæ eſt, ante Grimanam portam donavit.

ALA, Alen / Rhetiæ oppidum imperiale ad Cocherum amnem pervetus, dictum ab anguilla piſce, cuius copi ibi capitur.

A

ALDENBVRGVM IN MISNIA.

HÆC *urbs olim Pleiſſenburgum fuit nominatâ, à Pliſſa fluvio, à quo etiam terra, vel regio ipſa Pleiſſenburgum fuit dicta, ſicut Miſna, & Miſnia à Miſo ſeu Miſna amne. Comitatum imperij olim fuiſſe in hac urbe ex monumentis veteribus apparet, unde adhuc imperij feudum eſt. Nominatim & iam recenſetur quidã Vlricus Burggravius Aldenburgenſis in catalogo principum & comitum, qui anno Chriſti 933. prælio Henrici Aucupis cum Vngaris ad Merſeburgum interfuerunt. Vrbs ipſa iam Marchia Miſnica cœpit coli, & ad religionem Chriſtianam converti. Romano imperio primùm ſubdita fuit, poſtea Marchionibus Miſniæ ſubjecta eſt, anno 1159. Vladislaus II. Boleslai tertij Polonorum regis filius regno pulſus Aldenburgi ſepultus eſt, Chriſtina verò conjunx vitã quidem Aldenburgi contrivit, ſed in cœnobio portæ humata eſt. Anno Chriſti 1172 Imperator Fridericus Barbaroſſa cœnobium cano-*

canonicorum regularium extra urbem in monte fundavit, & D. virgini Mariæ dedicavit, in quo ipſius filij Henrici ſtatuæ in valvis templi viſuntur cum hac inſcriptione: Fridericus I. Barbaroſſa vocatus, & Heinricus VI. eius filius ex inclyta domo Sueviæ imperatores huius cœnobij fundatores, quod cœptum eſt anno Domini 1172. Servarunt hi canonici regulam S. Auguſtini, & domini fuerunt utriuſque templi S. Nicolai, & S. Bartholomæi. Fuit ibidem etiam cœnobium S. Mariæ Magdalenæ, & Minoritarum ſeu Franciſcanorum item aula ordinis Teutonici. Oppignorata fuit urbs Miſniæ Marchionibus pro pecuniæ ſumma, quæ ſi redderetur, pollicitus e Fridericus Marchio imperatori Rudolph ſe reſtituere illam imperio velle. Incom modis & difficultatibus multis affecta e hæc urbs, circa annum Chriſti 1263. qua do Albertus Brunſuigi dux, & Henric comes Anhaldinus Albertum III. Marchionem Miſniæ hoſtilem in modum per cuti ſunt. Et iterum circa annum Chr. 1297. Albertus Cæſar Aldenburgi comm

ri

rans ad ſe invitavit ſub fide publica, Fridericum Marchionem. Qui cùm paucis comitatus eò veniſſet, nihil hoſtile metuens, contra fidem datam menſæ aſsidens occiſus eſſet, niſi civis quidam Aldenburgenſis ictum gladij intercepiſſet, & morte ſua vitam domini ſui redemiſſet. Mox amotus à ſuis Marchio, veſte mutata, evaſit. Amiſſum verò in hoc diuturno bello cum Adolpho, & Alberto imperatoribus Aldenburgum, tandem anno Chriſti 1294. idem Fridericus cum alijs urbibus recuperavit. In arce Aldenburgenſi retentus ad tempus fuit VVoldemarus Marchio Brandeburgicus, quando Miſnenſes dominum ſuum Fridericum Marchionem Miſniæ captum redimere voluerunt, ea conditione, ut prius ipſum coràm viderent in terra Miſnenſi, & conſenſum eius cognoſcerent. Adductum verò illum, clanculum diſpoſitis ad Aldenburgum præſidijs, impetu in Brandeburgicos, & Anhaldinos facto, vi liberarunt, VVoldemarum verò ceperunt. Anno Chriſti 1403. dimidia vrbs incendio perijt. Anno 1419. VVilhelmus Miſniæ Marchio templũ

cathedrale ſive dominicum collegium ſeu domum dominicam in arce fundavit, cu- ius præpoſitus primus fuit Falco de Gladis, cuius epitaphium ibi reliquum eſt. Anno Chriſti 1425. VVilhelmus Marchio II. Fri- derici bellicoſi frater in hoc templo ſepultus eſt. Epitaphium habet huius modi: Anno Chriſti 1425. Collegij huius fundator, mi- litiæ, & pacis amator, VVilhelmus prin- ceps illuſtris Marchioq́; Miſnenſis humatus in loco iſto, in cælo regnat cum Chriſto. Anno Chriſti 1427. dimidia pars urbis circa Bartholomæi templum conflagravit. Anno 1428. Fridericus elector Saxoniæ Aldenburgi mortuus eſt. Anno 1430. Huſ- ſitæ biduum commorati in hac vrbe multa vaſtarunt, & tandem urbem incenderũt. Anno 1444. arx & templum infra eam exuſta ſunt. Anno 1445. in vigilia S. Ki- liani clanculum ex arce ſurrepti principes duo à Cunrado Kauſungo abducti ſunt. Anno 1460. die martis poſt aſcenſionem Domini, intra tertiam & quartam pome- ridianam lapides inſtar ovorum gallina- ceorum ceciderunt, & frumentum circa

urbe

urbem corruperunt. Anno 1462. hæretici quidam in hac non minus quàm in vicinis urbibus inuenti ſunt, qui convicti à doctoribus damnati ſunt. Anno 1475. dominica poſt diviſionem Apoſtolorum in parœcia S. Barthelomæi ædes quadraginta quinque exuſtæ ſunt. Anno 1479. in arce ſepulta eſt nobilis, & generoſa domina Mechtildis de VValdenburg. Anno 1486. Margareta ducissa Auſtriæ imperatoris Heinrici III. ſoror, Friderici II. electoris Saxoniæ conjunx Aldenburgi ſepulta eſt. Anno 1568. colloquium inter Theologos Miſnicos & Duringicos habitum eſt in hac urbe, à viceſima primá Octobris vſq; ad nonum Martij ſequentis anni. Interfuit Ioannes VVilhelmus Saxoniæ dux, pio & ſolicito animo expectans ſalutarem exitum contentionum de juſtificatione, & alijs doctrinæ Chriſtianæ partibus, de quibus acriter dimicabatur.

ANNÆBERGA.

ANno Chriſti 1496. proventus metallici in monte Schreckenbergo bonis

initijs orti progreſſus proſperos habuerunt. Ab eo enim anno diſtributa eſt ſors de partibus, & quatuor annorum ſpacio, ad annum ſcil. 1500. numerata ſunt aureorum Rhenenſium centum viginti quatuor millia, octingenti & triginta octo. Hæc ubertas cauſam dedit Georgio Saxoniæ duci, ut de condenda urbe, in qua conſiderent metallici, conſilium caperet. Delectus eſt igitur locus, qui Schreckenbergum initio dictus eſt: à quo etiam moneta nomen habet, quæ illic cuſa eſt, & valet tribus groſſis cum dimidio, quemadmodum Schnebergij à monte Schnebergo, ubi cuſi ſunt. Appellantur ijdem Schreckenbergij etiam groſſi angelici ab impreſſa angeli imagine. Vix deſignata erant urbis platearum, & fori juſta ſpacia, cum domus admirabili contentione extructæ ſunt, & adornata mœnia. Adeò enim crevit res metallica, ut non tam facultas quàm voluntas adornandæ civitatis ſuppeteret. Acceſſit ſine mora quoq; politiæ conſtitutio, promulgatis legibus certis, tum religio etiam introducta eſt, & ſacellum vetus, quod fuit in rupe mon

montis à Scotis nominati in oppidum tranſlatum. Prætor primus factus eſt Ioannes ab Elderlino. Suſcitatum eſt ex tanto confluxu hominum inter foſſores diſsidium horrendum, quod tamen miſsis à Georgio duce conſiliarijs non malâ gratiâ compoſitum eſt. Anno Chriſti 1498. novæ leges metallicæ de conſilio plurium nobilium & vicinarum civitatum conditæ ſunt, & anno 1501. etiam privilegia à Maximiliano Cæſare per Georgium ducem impetrata. Acceſsit jus civitatis, nundinarum tàm annis quàm hebdomadibus ſingulis celebratio, inſignia, & nomen novum ab Anna tutelari dea inditum eſt, ut deinceps non Schreckenbergum, ſed Annæ mons appellaretur. Conquiſitæ ſunt ſtudiosè paſsim S. Annæ reliquiæ, nec defuerunt indulgentiarum papalium venditores, quibus templum novum, quod admirabili celeritate & pulcritudine extructum fuit, imbueretur. Conditum eſt quoque cœnobium, quod vix duodecim annorum ſpacio abſolvi potuit, & ſacellum metallicum & turris ædificata, tum pomeria ampliata, & an. 1503.

muris tandem urbs circundata eſt. Sequente verò anno reliquiæ S. Annæ ex Gallia cum bullis magnificis allatæ, & plauſu ſolennitateq́ maxima puellarum, ſcholaſticorum, & Sacerdotum in vrbem introductæ ſunt. Erectum fuit ad oſtentationem theatrum in foro, addita miſſa, & proceſſio, in qua de ſanatis aliquot ægrotis rumor diſſipatus eſt. Electus eſt flagitatione vehementiore oppidanorum novus prætor, & conſtituti Scabini, quos princeps confirmavit. Iactæ quoq́ ſunt in eodem anno portæ eius, quæ VVolckenſtenum ducit, fundamenta. Sed anno 1507. cœmeterium ad hoſpitale pauperum muro circundatum eſt. Apportavit quoq́ mercem indulgentiarũ ſuarum Ioannes Tezelius anno 1508. easq́; ut quæſtus eſſet vberior, in tertium vſque annum prorogavit. Nundinarum primarum celebritas incidit in annum 1509. durauitq́; octiduum, & novæ leges metallicæ à Georgio duce promulgatæ ſunt.

Anno 1510. Barbara Caſimiri regis Poloniæ filia Georgij Saxoniæ ducis conjunx digitum de S. Anna cum bulla Cæſarea tem-

templo donavit, qui in ipſius præſentia proceßione pulcerrimâ introductus eſt. Crevit cum hominum multitudine etiam petulantia, & contumacia in hac nova urbe, quam coërceri oportuit edictis propoſitis, ut Leges metallicæ majori cura & diligentia deinceps obſervarentur, & pœna graviori afficerentur ij, qui repagula juris, pudoris & officij perfringerent. Doctrina religionis reformari quidem cepit an. 1527. ſed ſub Heinrico duce demum ad Auguſtanæ confeßionis normam traducta eſt. Ab eo tempore Eccleſiam & Scholam florentē habuit & politiam benè conſtitutam: anno verò 1604. in Majo æſtate urbs tota cum curia & templo, quo vix formoſius inveniebatur, exuſta & in cineres redacta eſt ab incendiarijs, qui Pragæ lento igne uſtulati ſunt. Extant huius urbis annales à Paulo Ieniſio eccleſiaſte Electorali aulico conſcripti diſertè & copioſè.

AQVISGRANVM.

AQVISGRANVM, Acken vel Ach/ civitas imperialis libera in finibus

Menapiorum diœceſis Leodienſis. Hanc Ptolomæus caſtra vetera, alij Coriovallum, alij Bibracte appellarunt. Nomen habet ab aquis ibi ſcatentibus, & propemodum ferventibus, ſulphure, alumine, & ſale imbutis. Et à Grano Romano quodam principe, fratre Neronis & Agrippæ, qui palatia quondam illic conſtruxiſſe dicitur, vepribus & frutetis nunc obſita, quæ Carolus Magnus renovavit, urbemq́ mœnibus, ædificijs, templis & ſacris quamplurimis decoravit & auxit. Tum regiam ſedem illic collocavit, ut in ea Rom. imperij corona aſſervaretur, & imperatorum inauguratio coronatioq́ ibidem fieret. Conſtat equidem Fridericum II. Aquiſgrani Regem primùm à principibus Imperij eſſe ſalutatum. Et noſtrâ quoq́ memoria Carolus V. Ferdinandus reliquiq́ Imperatores in urbe Aquis coronam acceperunt, omnibus ſolennibus ſumma cum ceremonia adhibitis. Primùm quidem introducitur inaugurandus in templum cum pompa procerum inſigni, peractisq́ ſacris ritibus ab archiepiſcopo Colonienſi interrogatur, an velit

fidem

fidem Catholicam juſtis operibus ſervare? An Eccleſiæ tutor & defenſor eſſe? An regnum efficaciter ſecundùm juſtitiam tueri? An jura regni diſperſa conſervare? An viduarum & miſerabilium perſonarum pius defenſor & vindex eſſe? Ad quæ ipſe ductus ad altare, poſitisq; ſupra dextrũ cornu eius duobus digitis jusjurandum clariſſimum jurat: Sic volo, quantum divina gratia precibusq; Chriſtianorum fidelium valuero. Sic me Deus adjuvet & ſancti eius. Interrogat deinde idem epiſcopus circumſtantes regni proceres, num velint ſeſe tali principi ac Rectori ſubjicere? Regnum eius fide & obedientia ſtabilire? Quod cum ſe facturos reſpondent, ſequitur mox fauſta precatio & unctio in capite, pectore inter ſcapulas, in juncturis brachiorum & manuum palmis, tandemq; lana munda oleum detergitur. Dehinc traduntur Imperialia inſignia omnia cum gladio Caroli Magni, corona aurea, pallium, ſceptrum, aureum pomum & alia. Cantatur ad extremum: Te Deum laudamus, &c. *& adhibentur cætera, quæ ſecum fert inau-*

gurationis huiuſmodi actus ſplendidiſſimus. Reliquum eſt Caroli Magni epitaphiũ in templo S. Mariæ. Sub hoc conditorio ſitum eſt corpus Caroli Magni atq; orthodoxi Imperatoris, qui Regnum Francorum nobiliter ampliavit, & per annos XIII. feliciter tenuit. Deceſſit ſeptuagenarius anno Domini 814.

Exortum eſt anno Chriſti 1568. inteſtinum ac domeſticum malum in hac Republ. ex Religionis quadam diſſenſione. Profugerant enim illuc tanquam in exilium cives Antverpienſes nonnulli, aliiq; Belgæ metu tyrannidis Ferdinandi Ducis Albani, quam in Belgio adverſus Evangelicæ religionis homines exercebat. Hi cum Pontificios errores atq; abuſus palàm deteſtarentur, invenerunt etiam de civibus Aquenſibus non paucos, qui reformatam illam doctrinam Eccleſiæ amarent ac profiterentur. Ita aucto Evangelicorum numero, petitum eſt à Senatu, ut publicè ipſis exercere religionem ſuam liceret. Quod cum impetrare non poſſent, nihilominus ſuos conventus ad tractandũ ſacra ſua habuerunt.

Dela-

Delata eſt non ita multò pòſt ad Cæſarem querela, qui delectis arbitris Leodienſi epiſcopo, & Iuliacenſi Duci negotium commiſit. Hi ergò legatos in vrbem miſerunt, qui operam darent, ut, repudiata religione Euangelica, vetus doctrina Pontificia ſola retineretur. Imperator ipſe quoq; datis literis ſeriò mandavit ſenatui, ut concionatores Euangelicos ejiceret, caveretq; ſecundùm legem antiquam, ne quis in ſenatorium ordinem reciperetur, qui aliam quam Pontifiɔiam doctrinam profiteretur. Verum contra hoc edictum Evangelici etiam cives in ſenatum lecti ſunt anno Chriſti 1575. Hinc adeò factum, vt die Vrbani vtraq; pars ſuæ religionis conſules deſignaret. Quod indignè ferens Imperator edixit, ut ſoli religionis Pontificiæ Coſſ. pro legitimis haberentur: cæteris obedientia ac reverentia nulla haberetur. Hinc commoti cives tumultuari cœperunt, factumq; ut metu perterriti Canonici repentè diffugerent, commeatus, qui ex Burgundia & Iuliacenſi Ducatu importari ſolet inhiberetur, & incommoda alia emergerent, quæ tolli

tolli aut mitigari nulla niſi temporis medicina potuerunt. Cum ergò tumultibus nonnihil etiam Colonienſis diœceſis & vicinia involveretur, conquieſcere aliquantulum contigit Aquiſgranenſibus. Vt autem mala gratia durabilis non eſt; ſic hoc etiam diſſidium malè ſopitum facilè denuò in actum erupit. Et tametſi Cæſar edito edicto publico Aquiſgranenſes proſcripſit: tamen vix ſedari ac comprimi factiones potuerunt.

ARGENTINA.

ARGENTINA *celeberrima civitas in Alſatis ſita, qui antiquitus Tribochi ſive Triboces nuncupati fuerunt. Alſatia autem germanicè* Elſas / *ab Illo ſive ab Ello, fluvio perlabente nomen accepit. Hunc enim nonnulli Alſam vocant, ut ſint Alſati quaſi Illi fluvij accolæ, perinde ut Holſati quaſi ſylvæ accolæ dicuntur,* Holtzſaſſen / *ſedentes ad ſylvas. Argentina verò ſeu Argentoratum ab argento, hoc eſt, à Romanis cenſibus nomen eſt mutuatum, ob argenti ſcil. copiam, quia publicum fuit tributorum ærarium, ex quo*

Sil-

Silberthal *à quibuſdã appellatur. Straſburgum verò à platea dici videtur, quòd olim ab Attila deſtructa in viam amplam converſa ſit. Reparata verò eſt ab Henrico II. Imperatore, operibusq́ & munitionibus egregiè exornata, ita ut propugnaculum Germaniæ totius jure habeatur. Sunt autem eximia in hac vrbe complura, & quidem ſpectatu digna, quorum vnum eſt turris illa ſpectabilis 635. graduum in templo primario, quod conditum eſt à rege Clodoveo. Poſtea verò fulmine perditũ ab epiſcopo VVerenhario inſtauratum anno Chriſti 1257. Turris autem anno Chriſti 1449. ſub epiſcopo Cunrado à Liechtenberg abſoluta eſt. Secundum* ἀξιοθέατον *vel ſpectatu dignum in hac vrbe eſt armamentarium ad commune eius præſidium copiosè inſtructum. Tertiò cornu Monocerotis magnitudine admirabili præſtans. Quartum eſt forma Reipub. Lucifero formoſior. Eſt enim diſtincta & diſpoſita ordine, momento & judicio, ita ut primarij magiſtratus pars tertia legatur ex nobilibus: reliquæ partes duæ tam ex patricijs quã ex plebeijs.*

Poſt

Poſt ſenatores hoſce Tribus ſunt conſtitutæ 20. & ſingulis tribunus certus, præfectus cum quatuordecim ſcabinis. Hi regunt conſilia & deliberationes ſuæ cuiq; tribui convenientes. Sunt præterea quindecim viri & Tredecimviri. Ac præter ſenatū majorē etiam ſenatus minor. Horum omnium ſolerti curâ & induſtriâ ex communi præſcripto civitatis res vnaquæq; adminiſtratur. eſt etiā alius ſenatus, qui non niſi difficilimis temporibus cogitur. Hic viris trecentis conſtat, ex ſingulis tribubus delectis. Quintum κειμήλιον eſt Eccleſiæ ſtatus ad Auguſtanæ Confeßionis primigeniæ normam directus, in quo ſine vllo fuco veritatis ſonat religio Orthodoxa ex puris fontibus Iſraëlis hauſta. Huius ſemina primùm illic ſparſa ſunt à Matthæo Cellio, & quibuſdam alijs, conniuente collegij decano Sigiſmundo comite Hoënloënſi, aucta verò à Martino Bucero, VVolffgango Capitone, Symmiſtisq; alijs, quorum opera lux Evangelij latè prolata eſt, abrogatâ miſſâ, & alijs abuſibus, anno Chriſti 1524.

Anno Chriſti 1530. vnà cum Conſtantia,

tiæ, Memminga & Lindavio civitatibus confeſsionem ſuæ fidei peculiarem Cæſari in Comitÿs Auguſtanis exhibuit per Eccleſiaſten ſuum Caſparem Hedionem: verùm non ita multò pòſt ſeſe cum principibus conjunxit, & eandem cum ÿs confeſsionem amplexa eſt. Anno Chriſti 1548. in conventu Auguſtano cùm interreligionis formulam Cæſar ordinibus obtruderet, Argentinenſes acerrimè, ſummiſsè tamen, ut ſubditos decet pro religione Auguſtanæ confeſsionis ſæpius miſsis legatis & datis literis propugnarunt, & Interimicam formulam repudiarunt, etiam cum periculo maximo & diſcrimine penè extremo. Tandem cùm obtinere precibus aliud nihil potuerunt, cū epiſcopo ſuo ſic tranſegerunt: conceſſerunt illi templa tria, in quibus religionem eam, quam Cæſar vellet, exerceret, ipſi verò clerum in ſuam fidem & tutelam receperunt. Epiſcopus viciſsim Thomenſe collegium ſenatui in vſum ſcholæ tribuit. Reliqua templa ſenatus retinuit, tum vectigal etiam annuum & pecuniam clerus eidem dependit. Sexta res precioſa in hac civitate eſt

Gym-

*Gymnaſium ſive Academia quæ anno Chri-
ſti 1538. aperta eſt, vocato ad deſignan-
dam illam Iohanne Sturmio ex urbe Lute-
tia. Cuius induſtriam & conatus præclarè
& ſtrenuè adjuuerunt Iacobus Sturmius
& alij quidam genere & nobilitate ſuæ
civitatis facilè primi. Anno autem 1566.
etiam priuilegia creandi Baccularios atq;
Magiſtros conſecuta eſt à Maximiliano
II. Imperatore, quibus ſchola illa non ſo-
lùm copioſior, ſed etiam illuſtrior multò fa-
cta eſt. Anno Chriſti 1584. in certamen
magnum devenerunt Canonici Argenti-
nenſes, Pontificij & Evangelici, quod ex-
ponitur parte millenarij noſtri IV. de
epiſcopatu Argentinenſi. Non parùm cer-
tè illud malum Rempublicam alioqui tran-
quillam agitavit atq; turbavit. Mortuo
deinde epiſcopo Ioanne comite à* Manderſcheid/*rurſum ancipiti contentione diſtra-
cti Canonici duos præſules elegerunt. Au-
guſtanam enim confeßionem amplexi Io-
hannem Georgium Marchionem Brande-
burgicum Adminiſtratoris primatus &
Archiepiſcopatus Magdeburgici filium,
anno*

anno Chriſti 1592. die Maij 20. præſulem deſignarunt, quibus etiam civitas ipſa aſſenſa eſt. Pontificiæ verò religionis Canonici Cardinalem & epiſcopum Metenſem Carolum Caroli Lotharingiæ ducis filium ad epiſcopatum eundem elegerunt. Ex quo non ſolùm tumultus, ſed bellum etiam apertum, in aciem ſcilicet eductis ab utraq; parte copijs, exarſit, quod deſcriptum reperitur eadē parte II. millenarij noſtri VI.

AVGVSTA.

QVatuor numerantur circuli Suevici partes: quarum primâ continentur ducatus VVirtembergius, Ulma, Reutlinga, Eslinga, Norlinga, Hailbrunna, Hala. Secundâ Badenſis Marchionatus, Rotvila, Gidebachum. Tertiâ principatus Conſtantienſis & Campidonenſis, Biberacum, Iſna, Lindabia. Quartâ Auguſta, Cauſbyrum, Memminga. Ab Oriente habet Bauariam, ab Occaſu Rhenū & Alſatiam, à Meridie Alpes, à Septentrione Franconiam.

Caput & quaſi ſedes Sueviæ ſeu Vinde-licia Rhetica eſt Auguſta, quæ ob id Au-guſta Rhetica, & Auguſta Vindelicoru- appellatur, à Rhetis ſcilicet & Suevis, quibus occupata & poſſeſſa eſt. Auguſt- quidem nomen ab Auguſto Cæſare ei ind-tum eſt, qui Coloniam militarem eò ded-xit, poſtquam vrbs ea à Cl. Druſo Nero-ne Germanico in Romanorum poteſtate- redacta eſt, quod accidit anno poſt condi- Rom. 739. Tanta autem fuit clementi- victoris erga hanc vrbem, vt non ſol B- nihil detrimenti illi paſſus ſit afferri, ſe- rebus multis etiam eandem ornatiorẽ re-diderit. Ab hoc Druſomagum dici quide- vrbs cœpit, ſed nomen illud paulò poſt i- Auguſtæ appellationem mutatum eſt, & pro Druſomago Auguſta nominata, add-to Purgo, quod Græcis πύργ☉ eſt. In- Auguſtpurgum, quod eſt Auguſti oppid- nominari cœpit. Ac cum Cl. Tiberius C- Druſi frater Vindeliciam in provinciæ fo-mam redegiſſet, eandem vrbem de ſuo no-mine Auguſtam Tiberiam vocitavit. A- hoc Tiberio inſigne civitatis, quod forma-

Pir-

Pirimidis habet, reliquum eſſe videtur. Et ab eo quidem tempore in fide Romanorum manſit Auguſta, & per legatos Romanos ſeu proprætores, quoties vſus poſtulavit, defenſa eſt.

Vindelici autem à Vindæ & Lyci amnium confluentibus dicti ſunt, à quibus etiã Auguſta Vindelicia ſeu Vindelicorum nomen adepta eſt, & tota adeò regio ad Alpes vſq; Vindelicia appellatur. Hanc etymologiam luculentè expreſſit Ricardus Poëta:

Reſpicit & latè fluvios, Vindamq; Lycumq;
Miſcentes vndas & nomina littorũ: vnde
Antiquam gentem populumq; vrbemq; vocarũt
Vindelicam.

Manſit autem in poteſtate Romanorum vſq; ad annum Chriſti 538. quo Romani tota Germania expulſi ſunt. Incrementa huius urbis mira fuerunt. Ex anguſta enim & arcta tam ampla eſt facta, ut ambitus illius paſſus 8682. complecti perhibeatur. Poteſtatem autem amplificationis huiuſmodi fecit Otho I. qui cùm poſt devictos à ſe ad Lycum Vngaros comitia illîc haberet,

nec circuitus oppidi anguſtus tot hoſpit ſeu peregrinos caperet, quot ad comitia v niebant, autor fuit Oppidanis ut pomer proferrent. Hinc in omnes partes proten & dilatata mœnia in tantam amplitud nem excreverunt. Vrbs verò ipſa templ rum publicorum & privatorum ædificio copia atq; ſplendore, incredibili celerita ornata & aucta eſt. Et quia loco opport no ſita eſt, mercibus importandis & expo tandis, contrahendisq; negocijs, opes atq honores tantos conſecuta eſt, ut nulli Ge maniæ civitati potentia & famæ celebr tate cedat. Rempub. habet benè conſtit tam, ſcholam liberalibus ſtudijs affluent & bibliothecam copioſam & lautam. R ligionem verò mixtam, Pontificiam ſcil cet & Evangelicam, ſecundùm confeſſi nis formulam eam, quæ anno 30. in hac ip civitate, exhibita eſt Carolo V. Imperat ri in Panegyri imperiali omnium auguſt ſima & maxima. Vnde etiam Auguſta Confeſſio appellatur ea doctrina, quam pr feſſi illic ſunt ingenuè & liberè princip quidã imperij, ordines & civitates, quam

vi

vis minas ignemq́ ſpirantibus pontificijs. Reliqua ſunt monumenta ſeu teſtimonia fidei ſingularis, quam Auguſtani cives Othoni I. in acerrimo maximeq́ cruento prælio cum Vngaris præſtiterunt. Nam jura & Privilegia illis conceſſit Imperator, ex quibus etiam inſigne textoribus panni tributum eſt reliquum, quod habet ſcutũ rubro & flavo colore diſtinctum decuſſatim, propterea quod arma & clypeum huiuſmodi coloris, regulo à ſe victo, in vrbem retulerunt. Aiunt S. Vlricum non parum ad ampliandam vrbem attuliſſe, à quo etiam templum S. Vlrici nomen in hac vrbe accepit. Aedificavit idem S. Stephani monaſterium eo ipſo in loco, ubi prælium cum Vngaris factum eſt, ut durabilior in omne tempus eſſet tantæ victoriæ memoria. Religionem Chriſtianam primus in hanc civitatem intuliſſe dicitur S. Lucius, poſt eum S. Sozimus, S. Sympertus & alij. Sunt qui Theomneſtum virum ſanctum circa annũ Chriſti 104. convertiſſe Auguſtanos ad fidem Chriſti ferant.

Anno Chriſti 1548. Cæſar Carolus V.

finitis comitijs, quæ in hac vrbe habu-
advocavit ſenatum, & cives primario-
copioſeq́ per Seldum, I.C. majorum, & ſu-
voluntatem atq́ ſtudia in eos prædicavi-
tum quia turbulentè multa eſſent acta, a-
in Senatum allecti fuiſſent homines de pl-
be, & opifices, repudiavit eos, abſq́ tam-
contumelia, & nominatim, quos velle-
deinceps in ſenatu aßidere recenſuit, nem-
pe VVelſeros, Relingeros, Bamgartnero-
Fuggeros, Peutingeros, quos etiam jureju-
rando adſtrinxit, & adſignato cuiq́ cert-
munere, novam Reip. formam introduxi-
quam etiam voce præconis renunciari juſ-
ſit. Anno Chriſti 1552. Mauricius Electo-
& fœderati principes, multatis imperij ur-
bibus pecunia & machinis bellicis, etiam
Auguſtam exercitu circumdederunt tri-
duo. Sed cùm pacis cupidos ſe eſſe oſtende-
rent, intromißi ſunt. Hi ſenatoribus qu-
tunc erant, magiſtratum abrogarunt, &
tribunatum, quem Carolus V. repudiarat,
reſtituerunt, & tribubus jus ſuffragiorum
reddiderunt.

Celebre quoq́ eſt nomen Auguſtoburgi in
Miſ-

Miſnia, ab Auguſto VIIviro Saxoniæ in oppido Schellenbergo conſtructi magnificè.

AVRACHVM.

VRACVM vel AVRACVM, Aurach Sueviæ arx & oppidum in VVirtembergia ab Vris dictum, quibus olim locus ille abundavit. Interjacet duobus montibus altiſsimis, quorum alter meridiem, alter Septentrionem ſpectat. Monaſterium habet vetus, in quo conditus eſt Iohannes Vngnad Baro Carinthius Cæſaris Ferdinandi Vicarius, præſes & legatus in inferiori Auſtria, qui exul propter Auguſtanæ Confeſſionis doctrinam fuſis novis typis libros ſacros, Auguſtanam Confeſſionem, Catechiſmum & alia quædam ſcripta Lutheri linguis peregrinis excudenda curauit, & ſumtibus magnis in Turciam & vicinas regiones miſit, ut Evangelij ſive lucis cæleſtis doctrinam propagaret. Eccleſia & ſchola Vracenſis ſonant doctrinam Auguſtanæ Confeſſionis & literarum humaniorum, quibus ad verum Dei cultum & uſus in vita neceſſarios cives inſtruuntur.

AVSSIGIA.

AVSSIGIA vel AVSTIA Bojemi oppidum ad Albim in finibus Miſni donatum à Sigiſmundo rege Bojemiæ Ma chionibus Miſniæ, & ducibus Saxoniæ, ſe ademtum denuò à Ziſca, ſive ab Huſsiti vt ſcribit Sylvius. Memorabile eſt præli quod anno Chriſti 1426. in die Viti ad ho oppidum commiſſum eſt, quo Miſnenſes, & Duringi ab Huſsitis, & Pragenſibus ſupe rati ſunt, & ſtrages ingens ſupra ſepten millia hominum ex vtraq; parte edita eſt quorum in numero multi barones & nobiles fuerunt. Factum eſt autem prælium abſente Marchione Friderico, & in imperatoris caſtris in Vngaria militante. Copia Fribergæ congregandas monuit accurat Marchionis conjux, ut prudenter & conſideratè res in abſentia domini gereretur, nec repentino, aut temerario impetu cum hoſte in certamen deſcenderetur. Duces belli fuerunt Erneſtus comes de Gleichen, Fridericus comes de Tonna, Fridericus comes à Bichling, Boſô Vicethumius & alij.

H

His adventantibus Bojemi intra ſylvam congregati obviam iverunt. Et ipſi quidẽ quieverant, Miſnenſes verò defeſſi itinere, inediâ, æſtu & pulvere fuerunt: nihilominus tamen parato & præſenti animo pugnarunt. Bojemi machinas bellicas & harpagones habuerunt, quibus hoſtes ſuos ex ephippijs extraxerunt. Fuitq́ pulveris tanta vis, ut agnoſcere alter alterum non poſſet. Itaq; in anguſtias adducti Miſnenſes magno numero perierunt, Erneſtus & Fridericus à Gleichen & Tonnâ cum alijs comitibus tredecim, baronibus, nobilibus, & plebeijs militum, ut ſupra novies mille deſiderati ſint.

BALINGA.

BALINGA *oppidum VVirtenbergenſis ditionis exiguum quidem, ſed fæcunditate ſoli præditum.*

BAMBERGA.

BAMBERGA *quaſi Babæ mons ad Pegneſſum fluuium ſita, à conditrice, quæ fuit filia Othonis Saxoniæ ducis Al-*

bertiq; comitis vxor, nomen adepta putatur. Anno Chriſti 1006. mortuo Reinuldo vltimo comite Bambergenſi, comitatus ſub imperium cecidit, & aliquanto poſt in epiſcopatum converſus eſt ab Imperatore Henrico Sancto, Cunigundeq; eius conjuge. Ad conſecrationem eius invitatus Papa Benedictus VIII. ea conditione ſe venturum eſſe promiſit, vt 100. marcas argenti & caballum vnum album cum freno & ephippio ſingulis annis penderet epiſcopatus. Cùm in via eſſet Pontifex, Cæſar ipſe cum coniuge Bambergam venit, & eodem omnes ordines imperij, cum Adelheide abbatiſſa Quedlinburgenſi, & Sophia domina Grandersheimenſi ex Saxonia vocavit. Cuſpinianus ſcribit 72. epiſcopos conveniſſe. Papa adveniens honorificentiſſimè acceptus eſt, & vnà cum epiſcopatu etiam cœnobium S. Benedicti conſecravit. Poſtea cupiditate videndi cœnobium Fuldenſe incenſus, iſtuc à Cæſare deductus eſt, idq; factum eſſe aiunt anno Chriſti 1019. vel ſecundùm alios 1020. Hic epiſcopatus reditibus & fundis ampliſſimis ditatus eſt,

tum

tum dynaſtia in Carinthia auctus & libertate donatus tanta, ut nulli archiepiſcopatui ſubjectus ſit, immò honore & gratia tanta ornatus & amplificatus eſt, ut præcipui Germaniæ principes & electores ipſi præſulis Bambergenſis vaſalli habeantur. Supra urbem in edito monte arx eſt natura & arte munita, in qua comites de Bamberga ſedem habuerunt. Ex his Albertus, bellator acris, fratrem Imperatoris Ludovici occiderat. Idcirco citatus à Cæſare ad dicendam cauſam, non comparuit. Quod moleſtè ferens Cæſar in arce eum circumſedit, ſed fruſtra & cum jactura ſuorũ militum non exigua. Durabat in annum ſeptimum hæc rebellio Alberti: & ſatis iam nôrat Ludovicus bello vix poſſe frangi atq; debilitari Albertum. Itaq; aſtu illum comprimendum eſſe cenſuit, ad eamq; rem Hattone Moguntinæ ſedis archipræſule vſus eſt. Qui vt erat doli fraudisq; omnis magiſter & autor, viam ad evertendum Albertum ſeſe inventurum eſſe policitus eſt. Mox Babenbergam profectus ad Adelbertũ, eius rebus ſe conſulturũ eſſe dixit. Dedit igitur

conſi-

conſilium ut ad regem ſecum iret, interpoſito jurejurando promittens ſe vel regi conciliaturum illum eſſe, vel incolumem eò unde digreſſus eſſet, reducturum. Annuit Adelbertus, fidem habet archiepiſcopo & ad ſumendum prandium Hattonem invitat. Quod tamen cum renueret ille, iter ad regem cum eo ingreditur, dextram illius tenente epiſcopo. Cum vix oppidum cum comitatu magno tranſiiſſent, exclamavit Hatto: Iam venit in mentem, longum eſſe iter, quod à jejunis confici vix poterit. Lætatus hoc ſermone Adelbertus reverentia ſumma Hattonem ad revertendum in arcem denuò invitat. Obtemperat epiſcopus, in vrbem redit, & comitē in arce ſua ſiſtit, putans ſe hoc modo religioni juriſiurandi quod dederat, ſatisfeciſſe, & Adelbertum eò vnde eduxiſſet, reduxiſſe. Vterq; poſtea ad regem proficiſcuntur, & in caſtra eius veniunt, ubi ſtatim prehenditur Adelbertus, & lata ſententia capitis damnatur, fruſtra implorata fide, quam Hatto dederat. Ita fraude archipræſulis circumventus comes, inſpectante Cæſa-

Cæſare in caſtris obtruncatus eſt anno Chr. 908. Poſſeſsiones verò eius, ut Otho Friſingenſis vocat, in fiſcum redactæ ſunt, è quibus poſtea Bambergenſis eccleſia locupletata eſt. Vrſpergenſis vehementer improbat Hattonis factum, & rationem hanc reddit, nullius enim emolumenti gratia fraude circumveniendus eſt chriſtianus. Aeneas Sylvius adjunxit etiam Ciceronis dictum ex 3. Officiorum: Fraus adſtringit, non ſolvit perjurium. Anno Chriſti 1430. Hußitæ Francis terrorem magnum injecerunt. Grandi igitur pecuniæ ſumma ſe ſuaq́ redemerunt. Bamberga 12000 florenos pendebat, marchio 9000. Ioannes Bavarus 8000. Norinberga 12000. De capta verò vrbe & fugato præſule ab Alberto marchione Brandeburgico anno C. 1553. in deſcriptione Norinbergæ dicetur. Comitia Imperij multa in hac civitate habita ſunt.

BASILEA.

BASILEA vrbs ampliſsima Rauracorum, caput civitatum Rom. Imperij liberarum, ex Auguſtæ Romanæ Coloniæ cine-

cineribus tanquam Phœnix enata & extructa. Quanquam ex Ammiano Marcellino liquet, Baſileam juxta Auguſtam Rauracorum Augſt *circa annum Chriſti 400. ſtetiſſe. Dividitur à Rheno interlabente in duas partes, quarum vna maior Galliam, altera minor Germaniam attingit: Vtraq; ponte adſpectu jucundo jungitur. Et primum quidem maior civitas Bizantino epiſcopo, minor verò Conſtantienſi ſubiecta fuit. Sed poſtea epiſcopum propriũ adepta eſt, qui jus poteſtatemq́; magnam in ea habuit: ſed à civibus redemta & libera facta eſt. Initium epiſcopatus Baſilienſis refertur ad annum Chriſti 238. primusq́; eius præſes Pantalus vocatur. Nomen à Baſiliſco, qui inſignibus huius vrbis appingitur, inveniſſe à quibuſdam putatur. Sed veriùs multò* βασίλεια, *Baſilea appellatur, vel à Romano quodam principe conditore eius: vel à regia magnificentia & ſplendore, quam præſe fert. Sunt qui à Paſſagio ſeu traiecto nominatam volunt, quod res eò latæ per Rhenum in Germaniã, & ex Germania in Galliam transvectæ ſint.*

ſunt. Ex habitaculis enim naviculariorum, quæ primitus ibi fuerunt, urbem tandem factam eſſe conſentaneum eſt. Quod ſi ita eſt, Baſilea dicitur quaſi Paßilea à Paſſagio ſcilicet, quod in alveo Rheni fluxu leni illic decurrente fuit. Aucta eſt & ornata ædificijs & templis ab Henrico Imperatore I. & II. quorum exemplum ſecuti alij immunitatibus & privilegijs amplis eam decorârunt. Anno Chriſti 1273. certamen controverſiæ inter Rudolphum Habſpurgenſem Alſatiæ Landgravium, & Henricum Baſilienſem epiſcopum de Briſaco & Neopurgo Rheni ortum eſt. Hæc enim ad ſe pertinere epiſcopus arbitrabatur. In civitate verò ipſa factiones duæ extiterunt, Stelligera & Pſitticigera; quarum illa Habſpurgenſis, hæc verò civitatis partes ſequebatur. At hæc concertatio omnis ſublata eſt ad imperij gubernationem evecto Rudolpho, Stelligerisq́ in vrbem conceſſa reverſio, per voluntariam injuriarum oblivionem. Sequente igitur anno ingreſſus Cæſar Rudolphus vrbem cum conjuge Anna, gynæceo, & multis proceribus, honorifi-

cen-

centiſſimè à clero & civibus acceptus eſt quos ſtatim dato juramento in fidem ſuam recepit. Iuncta fuit æquiſſimo jure et fœdere cum Helvetiæ pagis tribus primariis, tum Germaniæ quoq; urbibus compluribus, ab anno Chriſti 1327. ut auxilium ſibi contra vim adjungeret. Nec multò pòſt etiam cum Tigurinis fœdus pepigit. Itaq; cum periculum ei impenderet ab Anglis, qui Leopoldi ducis Auſtriæ auſpiciis Alſatiã vaſtabant, auxilium præſens à ſociis civitatibus Bernâ, Lucernâ, Soloduro conſecuta eſt. Quo ſanè præſidio ita conterriti fuerunt Angli, ut hoſtile nihil tentare auſi ſint. Bello deinde laceſſita à Leopoldi uxore Catharinâ Burgundâ anno Chriſti 1409. à Bernenſibus & Solodurijs adjuta eſt miſſo ſubſidio, à cæteris verò ſociis Helvetiis de transactionis conditionibus inter diſſentientes tractatum eſt, & pax ſancita. Non longè à memoria noſtra remotum eſt Conciliũ Baſilienſe propter decretorum, quæ illic facta ſunt, celebritatem. Initium eius factum eſt anno Chriſti 1431. finis verò incidit in annum 1442. Nam primis duobus annis agi nihil

nihil potuit, nec Eugenius Pontifex citatus & accuſatus comparuit. Decretum autem in hoc conſilio factum maximè memorabile eſt: Concilium ſcilicet generale eſſe ſupra Papam, poſſeq; illud haberi etiam ipſo non volente, nihilominus ratum eſſe & vim juſtam habere. Acceſſêre eodem etiam Græcæ Eccleſiæ legati, qui purgatorij ignis papiſticum commentum prorſus negarunt. Cum autem hæc Eugenio minus placerent: paulò pòſt Ferrariæ, & deinde Florentiæ contraria concilia inſtituit. Conabatur Baſilienſe concilium inſtinctu Eugenij Pontificis diſſipare Delphinus, hoc eſt, Gallorum Regis filius primogenitus Ludovicus. Itaq; exercitum magnum propè viginti millium virorum in Helvetiam duxit. At Helvetij ad repellendos Gallos qui Armeniaci in hiſtorijs appellantur, ſacra arma ſumentes, quamvis impari numero cum illis ad Baſileam congreſſi circiter 6000. ceciderunt, reliqui redire eò vnde venerant, coacti ſunt. Hinc commune bellum Helvetiorum cum Auſtriacis exortum eſt, vtpote à quibus Galli erant evocati. Academia ſeu ſchola

publica in hac vrbe deſtituta eſt ab Aen
Sylvio Papa, qui & Pius II. fuit dictu
anno Chriſti 1460. donataq́ eſt omnib
privilegijs, juribus & immunitatibu
quibus florentiſsimæ Academiæ fruunt
in Italia & Germania, Bononienſis, C
lonienſis, Heidelbergenſis, Erfurdienſis
Lipſica & Viennenſis. Viderat ſcilice
hic Aeneas tempore concilij commodu
ibi eſſe Muſarum domicilium propter
mœnitatem loci, ſalubritatem aëris & o
mnium rerum ad cultum victumq́ nece
ſariarum copiam. Fuit quoq́ Maximilia
no Imperatori cum Heluetijs & Rhetis be
lum, in quo octies collatis ſignis dimicatu
eſt, propterea quod Helvetij noluerunt fe
re communia cum imperio onera. Ventum
eſt tandem ad pugnam penè ante mœni
Baſileæ. In quo bello cum Baſilienſes ſeſe
ſpectatores præberent, neutriq́ parti ſeſe
adjungerent, factum eſt, ut confecta a
XX. Septembris pace Baſilienſes, quam
vis neq́ Helvetijs, neq́ imperatore impro
bante id feciſſent, in odium offenſionem
nobilitatis incurrerent. Itaq́ convitijs &

con

contumelijs grandibus jactati ſunt, nec tu-
tiſatis ullo penè in loco eſſe potuerunt. Quæ
res cauſam dedit eis, ut fœdere Helvetio-
rum perpetuo ſeſe munirent, quò præſidium
& robur adverſus hoſtes quoſcunque habe-
rent. Sic ergò anno Chriſti 1501. ab imperio
ad Helvetios tranſierunt, & cum decem
pagis ſeſe conjunxerunt. Ab eo tempore
in fœderatorum numero locoque habentur.
Religionem reformârunt anno Chriſti 1520
ejectis è templis & exuſtis ſimulacris, abo-
litiſque ritibus papiſticis.

BATAVIVM.

BOIODVRVM ſeu Batavia caſtra civitas imperialis vetus, & copioſa in Norico ſeu Bavaria inter Danubium & Oenum, ubi Auſtriæ & Bavariæ inferioris fines ſunt, quò plurimi cum mercibus atque oneribus undique terrâ, montibus atque fluminibus commeant. Olim Romanorum Colonia fuit à Batavis populis, ut quibuſdam placet, dicta. Probabile tamen magis eſt, eam Italico nomine appellatum eſſe Paſſaw à tranſitu ſcilicet ſeu commeatu multarum

gentium & populorum, qui importandis & exportandis mercibus implicantur. De episcopatu eius dictum eſt Iſagoges parte quarta. Celebris eſt memoria pacificationis Paſſavienſis, quæ in annum Chriſti 1552. incidit. Cum enim Carolus V. vix e periculo ſeſe eripuiſſet, & Henricus II. Galliæ rex contra fidem datam fœderatis Germaniæ principibus, Metin imperij urbem & alia occupaſſet; Ferdinandus rex admirabili cura pacem cum fœderatis principibus moliebatur. Ea igitur de cauſſa Paſſavium eos advocârat, qui partim ipſi, partim per legatos ſuos comparuerunt. Tractationis capita fuere tria: I. De Philippi Landgravij Heſſorum liberatione. II. De Germaniæ libertate. III. De religionis tuta profeſſione uſq; ad litis ſeu controverſiæ dijudicationem.

Villaci eo tempore excubabat Carolus Cæſar, ut quid ageretur celeribus nuncijs cognoſceret. Mauritius verò cum obtinere, quod vellet, minus poſſet, Francofurtum, quod obſidebat, revertit. Non ita multò pòſt, nempe Iulij die 24. Henricus Plavenſis

Miſ-

Miſniæ Burggravius, Bojemiæq́ Cancellarius à Ferdinando miſſus ad Mauritium in caſtra, attulit formam tranſactionis eam, quam tantopere Mauritius flagitarat. Hanc ubi accepit Mauritius, ſtatim res omnis confecta eſt. Hæc eſt nobilis illa pacificatio, quæ poſtea aliquoties repetita, declarata, & penitus confirmata eſt. Hæc pacem utriq; religioni Pontificiæ & Evangelicæ dat, hæc captiuum Landgravium priſtinæ dignitati reſtituit, & libertatis Germaniæ firmamentum jure habetur.

BELGERA.

BELGERA ad Albim una vetuſtiſſimarum Miſniæ vrbium condita à Caroli Magni militibus. Hic enim, domitis Boÿs, Sorabos intra Albim & Salam confidentes oppugnavit. Sed cum Hunni & Avares Boÿs ſubſidio venirent, omiſſis Sorabis, ad tuendum nuper partum regnũ cum exercitu profectus eſt. Filio verò ſuo Carolo juniori bellum contra Sorabos conficiendum commiſit. Hic ergò in hyberna

milites dimiſit, qui eo ipſo loco vrbem æd-
ficare cœperunt, vt plus præſidij adverſ
hoſtem haberent. Ita ex hybernis Caro
junioris Belgera extructa eſt. Hac qui
ab Henetis occupata eſt, etiam nomen a
illis invenit Belgradi, quod Germanis e
Weiſſchloß vel Weißburg. Quod ſat
etiam confirmat Rulandi ſtatua in hac ur
be collocata, qui ex Caroli Magni ſorore
natus eſt. Apparet ampliorẽ olim fuiſſe Bel
geram, ſed contractam & diminutam eſſ
bellorum impetu: & quantum de hac urb
detractum, tantum Torgæ adjectum eſt.
In ditione Henrici Marchionis Miſniæ quo-
dam fuit, & quidem præſidium ac firma-
mentum extitit contra VVippertum comi-
tem, à quo etiam direpta & ſpoliata eſt.
Inde in jus cœnobij Buchau conceſſit, ſed
occupata à principibus Saxoniæ tandem
VVurcenſi epiſcopo tradita eſt.

BERLINVM.

MArchiæ vrbs condita ab Alberto Urſ
principe Anhaldino, quemadmodum
aliæ etiam urbes Marchicæ Bernavia, Ber-
vval-

-aldia ab eodem denominata, circa an-
-no Chriſti 1142. Monaſteriū verò Fran-
-ciſcanorum, quod in illa eſt, fundarunt
Marchiones Otho & Albertus, anno Chri-
-ſti 1272. Hoc tempore florentiſſima ſedes
eſt Marchionum Brandeburgicorum ſe-
ptemvirûm Rom. Imperii, ædificiis & aliis
rebus omnibus affatim exornata. Anno
Chriſti 1574. in cœnobio aperta eſt ſchola
nova, translatis in eam duabus ſcholis ad
S. Nicolaum, & S. Mariam. Anno Chriſti
1539. Matthias epiſcopus Brandeburgen-
ſis primus Sacramentum cœnæ S. ſub utra-
que ſpecie in hac civitate adminiſtravit in
templo Cathedrali. Quo ipſo etiam anno
Georgius Marchio Onolzbacenſis Iacobum
Stratnerum ad docendum Evangelium in
hanc urbem miſit. Cujus opera quoq; uſus
eſt Ioachimus Septemvir imperii ad viſita-
tionem & reformationem eccleſiæ in Mar-
chia Brandeburgenſi.

BIBERACVM.

BIBERACVM vel BIBRACVM Imperiale oppidum in Sueviâ & huic

vicina Bachavia vbi virginum ſacrarum celebre collegium ſive monaſterium eſt Auguſtinianæ profeßionis ab Adelheide fundatum, quæ privata marito ac filijs, facultates omnes ei largita eſt, & prima illius moderatrix facta. Huius feſtum celebratur 28. Auguſti, quo panes ſiliginei tàm indigenis quàm exteris diſtribuuntur. Virgines in eo liberæ ſunt ex Baronum, nobilium aut comitum familiâ natæ, quibus etiam nubere licet omnibus, excepta Abbatiſſa.

BISCHOFSVVERDA.

BISCHOFSVVERDA *oppidum verſus Luſatiam Miſnenſi diœceſi ſubjectum, anno Chriſti 1506. à Georgio de Guttenſtein Barone Bojemico Saxoniæ du... cum hoſte jurato clam, civibus in templ... cultui divino vacantibus, obrutum & ſpo... liatum eſt. Compleverat ille currus ſex ar... matis hominibus, qui tecti lineis pann... tanquam frumento onuſti in vrbem inve... cti ſunt, mox inſequentibus equitibus. Si... capta urbe, templum, curia, & domus pri... vatæ ſpoliatæ ſunt, multiq́; cives in Boje... mian*

nium adducti, quorum novem in carcere fœdo mortui ſunt, reliqui tandem ſolutâ pecuniæ aliquâ ſummâ dimiſſi. Poſtea venerunt à duce Georgio miſſi capitanei, & iurare cives in fidem eius coëgerunt, ſed paulò pòſt urbs capitulo reſtituta eſt. Anno 1515. Iuſtus ab HauguitZ Miſnenſem epiſcopum de familia Cökericia capere in pago quodam prope hanc urbem conatus eſt. Sed defenſus eſt epiſcopus à ſex ruſticis, qui impetum hoſtilem omnem à domino ſuo propulſarunt. Horum tres cæſi ſunt, reliqui Bojemum unum ceperunt, cæteros fugarũt. Fugientes inſecutus eſt capitaneus Stolpenſis, ſeptemq́; ex ijs cepit, qui penè omnes ſupplicio affecti ſunt.

BLAVBERINA vel BLAVBYRA oppidum VVirtembergiæ, duobus milliaribus ab Vlma, quinq; verò à Tubinga diſtans, dictum à Blavv fluvio qui glauci coloris eſt, & Byren, quo fons ſignificatur. Ibi enim fluvius ille oritur. Hoc oppidũ cum monaſterio de Helfenſteinenſibus emit comes VVirtebergenſis Ludovicus an. C. 1447.

BOPFINGA *ad Egram ſita communibus imperij privilegijs gaudet.*

BRANDEBVRGA.

BRANDEBVRGA *vel* BRENBVRGA *Marchiæ Metropolis condita eſt à Brenno Suevorum duce, anno ante nativitatem Chriſti, ut plerorumque fert opinio, 211. Brennus autem à voce Bryn ſeu Bren, qua ſignificatur galea, præſertim criſtata ſeu cornuta, nomen invenit. Inde Brenburg, vel Brandeburg dicitur, Brenni caſtellum ſeu præſidium armatorum ad tutandam regionem. Sedem putatur hic Brennus habuiſſe Acæ ad Albim, & eſt heroicus ille bellator, qui Senones & Gallos contra Romanos duxit, & Romam diripuit. Senones verò ſunt, qui Seehuſiam condiderunt in veteri Marchia, quam incoluere à Byſa ad Zeram uſq;, & rurſum ab Albi uſq; ad Luneburgum, à quibus tractus olim nomen habuit, & Senland, hoc eſt, Senonum terra dictus eſt: Habitarunt iidem quoq; inter Salam & Albim circum Acam,*

...a media Marchia ab Albi
...q; Nomen habent honeſtum
...ſſum gravitatis, dicti quaſi
...iuxta Strabonem, honeſti gra-
...end andechtig.
...ter hanc veterem eſt Bran-
...a, cuius autor eſſe putatur
...miri IV. filius, dux Franciæ,
...Marchiæ Brandeburgicæ ex-
...Ab hoc demum urbs Brande-
...cepit. Occupata eſt à Sla-
...ata à Carolo Magno, qu
...gatum nobilem Alſatiæ v
...collocavit. A quibus Ha
...ad Brandeburgam vete
...hodie quoque & templ
...ædibus eſt, Mariæmons
...erit quoq; in hac urbe
...landi ſtatuam grandem
...ribus. Ab Harlungis p
...rgæ ad annos centum
...ua poteſtatem Slavoru
...& compreſſa à Billungo
...Wiſſilai filio, & Scherci
...Verùm anno Chriſti 92

ticam, tum in media Marchia ab Albi ad Suevum uſq;. Nomen habent honeſtum inprimis & plenum gravitatis, dicti quaſi σεμνοὶ, ſecundùm Strabonem, honeſti, graves, Erbar vnd andechtig.

Alia præter hanc veterem eſt Brandeburga nova, cuius autor eſſe putatur Brando Marcomiri IV. filius, dux Franciæ, & gubernator Marchiæ Brandeburgicæ anno C. 230. Ab hoc demum vrbs Brandeburga nominari cœpit. Occupata eſt à Slavis, ſed recuperata à Carolo Magno, qui Harlungos gentem nobilem Alſatiæ vel Briſgoiæ in eam collocavit. A quibus Harlungis mons ille ad Brandeburgam veterẽ Herlungisberg hodie quoque & templum D. Mariæ, quod ibi eſt, Mariæ mons appellatur. Collocavit quoq; in hac vrbe idem Carolus Rulandi ſtatuam grandem, ſicut & in alijs vrbibus. Ab Harlungis poſſeſſa eſt Brandeburga ad annos centum & novem, poſtea in poteſtatem Slavorum recidit, domita & compreſſa à Billungo Slavorum rege, VViſislai filio, & Scherclitz appellata eſt. Verùm anno Chriſti 926. Henricus

ricus Auceps Imperator magno prælio Slavos fudit, & ex eorum faucibus urbem eripuit circa annum Chriſti 927. quando obſedit & expugnavit, aſperrima hyeme caſtris in glacie poſitis, Brandeburgam, Henetorum urbem primariam & Marchiam Brandeburgenſem ibi conſtituit, cuius præſidi nomen Marchionis Brandeburgici inditum eſt. Cranzius Vandal. lib. 3. cap. 16. Pari viciſſitudine à Slavis domita & direpta eadem ab Othone II. & III. vindicata eſt. Deinde occupata à Slavis tanquam pila fortunæ cœca manu projecta conceſſit in ditionem Sigefridi Marchionis, & Uthonis II. Quod autem plerunq; ſecum fert humana ſors, ut cùm ab hoſtibus externis requieſcere licet, interna, vel cum propinquis diſſidia accendantur: idem etiam uſu venit Brandeburgenſibus, qui poſtquam à metu Slavorum reſpirarunt, cum vicinis Magdeburgenſibus in certamen venerũt. Etſi enim paulò ante in gratiam ex inimicitijs cum illis redierant, tamen laceſſiti à quibuſdam nobilibus in diœceſi Magdeburgenſi, in ipſo Magorum die, cum copijs ſuis in

ucam involarunt, & damni multum intulerunt. Magdeburgici viciſſim ablata recuperaturi hoſtes inſecuti ſunt, ſed ſeparati ab illis bellicoſos viros 36. amiſerunt, quos captos Brandeburgam ſecum abduxerunt. Qua quidem jacturâ compulſi Magdeburgenſes, adhibitis arbitris, cum Brandeburgicis pacem fecerunt, hoc pacto, ut Brandeburgici ſuos cives, quos Magdeburgenſes jam ante ceperant, numeratâ pecuniâ ſummâ redimerent, & de captivis eorum undecim dimitterent. Hæc quamvis dura conditio, tamen accepta eſt, ut paci conſuleretur. Anno 1402. Magdeburgenſes denuò in Havelbergenſem ditionem impetum fecerunt, ſed occurrerunt illis Brandeburgici cives, & cum ad manus ventum eſt, ex Brandeburgenſium numero nonnulli ceciderunt, à Magdeburgenſium verò parte amplius ſexaginta capti ſunt. Magdeburgici cladem acceptam vlturi inſidias abſtruſas contra Brandeburgicos veteres poſuerunt, ut erumpentes eos caperent. Hi verò cognitis inſidijs non ſtatim hoſtes fugam ſimulantes inſecuti ſunt, ſed advoca-

runt

runt Ioannem Megalpurgi ducem, qui L
vini erat, & cum conjunctis viribus e
invaſiſſent, amplius quadraginta eoru
ceperunt, quos pecuniâ grandi multarun
& non ſine contumelia dimiſerunt. Vic
nis hiſce hoſtibus compreſſis, inteſtina di
ſenſio civitatem conturbavit. Quæ tame
& ipſa ſopita eſt. Hæc fuerunt primordia
hæc incrementa vrbis antiquiſſimæ, à qu
illuſtriſſima ſtirps Marchionum Brandebur
gicorum nomen in hunc vſq; diem retinet.

BREMA.

BREMA *ad Viſurgim, quæ Fabiramum à Ptolomæo dici putatur, vrbs epiſcopalis eſt, foſſa, & aggere cincta ab Umano epiſcopo circa annum Chriſti 1010. Ecclesia à Carolo Magno fundata eſt anno C. 788. quæ poſtea cum metropoli Hamburgenſi vnita eſt per Ludovicum Germaniæ regem. Errores Pontificios in Eccleſiam invectos abrogavit anno C. 1525. & correxit Evangelij doctrinam paſſim in omnibus templis, cathedrali excepto, quod poſtea tamen quoq; correctionem admiſit: operam*

ac

ad eam rem accommodantibus Henrico Sudphanienſi monacho Auguſtiniano, qui Antverpiæ de carcere elapſus eò venit, & biennium concionatus eſt; Iacobo itē Præpoſito Theologiæ Licentiato cum Ioanne Timano. Documentum dedit Brema, quā parum valeat iniqua poſtulatio, cum epiſcopus viginti millia aureorum exigere voluit. Huic enim parere noluit civitas, & cauſam ſuam jure defendere maluit, quàm inanibus terriculamentis cedere. Obſidionem igitur parante epiſcopo, ipſa quoq; ſeſe munit, & vim injuſtam vi juſta propulſare inſtituit. Quam gravitatem ſenatus, & civium Bremenſium accuratius perpendens præſul, militem conductum dimittit, pugnandiq; cupiditatem abjicit. Socia erat hæc civitas fœderis Schmalcaldici: iccircò acrius eam oderat archiepiſcopus Chriſtophorus, & vt libidinem animi ſui expleret, Iodocum à Croningen Cæſareum ducem ad disiungendas civitates Saxonicas, ne opem Ioanni Friderico Saxoniæ ferrent, literis & nunciјs invitavit, vt ad obſidendam Bremam exercitum adduceret. Quod etiam

factum

factum eſt anno Chriſti 1547. quo in ag Bremenſem ille involavit, & naves ei civitatis onerarias circiter 40. occupavi Sed irritatus ad velitationem in conflict ictus pilâ occubuit. Succeſſit illi VVrisbe gius, cui etiam paulò pòſt ſubſidio venit a eodem Cæſare miſſus Ericus Brunſuicenſ dux, qui conjunctis viribus urbē obſederū Sed eo ipſo obſidionis tempore advenerun VVilhelmus Tumſernus, & Albertus Mans feldius ab Electore Saxoniæ miſſi, cum co hortibus quatuor equitum, & undecim ſ gnis peditum, ac tormentis aliquot, nemp quatuor colubrinis, & decem falconibu impreſſionemq́ in Erici ditionem faciunt Hoc impetu hoſtili ab obſidione Bremen avellitur Ericus, & in abſceſſu clade qua dam affectus, etiam VVrisbergio cauſſam dat, ut, re infectâ, ad Cæſarem in ſalina rum Saxonicarum urbem commorantem ſe recipiat.

BRVNSVIGA.

BRVNSVIGA *Saxoniæ urbs quondam veterum Chaucorum ſedes, ſecundùm Taci-*

*...citum, condita à Brunone Saxoniæ du-
ce, anno Chriſti octingenteſimo ſexageſimo
...imo, à quo etiam nomen adepta eſt, quaſi
...catur Brunonis vicus ſeu caſtrum. Pagus
...lim fuit extructus à Carolo Magno in bel-
lo contra VVitikindum. Dividitur autem
vrbs interlabente Ocra fluvio, qui diſpeſ-
cit eam in vicum* die Wick/ *& vrbem ve-
terem. Frater Brunonis Danevvertus vel
Tanquardus arcem ibidem condidit, quam
de ſuo nomine Danckvverderodam appel-
lauit, quæ nunc penè collapſa eſt. Hi fratres
conjunctis operis primùm templum ad S.
Iacobum fundarunt. Infuſi ſunt paulò poſt
in Saxoniam Normanni, quibus occurren-
tes cum exercitu Bruno & Dancvvertus
ingenti prælio fuſi & cæſi ſunt. Nova au-
tem vrbs Brunſuiga condita eſt ab Henrico
Aucupe. Templi porrò Cathedralis, quod in
hac vrbe eſt, fundator eſſe perhibetur Hen-
ricus Leo, qui S. Baſilio, & D. Ioanni Ba-
ptiſtæ illud conſecravit, idem autor templi
S. Catharinæ eſſe dicitur. Incrementa ſum-
ſit hac vrbs tanta, ut neq; magnitudine,
neq; pulcritudine, neq; victus commoditate*

 vlli

*ulli civitati Germaniæ cedat. Anno Chri-
ſti 1090. nefariè occiſo Ecberto Marchion
Cæſaris Henrici IV. impulſu, cùm hære
maſculus non ſupereſſet, Cæſar Brunſuig
occupavit, ejecta Gertrude Ecberti truc
dati ſorore, collocavitq́ in arce homines ſce-
leratos, qui civibus multum incommodi af-
ferebant. Hi ergo cum tot contumelijs atq
injurijs eſſent laceſſiti, inventus eſt ali-
quando eorum vnus balneator, qui noct
ignem in arcem injecit, & petulantes illo
homines, qui in illa erant, exuſſit. Cives
tamen properè accurrerunt, & flammam
extinguere conati ſunt. Hoc modo potiti
arce Brunſuicenſes expulſam Gertrudem
revocarunt, principem ſuam crearunt, &
arcem repararunt. Quod factum eſt anno
1091.*

*Anno 1229. mortuus eſt dux Heinri-
cus, Elector ad Rhenum, dominusq́ Brun-
ſuigæ, relictis poſt ſe duabus filiabus, ad
quas Brunſuiga devenit. Hæ verò vendi-
derunt eam Henrico Regi Cæſaris Friderici
filio, qui militum præſidia in ea collocavit.
At moleſtè id tulit Otho Luneburgi dux,*

ad

*...ditatis jure vrbs pertinebat.
...larum millium equitum ſa-
...tiáq non paucis civibus,
...vrbem invaſit, & cũ
...lite ante arcem conflixit,
... Potitus hoc modo arce ſeu
...ce clamavit: Recipite me,
...m veſtrum, & dabo vobis
...jura magna. Reſponderunt
...naturalis noſter Dominus
...m & quæcunq habemus
...mus. Otho viciſſim fidelita-
...recompenſaturus, privilegia
...tatem civitati tribuit, man
...cum omnibus ſuis poſt
...iſti 1292. mortuo duce VV
...duas diſtracta eſt ci
...ordinabant viros du
...ſenatui opponerent, quoti
...quod ipſi nollent. Ac
...partes ſequebantur
...duodecim, quos ele
...in vrbe dux ucognomi
...viros duodecim colle
...Huic ergo ipſi ſigillum &*

ad quem hæreditatis jure vrbs pertinebat. Itaq; manu duorum millium equitum facta, adjuvantibusq; non paucis civibus, clandeſtino introitu vrbem invaſit, & cũ præſidiario milite ante arcem conflixit, eumq; expulit. Potitus hoc modo arce ſeu burgo, alta voce clamavit: Recipite me, cives, dominum veſtrum, & dabo vobis libertatem, & jura magna. Reſponderunt cives, verus & naturalis noſter Dominus es: iccirco vitam & quæcunq; habemus pro te profundemus. Otho viciſsim fidelitatem tantam recompenſaturus, privilegia, jura, & libertatem civitati tribuit, manſitq; illius dominus cum omnibus ſuis poſteris. Anno Chriſti 1292. mortuo duce VVilhelmo in factiones duas diſtracta eſt civitas. Tribus enim ordinabant viros duodecim, qui ſeſe ſenatui opponerent, quoties aliquid ſtatueret, quod ipſi nollent. Ac cives quidem ſenatus partes ſequebantur, tribus verò virorum duodecim, quos elegerãt. Erat eo tempore in rbe dux ucognomẽto Mirabilis, qui viros duodecim collegiorum tuebatur. Huic ergo ipſi ſigillum & literas

tradiderunt, ut cum ſenior eſſet, præ min-re fratre civitatem obtineret. Gravit- hoc fert ſenatus & communitas, ideoq́ fæ-dus cum Alberto fratre minore faciũt clan-culum, eumq́ noctu in vrbem intromit-tunt. Hic occupata curia novæ vrbis tri-buum præfectos quadraginta capit, & vr-be exire jubet. Capit etiam duodecim vi-ros, quorum decem ſuſpenduntur, vnus ca-pite truncatur, duodecimus verò aufugit. Noctu quidem invaſerat vrbem Albertus, & nihilominus tamen milites ſuos ſic coër-cuit, ut nihil incommodi attulerint civi-bus. Vrbe potitus præſidia neceſſaria paſ-ſim in ea diſponit, & advocatos novarum rerum cupidos benignè alloquitur, ſicq́ in eorum animos influit, ut charus ab eis ha-beatur, & dominus civitatis agnoſcatur & colatur. Henricus verò Mirabilis cum conjuge & liberis profugus eſſe cogitur. Anno 1492. diſsidium extitit inter Hen-ricum ſeniorem Brunſuigæ ducem & civi-tatem, ob bona quæ in agris habebant Brunſuicenſes, olim à principibus & nobili-bus vicinis accepta, eorumq́ voluntate in illud

illud uſq; tempus poſſeſſa, id quod literis & ſigillis confirmare illi poterant. Henricus verò iniquum eſſe ratus à civitate ea teneri poſtulavit, ut communia onera cum reliquis ſubditis ferret civitas, aut imponi mercibus quæ importarentur aut exportarentur, vectigal pateretur. Hæc neutrum onus recipit, ſed literis & diplomatibus ſupra hominis memoriam poſſeßionem minimè interruptam probat. Mox bellum minatur dux, quod tamen Brunſuicenſes non admodum reformidabant. Munit autem ſeſe Henricus ſocijs armis principum & comitum finitimorum, & vrbem obſidione cingit. Cum autem vi efficere nihil poſſet, hybernare in cœnobio Rittershuſio conſtituit, ut frumenti egeſtate compulſi cives dedere ſeſe cogerentur. Erant autem Hildesheimenſes amici Brunſuicenſium, qui levare illorum inopiam conabantur. Itaq; commeatus copiam bonam cum neceſſario militum comitatu in vrbem invehere ſtudent. Obviam illis procedunt Brunſuicenſes, quemadmodum inter eos convenerat. Henricus verò certior de ea re factus prohi-

bere importationem frumenti conatur. F conflictio acris, & quidem eventu dubi Sed cum navare nihil poſſet Henricus, a componendam pacem cum Brunſuicenſib ſeſe offert. Deliguntur igitur arbitri, q litem ſic diremerunt tandem, ut duas ar ces, quas Brunſuicenſibus eripuerat, du retineret: Reliquas duas civitati redde ret, ita tamen ut earum altera, videlice Aſſeburgum, deſtrueretur, altera verò ci vibus relinqueretur, qui fideles ſubdit Brunſuigæ ducum eſſe deberent.

Diſſenſio fuit, & eſt hodiè inter Brunſuigæ duces & civitatem. Cujusmodi con ſuevit eſſe omnibus ætatibus, inter civita tes liberas, & vicinos principes, ſecundùm Demoſthenem, qui ait: ſemper infidam eſ ſe ſocietatem & vicinitatem principum, po tentum præſertim, & civitatum finitima rum. Anno Chriſti 1542. ab Henrico duce oppugnata & divexata opem Iohannis Fri derici Electoris Saxoniæ, & Philippi Landgravii Haſsiæ, quorum fœderata erat, imploravit. Hi igitur adductis 22000. militibus Lycaoniam arcem occuparunt, & in fi-

dem

dem ſuam redegerunt, tum religionem quoque reformarunt. Anno Chriſti 1550. Henricus cognomento Iunior circa Iacobi diem exercitu eam circundedit, agrisq́; illius & ſubditis multum damni intulit, tum ſæpius etiam cum civibus erumpentibus velitatus eſt. Cum in alterum uſq; menſem obſidio duraſſet, & jam annona ingraveſceret, edicto Cæſaris ab armis diſcedere utraque pars juſſa eſt, & jure, ſi quid habeat controverſia aut certaminis, diſceptare. Anno Chriſti 1553. iterum obſeſſa ab eodem eſt arctius, & tormentorum globis verberata. Sed revocatus ille à ſocijs Norinbergenſibus & epiſcopis duobus VVürtzburgio & Bambergio, quorum ſumtibus tunc bellum gerebat, deſtitit, & in Franconiam copias ſuas duxit. Exortum eſt quoq; aliud malum inteſtinum diſſentientibus ſcilicet à ſenatu civibus, quod non mediocriter quaſſavit & afflixit Rempublicam. Religio reformata maturè in hanc civitatem invecta eſt, ſtatim ab anno 24. incipientibus nonnullis errores pontificios refutare, & ſemina purioris doctrinæ Evangelij ſpargere.

gere. His tametſi ſenatus acriter repugna-vit, & nonnullos ejecit, tamen populus pre-cibus flectere eum non deſiſtebat, donec li-beram concionem & profeſsionem Evan-gelij impetraret. Quod niſi permiſſum à ſenatu fuiſſet, periculum certum haud ab-fuiſſet. Anno igitur 1528. VVitebergâ ac-cerſitus D. Ioannes Bugenhagius emenda-tionem eccleſiæ magna gravitate ſuſcipit, epiſtolam Pauli ad Romanos, ad Timotheū item, in ſchola explicat, ordinem certum in eccleſia ſervandum præſcribit, tùm inſpe-ctorem & cuſtodem ſupremum Martinum Gerlicium, unà cum Henrico VVinkelio, VVerningerodenſi collega conſtituit. Ac manſit quidem in hac ſtatione ſibi aſsigna-tâ VVinckelius uſq; ad finem vitæ; Gerlicius verò Ienam redijt, cui Nicolaus Medlerus Theologiæ Doctor ſucceſsit. Medlerum ſe-cutus eſt Ioachimus Morlinus, Morlinum Martinus Chemnicius, πρόμαχος καὶ ὑπερ-ασπιστὴς veræ religionis in Auguſtana con-feſsione comprehenſa. Chemnicij veſtigia perſecutus D. Polycarpus Lyſerus idem mu-nus geſsit, donec VVitebergam ad eccleſiæ guber-

gubernationem & docendi partes Academiæ vocatus eſt. Et quia congreſſus amici multum conferunt ad alendam concordiã atq; conſenſionem inter doctores & collegas, placuit ſingulis menſibus convenire eccleſiæ miniſtros in conviviolo debere, ut conferre inter ſe de omnibus ad eccleſiæ & doctrinæ vel emendationem vel conſervationem pertinentibus poſſent. Schola etiam in hac ciuitate eiuſmodi hactenus fuit, vt & ob frequentiam diſcipulorum & liberalitatem civium benè audierit.

BVCHAVIA.

BVCHAVIA Sueviæ oppidum liberum ad lacum eum qui plumarius vulgò appellatur. Cœnobium habet celebre conditum ab Adelheidâ ſuevorum ducis Hildebrandi filia, quæ illîc maritum ſuum & tres filios in prælio cum Hunnis commiſſo ſepelivit, & à luctu ſive planctu vallem ipſam Planctinam Planckthal vocitavit. Liberum eſt virginibus in hoc cœnobio nubere, nec aliæ in illud cooptantur, quàm illuſtri loco natæ. Vaſtatum quidem aliquando

do fuit, ſed inſtauratum eſt, & multis re-bus auctum à Ludovico Pio imperatore.

BVDISSINA.

BVDISSINA *Luſatiæ ſuperioris Metropolis, Hexapolios primaria. Hoc enim nomine appellantur ſex regiæ urbes ſuperioris Luſatiæ, Budiſſina, Gorlicium, Zittavia, Laubena, Camenzium, & Lobavia fœdere & ſocietate ſic inter ſe conjunctæ, ut dirimi aut divelli non poſſint. Licet ſuo jure unaquæq; utatur, quemadmodum olim Decapolis dicta eſt à decem urbium numero regiuncula illa, quæ tetrarchias, ut Plinius habet, comprehendit. Et Pentapolis in hiſtoriis nominatur regio inter Palæſtinam & Arabiam, à quinario numero urbium, quæ juſta Dei ira incenſæ olim & cœlitus delapſo ſulphure & pice deletæ ſunt, Gen. 19. Nomen autem Luſatiæ Lygiorum vel Elyciorum populorum voci affine eſt. Conjuncta aliquando fuit hæc provincia cum Miſnia, unde adhuc reliqua ſunt nomina pagorum in Miſnia* Laußnitz *propè Iſenbergam &* Oberlaußnitz, *ex qu-*

Luc Slavis ſylva eſt, ex quo Luſati quaſi Waldſaſſer

quo urbs Freiberga Marchionis Othonis tempore extructa eſt. Avulſa autem eſt à Miſnia autoritate Heinrici Imperatoris IV. & ſtipendii loco tradita Boiemis. Etſi autem poſterioribus annis commutationes factæ ſunt: tandem tamen imperante Henrico Lucelburgenſi utraq; Luſatia tam ſuperior quàm inferior Boëmis ceſſit. Quanquam hæc diſtinctio Luſatiæ in ſuperiorem & inferiorem ante annum Chriſti 1466. in publicis documentis non invenitur. Hæc autem ſuperior, cujus Metropolis eſt Budiſſina, olim provincia Niſin vel Niſſana, quandoq; etiam Marchia Budiſſinenſis appellatur. Vtraq; olim Suevis paruit, ſuperior quidem Ilingis ſive Eliſiis, inferior autem Senonibus. Ab his in Slavorum poteſtatem devenit, & ſuperior quidem à Sorabis, inferior verò à Lutitiis occupata eſt. Iure utuntur potiſſimum, quod Saxonum eſt proprium, quemadmodum & vicini nonnulli, ac Litvani ipſi quamvis longius remoti. Vrbis quidem Budiſſinæ nomen Slavicum eſt à conditore inditum, qui Boëmiæ Dux fuiſſe perhibetur, cui cum

filius

filius eſſet natus, urbi recenti nomen ab illius nomine impoſuit, & Budiſsinam appellavit anno C. 800. Arx verò è regione trans fluvium Spream ſeu Suevum Brotſchenberga dicta antiquior eſt. Hæc tametſi in ruinis jacet, tamen rudera ſub terra reperiuntur, & idem nomen etiam mons, in quo ſita eſt, retinet. Condita autem eſt arx illa à Sorabis poſt expulſos Duringos & Suevos, nomenq́ accepit ab arcendo quòd quaſi limes quidam præſidij Sorabo rum contra Sarmatas fuit. Nam Henricus Auceps Sorabis receptis Marchias ſeu limitanea præſidia paſsim conſtituit, ne irrumpere barbari facilè poſſent, iisq́ Marchiones ſeu præſides præfecit, qui fines ab incurſion hoſtium tuerentur, & jus ſubjectis popul dicerent. Hînc Marchia Brandeburgenſ Henetis ſeu Venedis; Miſnenſis & Budiſ nenſis Boëmis & Sarmatis tanquam mol fluctibus oppoſita eſt circa annum C. 95 Henricum ſecutus Otho magnus circa a num C. 950. conditas ab anteceſſore Ma chias imperateria autoritate confirmav Miſnenſemq́ Marchiam ſpirituali juriſ

ctio

ditione Budiſsinenſis Marchiæ auxit, ut propagari religio Chriſtiana latiùs poſſet. Poloni ægrè carentes Luſatiâ identidem ab imperatoribus eam repetiverunt, donec anno Chriſti 1000. Boleslaus Chabri primus Poloniæ Rex ab Othone III. creatus cum exercitu magno in eam invaſit, & expugnata Budiſsina in jus poteſtatemq́ue ſuam ditionem totam redegit. Conatus quidem eſt Henricus II. Imperator Budiſsinam per obſidionem recuperare circa annum Chriſti 1005. & aliquanto poſt etiam id quod intenderat aſſecutus eſt, & imperio vectigalem vrbem & gentem fecit. Sed tanta fuit Soraborum & Lutitiorum inconſtantia, ut identidem cum religione Chriſtiana, etiam dominos mutarint. Excuſſo igitur Marchionum, à quibus gubernari debebant, jugo, in libertatem ſeſe vindicare ſtuduerunt. Sed repreſsi denuò ſub imperium Conradi Sali qui Imperatoris ſubjuncti ſunt. Rurſus ſub Henrico III. Imperatore rebellârunt hi Slavi, & tertiùm profeſsionem Chriſtianæ fidei abjecerunt circa annum Chriſti 1066. In eos igitur Henricus IV. Imperator

cum

cum exercitu ivit, & adjutus à Saxonibus & Vratiſlao Boëmiæ duce vicit atq; proſtravit illos. Poſt hanc victoriam per tranſactionem Budiſsina & regio Niſſana in Boëmi jus ditionemq́; conceſsit. Lecta eſt huius tranſactionis formula, audientibus multis principibus ac legatis in templo Miſnenſi anno Chriſti 1071. Tum ob merita præclara ille ipſe Vratiſlaus Boëmiæ rex creatus eſt ab Henrico IV. ad Moguntiam anno C. 1086. Filiam habuit Iuditham, quam in matrimonium collocavit Viperto comiti Groicenſi, & dotis loco vrbem Budiſsinam cum tractu vicino qui eſt inter Dreſdam, tradidit circa annum C. 1080. reliqua regionis parte ſub Boëmiæ regn manente, ex quo Budiſsinæ inſignia nemp murum flavum cum pinnaculis in clype cæruleo hic comes Groicenſis in titulis & inſignibus ſuis geſsit. Mortua eſt hæc Iuditha Vratiſlai Boëmiæ regis filia Budiſsin dotali ſuo oppido anno C. 1091. & Pegav ſepulta in templo D. Iacobi, quod fundara Cœpit ab eo tempore Voigtlandia ad E ſtrum appellari hæc regio, à præſidibus ſ lic

licet, qui βογϑοὶ ſunt Græcis, & advocati latinè dici poſſunt, Landvögte germanicè, Quo nomine etiam appellatur advocatorũ terra Vogtland inter Curiam, Ambergam & Norimbergam olim ſita, Nariſcorum antiqua ſedes & regio. Eſt autem feudum Marchiæ Luſatiæ collatum Viperto ab Henrico V. imperatore VVormatiæ in comitijs, vbi veſte principali ornatus eſt, factus jam ſenex anno Chriſti 1124. ab eo tempore Marchia nominari deſiit ſuperior Luſatia, & ad inferiorem tantum translatus eſt ille titulus an. C. 1134. Mortuo Viperto Viperti filio ſine liberis Budiſsina cum tractu finitimo ad Boëmos redijt, & à Sobieslao eorum duce renovata eſt urbs, poſtquam innumerabilibus penè calamitatibus & cladibus deformata & attrita fuit.

Civitas ipſa præ cæteris ſex fœderatis Luſatiæ urbibus hac prærogatiua gaudet, ut literas hiſce ſex urbibus inſcriptas imprimis aperiat. Habita eſt quoq; olim Boëmiæ principum quaſi quoddam aſylum, quo vel belli metu compulſi, vel inſidiarum timore perculſi profugerunt, ut latitare tutius illic poſſent. Quod feciſſe accepimus Vladiſlaũ

ſecun-

ſecundum, cum à Sobieslao ſecundo Boëmiæ duce ſibi metuit, & cum Gaza regia, uxore, & liberis Budiſſinam vxoris fundum dotalem migravit circa annum C. 1232. Otho Pius Ioannis prudentis electoris Brandeburgici frater Beatricem regis Boëmiæ VVenceslai Othocari ſororem duxit, & dotis loco ſuperiorem regionem accepit. Ex quo annos amplius octoginta apud Brandeburgenſes manſit, nempe ſub Othonis Pij filio Othone Longo & reliquis deſcendentibus uſq; ad VVoldemarum. Et hoc quidem tempore civitates privilegijs auctæ ſunt, & pleræq; baſilicæ, cænobia, & templa primaria condita. Eccleſia quidem dominica ſive baſilica quæ Budiſſinæ eſt, exiſtimatur à Miſnenſibus fundata eſſe, quod præpoſitus eius ex canonicorum Miſnenſium numero deligatur, & capitulum reditusq; eius Miſnenſi Eccleſiæ ſubiecti ſint, Parochiale verò templum ædificatum vel inſtauratum eſſe conſtat à Brunone Miſnenſi Epiſcopo anno C. 1213. regnante in Boëmia Premislao Othocaro. Hodie in vno eodemq; templo huius vrbis cum Pontificia religione

etiam

etiam doctrina ſecundùm Auguſtanæ Confeſſionis formulam reformata ſonat & propagatur, legitimeq́ adminiſtrantur Sacramenta. In ſchola ad verbi Divini præſcriptum, & ad diſciplinam liberalem erudiuntur adoleſcentes.

CALVA.

CALVA *oppidum VVirtembergicæ ditionis ad Nagaltum amnem ſitum; paruit primùm Calvenſibus comitibus, deinde Tubingenſibus. Ab his in ditionem VVirtembergenſium unà cum arce venit anno Chriſti 1345.*

CAMENCIA.

CAMENCIA *in civitatum Marchicarum numero quinta à ſaxis ſeu rupibus, in quibus conſtructa eſt, nomen invenit, Slavico idiomate. Apparet Baronum quorundam ſedem olim fuiſſe, & circa annum Chriſti 1255. poſt conflagrationem inſtauratam eſſe. Regi Boëmiæ Ioanni aſſignata eſt unà cum Lobauia anno C. 1319. Arcis antiquæ, quæ ſedes Baronum fuit,*

rudera quædam conſpiciuntur in monte vi-cino, cui vrbs vetus contigua fuit. Du- autem peſtes horum Baronum fuerant, un- diſſolutior vita, altera æris alieni magni- tudo. Ad egeſtatem igitur redacti cum ſu- perbiùs dominari vellent, nobiles ſimul & cives partim vi adhibita, partim datâ pe- cuniæ ſummâ in libertatem ſeſe vindicâ- runt, & à metu tyrannidis reſpirarunt. Conditum eſt ab his Baronibus cœnobium Mariæſtellanum, cui cum adjacente ter- ritorio etiam præfuerunt.

CAMPIDONVM.

CAMPIDONVM **Kempten**/ *oppidum pervetuſtum imperio ſubjectum in Al- mangavia vel Algoiâ regione montoſa, fri- gidâ & aſperâ, in quo caſtrum eſt* **Hiller- mont** *ab Hillaro amne præterfluente di- ctum, hodie* **Burckalda.** *Rudera eius in colle vrbi proximo conſpiciuntur, ubi ar- mamentarium eſt ſitum. Quondam Sue- viæ ducum ſedes fuit, in quorum etiam po- teſtate manſit uſq; ad annum C. 1525. quo grandi pecunia Abbati & conventui mo-*

naſte-

naſterij data, in libertatem ſeſe vindicavit, & imperialis facta eſt. Fanum antiquiſſimũ habet ab Hildegarde Caroli Magni conjuge fundatum. Aliud habet Fanum Ciſæ Deæ ab ethnicis incolis extructũ, poſteà verò Chriſto ſervatori & Philippo atq; Iacobo Apoſtolis conſecratum. Mirum eſt in hac civitate artificium & commercium linei panni, cuius multitudo ingens ad complures nationes, Germanos, Italos, Gallos, & ad Turcos etiam exportatur, Monaſterium ad vrbem ſitum abbatem habet imperij principibus æquiparatum.

CANSTADIVM VVirtembergiæ oppidum ex ſyllabis Ca, ant, ſtat, quæ ſignificant, Caij Antonij ſtatiua.

CARLSTADIVM Franciæ oppidum à Carolo Calvo conditum paulò pòſt annum C.875. quo imperare cœpit.

Eſt aliud Caroloſtadium in Croatia, conditum à Carolo Auſtriæ Archiduce anno Chriſti 1571.

CASSVLA.

CASSVLA *vel* CASSELLA *Stereontium à Ptolomæo nuncupata, à caſtro vel arce nomen invenit, quaſi dicas caſtellum: tribus fluminibus Fulda, Ana, & Thraſula irrigatur, à quibus amœna & fæcunda imprimis efficitur. Pecore abundat, & lanâ, quam in Angliam mittit. Sedes hodie eſt Landgraviĳ Haſſiæ Mauritĳ, qui ut ingenti magnitudine animi, ſic etiam heroicâ fortitudine, ſapientiâ & literarum ſcientia excellit.*

CHEMNICIVM.

CHEMNICIVM, *vrbs Miſniæ, dictum ab amne Chemnitio, conditum verò à Lothario imperatore eſt. Apparet autem Lotharium, Francorum regem, Dagoberti patrem, domitis Sorabis, cœnobium Benedictinæ familiæ eo in loco olim condidiſſe, ut ad fidem Chriſtianam ab Idolomania ethnica aliquos revocaret. Poſtea vrbem idem Lotharius Imperator extruxit, vel certè inſtauravit & ornavit: tùm cœno-*

bium

bium etiam à Lothario Franco conſtitutum renovavit, vel deſtructum à Sorabis, Chriſtianæ religionis hoſtibus, de integro ædificavit, locupletavit, & Benedictini ordinis Monachos in eo collocavit. Patroni huius cœnobij fuerunt Iohannes Baptiſta, & Ioannes Evangeliſta, Cunradus verò Imperator anno 1143. fundationem confirmauit. Anno Chriſti 1320. VVittichius, Miſnenſis epiſcopus ſecundus, Leuſnicenſis comes Feudum eccleſiæ Chemnicenſis ad Vlricum, Abbatem Chemnicenſem, avunculum ſuum unà cum dignitate & titulo Archidiaconi tranſtulit. Fuit autem lis diuturna inter epiſcopatum Miſnenſem, & cœnobium Chemnicenſe, de jure, de viſitatione, & alijs rebus cœnobij Chemnicenſis, quas ad ſe pertinere dicebant epiſcopi: Abbates verò Chemnicenſes in libertatẽ vindicare ſeſe cupiebant. Delata eſt controverſia ad Pontificem, Innocentium VI. qui pro epiſcopo Miſnenſi Ioanne, contra Abbatem Ioannem pronunciavit. Imperialis fuit hæc vrbs non minus, quàm Aldenburgum, quàm Zuickavia. At propter

incommoda ab Adolpho & Alberto Imperatoribus Miſniæ data Friderico Admorſ[illegible] tributa eſt: eamq́ translationem dictarū trium vrbium ab Imperio ad Marchiones Miſnenſes Imperator Ludovicus Bavarus confirmavit. Cœnobium Nudipedum intra muros ædificatum eſt anno C. 1487. Reformata religio non niſi mortuo Georgio, Saxoniæ duce, in hanc vrbem invecta eſt, anno ſc. 1539. quo Heinricus Saxoniæ dux, abolitis abuſibus Pontificijs, doctrinā Auguſtanæ Confeſſionis, & integrum vſum Sacramentorum quaſi lumen nouum in toto ducatu accendit. Prima igitur concio Evangelica habita eſt in feſto Vlrici, & ab eo tempore clementer à Deo, & Saxoniæ ducibus, atq; electoribus in hunc vſq; diem cuſtodita. Anno autem Chriſti 1547. communem belli inteſtini fortunam experta eſt, quando Mauricius Saxoniæ dux, in hac vrbe tanquam in ſpecula conſedit, perſpecturus, quò ſe vis belli, quod Ioannes Fridericus Elector inferebat, converſura eſſet. Venit eodem cum copijs ſuis à Cæſare miſſus Albertus Brandeburgi Marchio, quæ

erant

erant 2000. equitum, 5000. peditum, ut ſubſidio venirent Mauritio. Ac majorem equidem partem equitum, cum in oppido locus non eſſet, in proximos pagos diſtribuit Mauritius. Paulò pòſt tamen metuens, ne diſperſi ab hoſte, qui Aldeburgi caſtra habebat, opprimerentur, in oppidum omnes recepit. Poſt biduum advenit quoq; peditatus cum tormentis majoribus, quem in ſuburbijs idem dux Mauritius collocavit. In his etiam Vngari equites erant. Aucto ad hunc modum exercitu, Mauricius cum Alberto conſilium cepit de invadendo hoſte propinquo. At viſum eſt nonnullis ſatius eſſe copias Chemnicij detinere, quod & munitum ſatis oppidum illud eſſet, & ad ſuſtinendum quemcunq; Martis impetum haud incommodum. Approbato hoc de permanſione in oppido conſilio, ſtatim templa tria, quæ in ſuburbijs erant, incenſa & diruta ſunt, ne hoſtibus vſui fortè eſſent. Rumor erat ſuburbium penitus incenſum & deſtructum eſſe, niſi Albertus Marchio diſſuaſiſſet, quod ea res miſeræ multitudini multum detrimenti, bellum verò gerentibus

tibus nihil commodi allatura eſſet. Adventante enim hoſte, non ex urbe, ſed in campo potius dimicandum fore. Abierant jam dies quindecim, quibus fruſtra expectatus fuit hoſtis. Conſilium igitur novum Mauritius cum Alberto de hoſte invadendo inijt. Statim Rochlicium cum omnibus copijs ſuis mittebatur Albertus, Mauritius verò Chemnitij manebat, opportunitatem quærens, quâ commodè ſeſe conjungere cum Alberto adverſus hoſtem poſſet. Utraq; vrbs vicina erat Aldeburgo, vbi Ioannes Fridericus cum exercitu ſuo conquieſcebat. Et cum Lipſiam haberent finitimam, ſperabant, facilè fieri poſſe, ut inde ſi res poſceret, præſidia evocarent. Antequam verò Albertus Rochlicio abiret, ſeditio inter Vngaros & Marchionis milites exorta eſt. Vngari quidem duo equites, cùm largiùs bibiſſent, prætereuntes duos ex Alberti militibus ad compotationem invitârunt. Hi cum accederent, & vnà potarent, Vngarus quidam arreptum vitrum vino repletum in faciem alterius Germani impingit. Quod indignè ferentes Germani inſidias metuũt, & fer-

& ferro exitum ſibi parare ſtudent. Vbi verò occluſos ſeſe eſſe conſpicantur, in tabulatum ſuperius aſcendunt, & ſuorum auxilium advocant. Ilicò concurritur acriter, Vngari equis admotis planitiem occupant, ſed accurrit ſtatim equo inſidens Mauritius paucis comitatus, & in mediũ diſcrimen ſeſe obijcit, hortatur imprimis, ut tumultuari deſinant, & ad ſuum diuerſorium quiſq; redeat. Vbi nihil proficit verbis, malleum cuiuſmodi ſolebat geſtare, apprehendit, & militem quendam ſauciat. Inventus eſt vnus, qui maledicta in Mauritium conjecit, quem tamen non novit, & manum etiam abſq; dubio, niſi retractus eſſet, injeciſſet. Mox advenit quoq; Albertus, qui Germanos ab vna parte, Vngaros verò Mauritius ab altera à pugnæ ardore deducit.

Sedata ſeditione Albertus morari diutius noluit, ne plus damni daretur, Rochliciumq; comiter à Mauritio dimiſſus abijt. ubi id uſu venit, quod in hiſtoria Rochlicij vrbis expoſitum eſt. Dimiſſi autem Rochlicio cum baculis albis milites 800. fermè

Chemnicium venerunt, ſed à Mauritio recepti non ſunt, ne quid tumultus fortè in vrbe excitarent. Mauritius eo ipſo die, quo Rochlicij captus eſt Marchio Albertus, Chemnicio ſuas copias eduxerat, ut cum Alberto ſeſe conjungeret. Idem in animo habebat Auguſtus Saxoniæ dux, qui cohortes peditũ ſex, & equites 700. ad Marchionem ducebat. At cognita clade Marchionis à propoſito uterq; deſtitit.

Conceſſerant jã in jus poteſtatemq; Ioannis Friderici Electoris metallicæ vrbes, Annæberga, Freiberga, Mariæberga, confeſtim etiam Chemnicij deditio poſtulabatur. Ciues verò & ſenatus, quamuis militem non haberent, & hoſtibus vndiq; circumdati eſſent, & morbo inſuper, quem milites importârant, conflictarentur: Tamen in fide Mauritio datâ perſtabant, & deditionem conſtanter denegabant, tridui ſpacium ſibi concedi petentes. Interim tamen Mauricij opem adverſus vim, ſi qua inferatur implorant. Mauritius fidem eorum collaudans auxilium certum pollicetur. Sed cum iterum de deditione appellarentur, & ad

Mau-

Mauritium referrent, is de inducijs, ad menſem integrum, inter ſe & electorem factis eos certiores facit. Conventum quidẽ eſt ex vtraq; parte Mitbedæ, ſed re infecta diſceſſum. Hinc elector ſtatim Dreſdam petijt, ſed fruſtra. Chemnicium verò, dum ad Ferdinandum properat Mauritius, invadit quidam nobilis de PlaunitZ qui Tumſernij, ducis Ioannis Friderici juſſu ſex militum cohortes & trecentos equites adduxerat, illudq; deditum in fidem Ioannis Friderici adegit: ne quid ex magno numero oppidorum & vrbium Mauritij reliquũ eſſet, præter Lipſiam, Zuiccaviam, Dreſdam, & Pirnam, quæ ad illud vſq; tempus in fide Mauritij remanſerant. Patria hæc eſt præſtantiſſimorum duorum medicorum Ioannis & Caſparis Neviorum, quorum ille Dreſdæ in munere Archiatri Electoris Saxoniæ, alter in profeſſione medicâ Lipſiæ ætatem conſumſit. Item Georgij Fabricij, qui in gubernatione ſtudiorum juventutis in ludo illuſtri, qui eſt Miſnæ, vitam traduxit.

CIZIVM.

Ciza Dea religioſiſſimè culta à Teutonib. ſeu Suevis quæ eadẽ cum Iſide fuiſſe perhibetur, ſic dicta q. mammoſa ſive altrix.

CIZIVM *vrbs Miſniæ ad Elyſtrum flumen caſtro, cathedrali templo, præpoſitura, curia, & cœnobio Franciſcano, itemq; altero virginum ad S. Michaëlem ornata. Epiſcopatus quidem ab Othone I. fundatus eſt pro Sorabis, Slavis, Magdeburgenſi archiepiſcopatui ſubjectus. Ante hanc fundationem epiſcopatus aiunt cœnobium illic extitiſſe canonicorum regularium à Carolo Magno, vel certè à filio eius conditum. Hic epiſcopatus anno Chriſti 969. ab archipræſule Magdeburgico conſecratus eſt. Verùm non ita multò pòſt anno ſcil. 982. Miſko ſeu Miskau Slauorum dux hunc epiſcopatum deſtruxit, connivente, ſicut quorundam fert opinio, Magdeburgico archipræſule Giſelero. Suſcepta autem eſt deliberatio maturè de translatione huius ſedis ab Elyſtro ad Salam: ſed remanſit tamen ea Cizij uſq; ad Imperatorem Cunradum Saliquum, à quo Numburgum translata eſt, anno Chriſti 1028. Manſit verò & adhuc manet Cizenſis eccleſia collegiata,*

tia, habens præpoſitum, decanum, cuſtodem & ſcholaſticum. Retinet quoq; præpoſitus Cizenſis in electione epiſcopi Numburgenſis primum ſuffragium, ſenioris dignitatē, & canonicatum in eadem Eccleſia. Dicaſterium habet celebre & frequens, in quo tàm eccleſiaſticæ quàm civiles cauſæ cognoſcuntur, & deciduntur à præpoſito, cancellario & aſſeſſoribus ordinariȷs. Status Reipublicæ commodus eſt, & religio ad normā confeſſionis Auguſtanæ conformata.

COBVRGVM.

COBVRGVM Franconiæ urbs anno C. 1291. à Poppone Hennebergio comite ad Hermannum Marchionem Brandeburgicum ſororis ſuæ filium per teſtamentum translata eſt cum 22. arcibus & oppidis. Hic Hermannus cum in aula Alberti Auſtriæ archiducis magna ex parte commoraretur, VValtero Barbienſi comiti Coburgenſis ditionis gubernationem commiſit. Manſit autem ditio in Brandeburgenſium poteſtate annos 23. & anno demum 1314 per conjugium Heinrici comitis & principis

Hen-

Hennebergij cum Iutta Hermanni Marchionis Brandeburgici filia ad Hennebergenſes redijt. Anno Chriſti 1345. Catharina Henrici Hennebergij filia collocata eſt in matrimonium Friderico Landgravio, eo pacto, ut Henricus pater futuro genero Coburgum cum aliquot oppidis loco dotis traderet. Etſi autem nuptiæ peractæ ſunt ſolenniter, tamen cum pater ſponſo Coburgo ægrè cederet, Fridericus ſponſam ad patrẽ remiſit. Is quamvis dolenter ignominiam ferret, & armis vindicandam illam cenſeret, tamen reconciliatus tandem genero Coburgum tradidit. Ita ad marchiones Miſniæ & Landgravios Duringiæ Coburgum translatum eſt.

COLDITIVM *arx & oppidum Miſniæ ad Muldam inter Grimam & Rochlicium. Nomen habere videtur à ſylva opaca qu.* Finſterwald/*in jus & ditionẽ VVilhelmi Marchionis Miſniæ conceſſit anno C. 1397. Arx condita eſt anno C. 1486. quæ cum exuſta eſſet, de integro extructa eſt ab Erneſto Electore Saxoniæ, qui ibidem eſt*

mor-

mortuus. Ditio fuit Baronum, qui Coldicenſes dicti ſunt. Hodie ex pacto dotalitio ſedes eſt Sophiæ Electoralis viduæ Saxoniæ.

COLMARIA.

COLMARIA *Alſatiæ civitas imperialis loco fertili ſita ad amnes quatuor Lucham, Durum, Fæchtam & Ellum. Nomen Germanicum carbonarium mercatum denotare videtur, quemadmodum VVimaria in Duringis vini mercatum. Cætera quæ de origine huius vrbis dicuntur, inconcinna & inepta videntur. Vulgò notum eſt, à quibuſdam Columbariam dici hanc vrbem, & per ſyncopen Colmariam. Movet me B. Rhenani autoritas, ut credam ex ruinis Argentuariæ vrbis, quam olim Rhenani in eam provinciam infuſi deſtruxerunt, Colmariam eſſe extructam & vallo cinctam à VVolfelino Cæſareo præfecto Hagenoæ, tempore Friderici II. imperatoris Rom. circa annum C. 1240. Annales Colmarienſes memorant anno C. 1285. Colmariam obſeſſam fuiſſe & captam ab Adolpho Cæſare, propterea quòd contra*

datam

datam fidem ab ipſo receßiſſet. Fuit ib Scultetus ſeu prætor Albertus Keſſclahanus, qui portas vrbis Anshelmi Rappodſtenij militibus aperuit. Hunc igitur Albertum captum Cæſar longo tempore ſecum curru circumduxit ligatum ſuper rotam erecta manu, quemadmodum Cuſpinianus narrat. Ab eo tempore Romano Imperio ſubjecta, fidem & obedientiam ſuam declaravit.

COLONIA.

COLONIA Agrippina *Vbiorum caput ad Rhenum ſita, & amplitudine reliquas Germaniæ urbes ſuperans, ſic dicta eſt, quod Romanorum vetus ſit Colonia à M. Agrippa cognominata, vel quod is Ubios trans Rhenum in fidem ſuam receperit: vel ab Agrippina filia Germanici Cæſaris Claudij Cæſaris conjuge in hoc Ubiorum oppido natâ. Speciem præ ſe fert dividuæ Lunæ, amœnitate loci, frequentiâ populi, ædium ſplendore, templorum multitudine, & magiſtratuũ ordine nulli civitati cedẽs. Ex quo altera Germaniæ Roma à quibuſdã* appel-

appellatur. Muro enim foſſaq́ triplici egregiè munita eſt, tum Academiam habet liberalibus ſtudijs & viris doctis affluentem. Sacerdotum item Collegium amplum & pervetus, in quod nemo cooptatur, niſi ſtirpis ſuæ generoſæ ſtemmata complura demonſtrare poſſit. Fit mentio loci infra Coloniam in Iulij Cæſaris hiſtoria, ubi ponte in Rheno facto, exercitum ſuum in Germaniam traduxerit, ut deterreret Germanos, qui facilè illûc tranſire in Gallos conſueverant. Iccirco igne ferroq́ ædificia, vicos & ſata exuſsit Cæſar, ut Suevis, quos in armis eſſe audierat, omnem facultatem & nervos belli gerendi adimeret. Cum autem dies octodecim trans Rhenum contriviſſet, ponte reſciſſo in Galliam reverſus eſt. Venit in poteſtatem Francorum hæc vrbs regnante Childerico, ſed ab Othone Imperatore recuperata Romano imperio denuò ſubjecta eſt. Sub Friderico autem Barbaroſſa nō parum amplificata & ſocia Hanſæ Teutonicæ tandem facta eſt, paulò ante Friderici II. ætatem circa annum C. 1201. Tunc enim civitates amplius 80. in hanc ſocietatem

tatem recepta fuerunt, Vandalicæ, Pome-ranicæ, Pruſſicæ, Liuonicæ, Saxonicæ, VVeſt-phalicæ, Clevenſes & Marchicæ, quarum caput eſt Colonia, item Tranſiſalanæ, Fri-ſiacæ. Vt autem nulla Reſpub. facilè in-venitur, quam non calamitas quandoque obruat & labefactet: ita nec Colonienſis labe omni caruit. Nam anno Chriſti 1513 ſeditio civium horrenda adverſus ſenatum ex peculatus ſuſpicione ſuſcitata eſt. Per-ſuaſum enim fuit civibus ſenatores pecu-niam publicam fraude avertiſſe, & in vſus privatos convertiſſe. Itaq; ſena-tum in vincula conjecerunt, & habitis quæſtionibus theſaurarios Reipub. conſu-lesq; cunctos capitis damnarunt, publicos miniſtros ſex ſuſpenderunt, cæteros propter innocentiam dimiſerunt. Senatoribus ve-rò ex ſuo ordine & numero delectis Reip. gubernationem commiſerunt. Alia tempe-ſtas turbulenta eidem oblata eſt, anno C. 1583. quando archiepiſcopus Gebhardus li-berum exercitium utriq; religioni tam pon-tificiæ quàm Evangelicæ ſecundùm Augu-ſtanam confeſſionem concedere voluit. Et-

autem

autem in pacificationem ſeſe interpoſuit Palatinus dux Ioannes tam ſuo quàm electoris fratris Ioannis Caſimiri nomine: tamen obtineri quod ad tollendum diſsidium faceret, nihil potuit: ſed res tota ad conventum ordinum Archiepiſcopatus rejecta eſt: in quo decretum eſt factum de amovendo archipræſule Gebhardo, annuâ tantum penſione ei ex diœceſi relicta. Simul Chorepiſcopo Friderico Saxoniæ duci mandatum, ut milite conſcripto diœceſin tueretur. Gebhardus nihil vel parum certè commotus iſtis terriculamentis in ſuſcepto propoſitoq́; conſilio reformandæ religionis perſeverat, & Agneten Mansfeldiæ comitem uxorem ducit. Tum ſe quoq; armis & belli ſocijs, quantum poteſt munit. Sic erumpit malum in apertum bellum, quod diu ancipiti Marte & eventu dubio ductū eſt. Imperator ſuam quidem autoritatem interpoſuit, ſed pontifex Rom. alium Archipræſulem Erneſtum Bavariæ ducem, excommunicato Gebhardo, inſerebat atq; intrudebat, qui adjutus à capitulo Gebhardum tandem tota diœceſi expulit. Ab eo

tempore quicquid prece ſupplici petitum e[s] à ſenatu reformandæ religionis cauſa, i[n] omne ſimpliciter denegatum eſt.

CONSTANTIA.

CONSTANTIA, Coſtnitz *à Conſtan-tij caſtris vel præſidijs militaribus quæ ibi adverſus Alemanorum incurſione[s] habuiſſe fertur, dicta; inter duos lacus, Ve-netum & Acronium, quos Rhenus efficit, ſita. Complectitur duos hominum ordines, equeſtrem ſcilicet & plebeium. Horum ille reditibus ſuis contentus à quæſtibus fa-ciendis ferè abſtinet, nec de plebeijs quen-quam ſibi aggregari patitur: hic verò con-trahendis negocijs implicatur. Reipub. ta-men adminiſtratio ordini utriq; communis eſt. Anno Chriſti 1324. venit in certamē cum Auſtriacis. Itaq; tentata eſt ab Au-ſtriacis clandeſtina in vrbem irruptio ad occupandam eam. Sed patefactis inſidiis à fabro ferrario ad centum occiſi ſunt, reli-qui repulſi. Hæc res cauſam dedit Conſtan-tienſibus, ut cum vicinis civitatibus Ti-guro, Lindavia, Uberlinga fœdus facerent,*

quod

quod itentidem renovatum eſt. Anno C. 1327. epiſcopus quidam Conſtantiæ fuit, qui pecuniam facturus Synodum indixit, in quâ ſingulos interpoſitâ jurisjurandi religione aſtrinxit, ut alius alii peccata ſua pateſaceret. Quod cum ſpe emendationis ſinguli feciſſent, epiſcopus pro ratâ ſingulos grandi pecuniâ multavit, quaſi hæc eſſet juſta peccatorum expiatio, eoq́ pacto pecuniæ ſummam ingentem comparavit. Anno Chriſti 1414. concilium Conſtantiæ indictum uſq; ad annum 1418. duravit. Cauſa una erat ſchiſma horrendum inter tres papas adulterinos, Ioannem XXIII. Gregorium XII. & Benedictum XIII. Altera cauſa erat nova Iohannis Huſſi ſecta, quæ adverſâ fronte eccleſiæ pontificiæ repugnabat, & de autoritate eius multum detrahebat. Plurimum negocii hæc Synodus Imperatori Sigiſmundo faciebat. Convenerunt igitur certatim ex Italia, Germania, Gallia, Hiſpania, Anglia, aliisq́ nationibus plurimi, ad ſexcenta millia hominum eccleſiaſticorum & profanorum, & 500. exteri, Epiſcopi & archiepiſcopi 346. Abbates & Do-

ctores 564. Principes, Duces, Comites, Barones, Nobiles 16000. Academiæ 37. Abrogatus eſt inprimis Pontificatus tribus Antipapis, & translatus eſt ad Martinum V. Deinde damnatus eſt ad combuſtionem Iohannes Huſſius & Hieronymus Pragenſis contra fidem publicam à Cæſare eis datam. Tum laicis calix in Cœna Dominica contra Chriſti inſtitutionem & mandatum ademtus. Anno Chriſti 1492. Maximilianus I. comitia Conſtantiæ habuit, quibus conqueſtus eſt de raptu Sponſæ ſuæ; & ad vindicandam injuriam opem petivit. Nam ſuperiori anno Britannica ſponſa ad Maximilianum ducebatur, quam in itinere intercepit & abduxit Rex Franciæ Carolus, ne ducatus Britannicus ad eum deveniret. Anno Chriſti 1523. Miſſa & abuſus alij in Eccleſia Conſtantienſi abrogati ſunt. Quamobrem poſtea ann. 1548. publicata eſt proſcriptio Conſtantienſium, & paulò pòſt die Auguſti 6. Hiſpani circiter 1500. de nocte Uberlinga profecti urbem invaſerunt, ſed à civibus fortiter repulſi ſunt, ſuburbio duntaxat incenſo. Petive-

runt

runt quidem interceſsionem apud Carolum V. ab Helvetijs: ſed qui Pontificiam religionem apud eos profitebantur, non priùs aſſentiebantur, quàm decretum Cæſareũ Conſtantienſes reciperent. Placuit hoc reſponſum plærisq; civibus: quibus verò diſplicebat, hi abire malebant, quam doctrinam verbo Dei contrariam amplecti, quorum in numero fuit Ambroſius Blaurerus & alij. Nec Helvetiorum tamen interceſsione placari Cæſar potuit. Itaq; in ſummas anguſtias adducti Conſtantienſes, conſilium ex re nata ceperunt, & domui Auſtriacæ ſeſe dediderunt. Ita Imperij libertate amiſſâ in Ferdinandi eiusq́; liberorum & hæredum poteſtatem venerunt. Hic ergò præſide miſſo in fidem & clientelam eos accepit, legibusq́; certis, quibus deinceps more reliquorum provincialium obedirent, adſtrinxit.

CVRIA.

CVRIA, Chur/ *Rhetiæ oppidum præclarè extructum, non vſq; adeò amplum, in colle arcem habet & templum, rigatur amne Phiſur dicto, & deponuntur in*

eo merces ex Germania allatæ, quæ inde in Italiam per montes portantur, rurſumq́ue vinum Rheticum & alia multa importantur.

DELICIVM.

DELICIVM urbs Miſniæ vicina Lipſiæ & Halæ, ad ditionem Landesbergenſem pertinuit. Vendita eſt Erfurdenſi Reipub. ab Alberto in fraudem filiorum Friderici, & Dicemanni anno 1296.

DINCKELSPYLA.

DINCKELSPYLA vel DINCKELSPVLA, Græcè ζεάπολις, à ζεία latinè Zea Spelß vel Dünckel/ cuius copia in huius urbis agro naſcitur, & pyhel voce Germanica, qua collis ſignificatur, quod ad colles juxta hoc oppidum copia quædam huius generis tritici naſcatur. Imperij oppidum eſt antiquum in Suevia ad amnem VVernicum. Ex villa vicus primũ parvus, ex vico oppidum eſt factum, quod ſtagna & piſcinas tot habere dicitur, quot annus habet dies.

DIPOLSVVALDA.

DIPOLSVVALDA *oppidum & arx ex argenti fodinis ædificata, anno 1429. ab Huſsitis incenſa conflagravit. Anno 1568. in Auguſti Saxoniæ ducis & electoris jus conceſsit, emta de Malticijs.*

DOBELA.

DOBELA *Miſniæ vrbs ad Muldam occupata ab Adolphi regis fratre, vel patruele anno 1306: ſed recuperata à Marchione Friderico, qui Adolphum ad Dobelam, & Oſchatium fudit, & cedere oppidis Miſniæ coëgit. Anno 1450. à Bojemis exuſta eſt, deinde anno 1523. dominica poſt Trinitatis nonâ exortum incendium vrbem perdidit vnà cum cœnobio virginum. Anno 1547. minis Ioannis Friderici electoris conterrita in fidem & clientelam eius conceſsit, & multata eſt. Paulò pòſt à Mauritio revocata fidem illi dedit, in qua adhuc manet.*

DRESDA.

DResda *in radice Sudetorum montium ſita Slavorum lingua ſignificat locum irritationis ſeu provocationis ad pugnam. Cumq́ certum ſit ante, & poſt Carolum Magnum hæc loca inter Albim, Salam, & Sudetos montes à Slavis culta eſſe, dubium adeò magnum eſſe non poteſt, quin Dreſda etiam ab ijſdem nomen adepta ſit. Ratio autem appellationis ex hiſtoria reddi non poteſt, niſi quod olim in locis præliorum condi vrbes & caſtella memoriæ cauſſa conſueverint. Et hæc quidem ratio eſt, cur Dreſden vocetur hæc vrbs, & ita etiam ſcribatur. Sed vero ſimilius eſt, Dreſen eam dici à tribus lacubus vel ſtagnis, quaſi* Drey See/ *quæ in hodiernum diem reliqui ſunt. Locus ipſe in hiſtorijs Niſen, vel Niſic vocitatur, ex quo prælatura quædam in Eccleſia Miſnenſi Niſicenſis appellata, & qui eam tenuit archidiaconus Niſecenſis dictus eſt. Cuius jurisdictio à Sudetis penè ad vrbem Budiſsinam patuit, & Daleminciam attigit. Complexa etiam*

eſt

terra Niſin Cuiſtricium, quæ modò eſt ...ſtrevvitz, Liuvvetuba, hodie Lovve...au, Bozan Donin, quæ latinis eſt provin...ialis præſidis domus. Hanc Caſtellanus gu...ernavit, à quo familia dominorum de Donin ortum habet.

Eſt autem diſtincta Dreſda in veterem & novam, quæ ponte tamen junguntur, & Albi fluvio ſejunguntur. Ac vetus quidem Dreſda Luſatiam, nova verò Miſniam ſpectat. Vetus omninò à Slavis condita eſſe videtur, qui ante Henricum Aucupem loca ad Albim incoluêre. Poſtquam verò Hunni irruperunt, neceſſitas coëgit imperatorem caſtra quædam & oppida extruere ad prohibendas irruptiones, & arcendos hoſtes neceſſaria. Hanc enim cauſſam conditæ veteris Dreſdæ fuiſſe conſentaneum eſt: ex eaq́; novam Dreſdam tanquam Coloniam eſſe natam. Ita cum religione Chriſtiana per Henricum Aucupem imperatorem etiam regio ipſa exculta eſt, & munita. Hic imperator tametſi Slavos quoq; ad fidem Chriſtianam convertere ſtuduit: tanta tamen huius gentis perti-

nacia

nacia fuit, ut cedere poſſeſſione terræ ad Albim bona eius pars maluerit, quàm religionem oblatam amplecti. Fuit autem huius Imperatoris tanta pietas, ut Dreſdã etiam Miſnenſi eccleſiæ donârit, in cuius poteſtate quoq; manſit uſq; ad Fridericum Marchionem Miſniæ & Landgravium Duringiæ, ſicut poſtea dicetur. Imperante Adolpho miſera multumq; jactata huius civitatis fortuna fuit. Nam bello diuturno debilitata Miſnia eſt, & urbes præcipuæ Friberga, Miſna & Dreſda ab eo occupatæ ſunt. Quo quidem in ſtatu admodum turbulento Heinricum Naſſoviæ comitem imperator ille Miſniæ, & Oſterlandiæ præfecit. Venit Dreſda etiam in jus & ditionem Boëmiæ regum. Nam VVenceslaus Boëmorum rex eam cum arce & jurisdictione tum Kateburgum etiam Friedevvaldum, & Donin ab Alberto Miſnenſi præſide feudi loco accepit, anno 1303. Quod diploma reliquum oſtendit; non multò tamen pòſt mortuo VVenceslao, ad Miſniæ marchionem Heinricum Dreſda redijt, circa an. 1326. Quanquam is VVoldemaro Marchioni

Bran-

Brandeburgico eam Marcis argenti 1100. vendidit, ſed per tranſactionem paulò pòſt tamen in poteſtatem Friderici Marchionis rediit. Idem Fridericus etiam cum epiſcopo Miſnenſi VVitigone controverſiam, & rem omnem tranſegit, numeratisq́; mille ſexagenis Dreſdam redemit. Id ex archivis Saxonicis conſtat anno C. 1317. Dreſdam & Haynam Marchioni Miſnenſi Friderico à Marchione VVoldemaro Brandeburgico oppignoratas eſſe.

Incrementa porrò vrbis dies attulit, quæ in hoc uſq; tempus tanta ſunt, quanta vix in alia vrbe reperiuntur. Pontem imprimis egregium habet, qui longitudine reliquos in Germania facilè ſuperat. Paſſus enim 800. vel cubitos 900. fornices verò ſiue arcus 24. continet, de quibus tamen quinque propter arcis ampliationem deceſſerunt. Aedificari cœptum eſſe exiſtimat Melchior Matheſius anno C. 1070. abſolutum verò anno decimo. Quo quidem tempore ingentem fuiſſe frumenti penuriā idem ſcribit. Veriſimile eſt equidem creſcentibus reditibus ex argenti fodinis Friberg-enſi-

genſibus anno 1175. Othonem cognomento Divitem non parum ad ſtructuram huius pontis attuliſſe. Ex quo nonnulli tempore Heinrici Illuſtris circa annum 1222. denique perfectum eſſe opus autumant. Quoquo modo ſe res habeat, à Marchionibus Miſniæ certum eſt, & ſuſceptum, & effectum eſſe opus hoc præclarum, nullis vel pyramidibus; vel Coloßis veterum poſtponendum.

Templum S. crucis conditum eſſe ſcribitur anno 1229. ex ſuperſtitione quadam S. Crucis in Albi repertæ; vel à Conſtantia Leopoldi archiducis Auſtriæ filia Heinrici illuſtris Marchionis Miſniæ,& Luſatiæ coniuge,particula quadam ſanctæ crucis Dreſdam allata. Anno Chriſti 1285. ab Heinrico Marchione Miſniæ & Oſterlandiæ, legibus magis munita eſt Dreſda,edictumque, ne cui venderetur area ſeu domus in ea urbe, vel ſuburbio quocunque; qui iura municipalia tenere nollet. Anno 1343. Martij die 11. Albis adeò inundavit, & ſæviit, ut pars lapidei pontis convulſa, & labefactata ſit. De quo caſu verſus facti ſunt:

Braxe-

Braxedis feſto rogo te non immemor eſto,
Diluvium fontes & tres rupit quoq; pontes,
Poſthac Gregorij ſub feſto nobiliori
Vndoſa glacie Dreſdenſis pons ruit, heu væ!

Anno 1361. Salis coëmtio conceſſa civitati Dreſdenſi à Friderico & Balthaſaro Duringiæ Landgravijs, & Miſniæ Marchionibus hoc pacto, ut quæſtu tolerabili contenti, ſi quid acquirerent, amplius id omne in ædificia & munitionem urbis converterent.

Anno 1391. ſepultus Dreſdæ eſt dominus Nicolaus epiſcopus Conſtantienſis, qui videtur fundator, vel autor eſſe ædiculæ S. Bartholomæi ante urbem inter ſuburbia Buppitz & Fiſcherſdorf. Altare S. Philippi & Iacobi in templo B. virginis fundatum eſt à Ioanne Iochgrun.

Anno 1400. iterum exundans Albis, arcum pontis unum demolitus eſt.

Anno 1401. Bonifacius IX. Papa Romanus dato diplomate, poteſtatē fecit VVilhelmo Marchioni Miſniæ, Dreſdæ in ſacello ſanctæ Crucis collegium aperiendi, in quo certus numerus canonicorum aleretur, ad inſer-

inſerviendum Deo. Anno 1403. idem VVilhelmus Marchio veteris Dreſdæ incolis jus civitatis tribuit, ut pinſere panem, coquere, & vendere cereviſiam, exercere opificia, mercatus item ſingulis hebdomadibus habere eis liceret: jurisdictione tamen ſuperiore & inferiore ſibi reſervatâ. Ab eo igitur tempore mirè exornatum & auctum eſt oppidum.

Anno 1404. Balthaſar, & VVilhelmus germani fratres, unà cum Friderico, & VVilhelmo Marchionibus Miſniæ, poſtquam ſacellum S. crucis, quod filia erat Parochialis Eccleſiæ ad S. Mariam, ita reditibus auxerant, ut ſingulis horis certus cultus Deo tribueretur, à præſule Miſnenſi impetrarunt, ut juſto permutationis titulo is templum parochiale in Obersbach, & templum S. Nicolai, quod eſt Fribergi, caperet, & jus plenum parochialis, & adjunctæ filialis ad S. Crucem in ipſos transfunderet. Qua quidem transfuſione ſeu tranſlatione juris acceptâ, Marchiones Miſni templum S. Crucis quaſi de integro fund runt. Facta eſt hæc permutatio an. C. 140

Incid

cidit in hæc tempora bellum Huſſiticum, quod in Boëmia ortum vicinam Miſniam graviter afflixit. Ac memorabile eſt, quod de Petro Dreſdenſi Aeneas Sylvius ſcribit, eum Ioanni Huſſo propemodum autorem, vel certè ſocium fuiſſe ſuſcepti certaminis de utraq; ſpecie, vel de integro uſu cœnæ ſanctæ, laicis non minùs, quam clericis impertiendæ, contra pontificiæ Eccleſiæ dogma de altera ſpecie ijs detrahenda. Ex quo hæreticus judicatus Praga Miſnam venit profugus, ubi literario ludo præfuit, inde Cygneam, tum Chemnicium vocatus eodem munere ludimoderatoris functus eſt. Ad hunc autorem referuntur cantilenæ nonnullæ, qui viciſſitudine grata latini & Germanici ſermonis in eccleſia uſurpantur. Cujuſmodi ſunt, In dulci jubilo, &c. *Utile autem eſt originem diſputationis de uſu integro cœnæ S. ex hiſtoria Boëmica noſſe. Erat anno Chriſti 1414. Pragæ in urbe veteri archidiaconus ad ſacellum D. Michaëlis M. Lacobellus ex Miſnia oriundus. Hic habebat in ſchola ſua M. Petrum conterraneum Dreſdæ natum, qui aliquando Laco-*

bellum his verbis compellavit: Mirum mi-
hi accidit, vos Sacerdotes adeò eſſe cæcos,
ut unum nævum perſpiciatis, alterrum ve-
rò negligatis. Mox exhibito novi teſta-
menti codice, verba ex cap. 6. Evangeli-
ſtæ Ioannis protulit: Niſi ederitis filij ho-
minis carnem, & biberitis ſanguinem eius,
non habetis vitam in vobis. His perſuade-
re voluit M. Lacobello Sacramentum ſac-
Cœnæ ſub utraq; ſpecie ſumendum eſſe, ni-
jacturam ſalutis æternæ velimus facere.
Reſpondit Lacobellus: Magiſter ego ſu-
Logices, non ſcripturæ ſanctæ. Age t-
men, non committam, ut fruſtra à te a-
monitus de re tanta eſſe videar. Stat-
ſcriptis thematibus, ad diſputandum d-
hac quæſtione provocavit Magiſtros, b-
cularios, ſtudioſos, inter quos inventus
unus, qui multis reclamantibus dixit:
Rectè. ras Lacobelle, Chriſtus de ſpirituali m-
ducatione loquitur, apertoq; libello rec-
vit verba quæ ſequuntur in eodem cap-
Verba quæ ego loquor vobis, ſpiritus &
ta ſunt. Ad hæc nondum Chriſtus cœn-
ſuam inſtituerat, nec manducationẽ

erat. Quocirca chariſsime Lacobelle, mitte diſceptationem hanc, & quæ hacte- nus in uſu fuerunt, tene. Fortaſſe in con- cilio Conſtantienſi, quod in hoc tempore celebratur, aliqua mentio huius rei fiet. Lacobellus nihilominus dominica proxima pro concione uſum cœnæ ſanctæ integrum urgebat, & populo commendabat, diſcipu- lus verò eius Sigiſmundus ſub utraq; ſpecie Sacramentum porrigebat. Huſsitæ porrò extra fines Boëmiæ effuſi, anno 1429. Dreſ- dam veterem diripuerunt & exuſſerunt: ſimiliter Kotzbrotam & Dipolsvvaldam. Quo incommodo irritatus Fridericus I. Sa- xoniæ elector illis reſtitit, & equitatū eo- rum ad Grimam fudit. Anno ſequente iterum in Miſniam infuſi Huſsitæ ad Dreſ- dam veterem caſtra poſuerunt, eiq; incom- modi multum attulerunt. Quod Frideri- cum II. Saxoniæ electorem, quamvis ad- modum adoleſcentem, commovit, ut exer- citum probè armatum, Aldenburgo, ubi aulæ ſedem habebat, Dreſdam novam ad- duxerit, tormenta bellica in ponte colloca- rit, & die nocteq; fulminando hoſtes pro-

ſtraverit: tum injectis igneis globis bal
um incenderit. Quo quidem incendio c
territi illi Kotzbrotum, quæ hodie Ko
berga eſt, profugerunt, eamq; incomme
magnis affecerunt.

Anno 1431. Albis inundans arc
unum pontis eliſit, & ſequente 1432. id
extra ripas diffluens ſimiliter arcum v
deſtruxit, & urbis ædificijs detriment
magnum attulit. 1433. arcus duo po
eiuſdem abacti ſunt. 1437. totidem a
Albis impetu fracti, & damni multu
ædificijs, pecudibus, & ſatis factum. A
1444. Fridericus II. Saxoniæ dux im
Septemvir, ſuo & fratris VVilhelmi n
ne ſenatui Dreſdenſi juriſdictionem in
uſq; ad Albim, & foſſas ſuburbioru
annos tres conceſſit eo pacto, ut annis
gulis certam pecuniæ ſummam perſolv
nec ulla in re quemquam præter jus
quum gravarent. Anno 1447. cum
penſas magnas in exornanda & muni
urbe, tum in expeditionibus à princ
ſuſceptis ſenatus feciſſet, petijt ab Ele
Friderico, & impetravit etiam priuile
e

...rationis ſeu depoſitionis mercium ſa-
...piſcium, mellis, & aliorum, quæ in Boë-
...am importari ſolent.

Anno 1470. Erneſtus Elector, & Al-
...rtus frater Saxoniæ duces â Dieterico
Miſnenſi præſide feudum Dreſdenſis arcis
... urbis, ut Marchiones Miſniæ, aliorum
verò quorundam bonorum tanquam Saxo-
niæ duces acceperunt. Anno 1477. fuſum
...it Dreſdæ primum tormentum bellicum in
ſuburbio, quod Quedlinburgum fuit tranſ-
vectum. Anno 1480. in profeſto nativita-
tis Chriſti Dreſdam appulit epiſcopus VVa-
radini in Vngaria ad electorem Erneſtum
& VVilhelmum Saxoniæ duces, divertitq́;
apud hoſpitem, cujus filius in Vngaria ſer-
vierat, indeq́; cum duce Alberto Dreſdam
reverſus erat. Hic epiſcopo ſummam auri
non parvam furatus erat, in eoq́; furto de-
prehenſus, ad principem delatus ſtatim
ante hoſpitium epiſcopi juſſus eſt decollari.
Sed interceſſit epiſcopus, & ter procumbens
obtinuit, ut mancipio ſibi datum illum ſe-
cum auferre in Vngariam liceret. Anno
1484. elector Erneſtus, & Albertus Saxo-

niæ dux petenti ſenatui Dreſdenſi conceſſerunt juriſdictionem in vrbe, & ſuburbijs ſuperiorem & inferiorem, cum pacto cenſu annui exolvendi, & tempore quovis hoc ipſum ius revocandi. Anno 1491. die Mercurij poſt Viti dimidia pars vrbis exuſta eſt cum templo, & turri S. Crucis. Poſtridie ſuburbium quoq; ante portam Pirnenſem flammæ ardore conflagravit: facto incendij initio à piſtoris cuiuſdam domo, quod ventorum vi agitatum, & longè lateq; diffuſum eſt. Albertus Saxoniæ dux, ut huic cladi vrbis ſubveniret, ordinem certum teneri voluit: primùm ut extruere ædificiũ quisq; faciliùs, & ornatius poſſet, penitus tributum remiſit omnibus, qui ædificare vellent, in annos quatuor. Qui verò ſervatis ſuis ædibus, ædificare minus neceſſe haberent, eorum tributum juſsit in annos duos diſtribui incendij damnum paſsis. Deinde ad inſtaurationem templi S. Crucis, & divini cultus non ſolùm partem aliquã ſumtuum contulit, ſed etiam conſiliario ſuo Caſparo à Schönberg, & pontis magiſtro curam & inſpectionem operis commiſit.

...ta eſt igitur opera ſedulo, perfe...
...templum anno 1499. à Nicola...
...ſi præſule vnà cum tem...
...tum eſt.
...templum S. Bartholom...
...ficatum eſt, & eleemoſ...
...tum. Anno 1520. Ge...
...Dux piſtoribus ordinem, qu...
...ſit. Eundem etiam, ...
...& Haynam miſit. Abro...
...riorum ferias in diebus ...
...cepit apprimè utilia. Acc...
...princeps molam frumentar...
...fluviolum, quæ die C...
...nno 1521. primùm circu...
...anno etiam de vallo...
...mandata dedit. Sed an...
...majore ſtudio in id incub...
...ſiuſq; muniretur, exorn...
...geretur, ampliaretur, ...
...retur. Aedificata e...
...rotunda, quæ in arcis ad...
...terim anno 1523. Philip...
...Landgravius Dreſdæ cum...
...Georgij ducis filia nupt...

Navata eſt igitur opera ſedulò, perfe-
umq; templum anno 1499. à Nicolao
lbuſio Miſnenſi præſule unà cum templo
Mariæ initiatum eſt.

Anno 1519. templum S. Bartholomæi
e integro ædificatum eſt, & eleemoſynis
lonatum & auctum. Anno 1520. Geor-
gius Saxoniæ Dux piſtoribus ordinem, quem
tenerent, præſcripſit. Eundem etiam, Pir-
nam, Miſnam & Haynam miſit. Abroga-
vit quoq; operariorum ferias in diebus Lu-
næ, & alia præcepit apprimè utilia. Aedifi-
cavit idem princeps molam frumentariam
ad VViſſeritium fluviolum, quæ die Corpo-
ris Chriſti anno 1521. primùm circumagi
cæpit. Eodem anno etiam de vallo urbis
ædificando mandata dedit. Sed anno de-
mum 1528. majore ſtudio in id incubuit, ut
urbs vallo, foſſisq; muniretur, exornaretur,
ædificijs augeretur, ampliaretur, & Albis
propius admoveretur. Aedificata eſt quoq;
tum turris rotunda, quæ in arcis aditu con-
ſpicitur. Interim anno 1523. Philippus Heſ-
ſorum Landgravius Dreſdæ cum virgine
Chriſtina, Georgij ducis filia nuptiale ſacrũ

peregit. Sequente verò anno ibidem Ioachimi Marchionis Brandeburgici nuptiæ cū virgine Magdalena eiuſdem Georgij ducis filia celebratæ ſunt in magna frequentia principum electorum Ioachimi Brandeburgici, Alberti archipræſulis Moguntini, Marchionum, Ducum, Comitum, Epiſcoporum & equeſtris ordinis hominum.

Laude quoq; digna eſt fundatio Xenodochij ad S. Iacobum ante vrbem, quæ anno 1536. à Georgio duce facta eſt. Nam & novum illud extruendum curavit, & reditibus ita locupletauit, ut centum pauperes, qui vel ætatis vel infirmitatis cauſſâ ſeſe ſuſtentare nequeunt, in eo alantur ad omne tempus: translatis ad id etiam veteris Xenodochij reditibus, quod exuſtum tunc erat, & negligebatur propter abolitas peregrinationes ad S. Iacobi Compoſtellam. Abſolutæ jam erant ædificationum novarum operæ, ad quæ viſenda Ferdinandus Romanorum Rex Dreſdam anno 1538. venit: quanquam de ſerijs negotijs agi inter eos plærorumq; erat opinio. Reverſi ex comitijs quæ Spiræ erant anno 1544. Mauricius & Auguſtus munitionem arcis Dreſ-

denſis omni opere perficiendam curarunt. Eodem anno ad Sandeſirium mille equites ÿdem duxerunt, & Cæſari Carolo V. militarunt. Sequente verò anno Mauricius advocatis de equeſtri ordine primariis conſiliarÿs conſultare juſsit eos de modo muniendi Dreſdam veterem & novam. Itaq; cum anno 1547, adventurus Dreſdam diceretur Ioannes Fridericus elector Saxoniæ cum exercitu, Lipſienſi obſidione ſoluta, de defendenda vrbe conſilium ſuſceptũ eſt, & die Aprilis 17. parte pontis deſtructa, aditus ad vrbem quodammodo interclusus eſt. Venit autem elector Dreſdam veterem die Aprilis 13. eamq; diripuit, & tormentis pilisq; novam Dreſdam quoque verberavit. Sed nemo niſi capitaneus quidam Kynſcb nobilis confoſſus eſt. Rumor quoq; fuit Electorem ex altera parte expugnaturũ eſſe Dreſdam. Itaq; domus proximæ incenſæ ſunt, multò verò plures in urbe, & extra incenſæ ſunt à proditoribus, ut direptio liberior eſſet. Capto verò electore Ioanne Friderico, & translato ad Mauricium electoratu, pons refectus eſt, multoq;

toq́; firmior & ſplendidior factus. 1550. anno, cùm periculum gravius, à Turcis præſertim, impenderet Germaniæ, conſilium cepit Mauritius de condendis duobus caſtris ſeu munitionibus, uno Dreſdæ, altero Lipſiæ. Quod igitur ædificium Dreſdæ Dux Georgius incoârat, id Mauricius perfecit, & partibus multis auxit, atq; ornavit. Et ne qua controverſia eſſet inter veterem & novam Dreſdam, utraque in unam formam Reipublicæ redacta eſt, ut in tempus reliquum idem utriuſque eſſet ſenatus, idem jus & ſigillum. Ex quo evênit, ut duo ex veteri Dreſda deligantur ſingulis annis, qui in ſenatu Dreſdæ novæ aſſideant, & pares honores participent. Facta eſt quoq; aliqua acceſſio ad facultates Dreſdenſis Reipublicæ, & non ſolùm amplificata eſt urbs, ſed etiam aucta feudis, tradito ſenatui Leubnitio, & extenſa juriſdictione. Arx verò anno 1551. non ſolùm amplior facta, ſed etiam exornata, & decorata magis eſt à Mauritio. Templi autem ſtructuram jam antè incoatam Auguſtus anno 1554. abſolvit. Anno

no 1570. altare novum S. Crucis conditum eſt cauſſa honoris, & recordationis Chriſtiani comitis Oldenburgici, qui Dreſdæ eo ipſo anno mortuus eſt. Itaq; adjectum eſt quoq; inſigne, & imago illius tanquam in epitaphio verſus Septentrionẽ. Anno 1575. Aprilis 13. Maximilianus Cæſar cum quatuor filijs Rudolpho, Erneſto, Matthia & Maximiliano Dreſdam venit, manſitq; ibi ad 18. eiuſdem menſis. Advenerunt eodem Marchio Brandeburgicus elector, archiepiſcopatus Magdeburgici adminiſtrator, dux Brigenſis in Sileſia Ioachimus, Erneſtus, Anhaldinus princeps cum comitibus, & dominis compluribus, qui 8. Aprilis ingreſſi erant. Anno ſequente Dreſdam venit Albertus Bavariæ Dux, manſitq; à die Iulij 23. uſq; ad primum Auguſti. Eodem anno Iulij die 9. conventus Theologorum Dreſdæ habitus eſt ſuperintendentiũ, & paſtorum, in quo Concordiæ formula, & ordo in doctrina & ceremonijs ſervandus prælectus fuit.

Anno 1580. eccleſiaſticum judicium Miſnâ translatum eſt Dreſdam, cuius præ-

præſes primus Dietericus à Schleinitz deſignatus eſt. Anno 1581. die Iunij 5. Dreſdam venit Carolus Auſtriæ archidux cum conjuge & filia una, commoratusq́ eſt ibi dies complures. Advenêre eodem complures alij magno loco nati. An. 1583. turris fortiſſima templi S. Crucis altius evecta, & cuſpidibus tribus aucta eſt. Anno 1585. Octobris 1. Anna Auguſti Septemviri Saxoniæ conjunx 15. liberorum mater, quorum 9. maſculi, 6. fœmellæ fuerunt, Dreſdæ mortua eſt. Iuſta ei facta ſunt 13. Octobris, humata verò eſt 2. Novembris Friberga. Anno ſequente Ianuarij 13. Auguſtus Dreſdam adduxit nouam conjugem Agnen Hedvvigen Anhaldini principis filiam: ſed die Februarij 10. anni 1587. idem ille Auguſtus Magnus è vita ceſſit. Eodem anno Chriſtianus I. Auguſti filius & ſucceſſor novum ædificium ſtabuli, & hoplothecæ, ſive armamentarij arci contigui inſtituit, magnamq́ eius partem hoc ipſo anno confecit. Anno 1588. luſtratio veteris & novæ Dreſdæ ſuſcepta eſt, inventiq́ ſunt utrobiq́ viri 1466. In veteri quidem

dem 421. in nova verò 1045. Et hæc quidem initia gubernationis Chriſtiani I. benè ſeſe dabant: at ſecuta eſt anno 1591. Septembris die 25. calamitas deploranda, cum manè vno quadrante ante ſeptimam horam morte immatura prorſus hic dux elector è vita vocatus eſt. Poſt mortem Chriſtiani adminiſtrator electoratus, & tutor juniorum ducum factus Fridericus VVilhelmus Saxoniæ dux agnatus proximus Torgæ ſedē aulæ Saxonicæ Electoralis habuit uſq; ad an. 1601. quando Chriſtianus Chriſtiani I. filius natu maximus menſe Septembri electoratus Saxonici, & Septemviratus imperialis gubernationem, atque dignitatem ſuſcepit. Hic feſtivitatem nuptiarum cum Hedvvige regis Daniæ Friderici II. filia, Dreſdæ celebravit anno 1602. die Octobris 12. Hoc modo ſedes aulæ Dreſdam iterum translata eſt. Proximis hiſce annis templum Minoritarum ſenatus diligentia reparatum, eiq; in inauguratione Sophiæ nomen inditum eſt. Sophia verò electoralis vidua pientiſſima ſumtus refudit, templumq; elegantiſſimè, aliaq; ex ſolido

lido marmore & lapide alabaſtrite conferta exornavit.

DVBEN.

DVBEN *vel* DEBEN *arx & oppidum ad Muldam, à Slavica voce Duba, qua quercetum ſignificatur. Philippus Melanchthon per jocum aliquando vocavit Thebas Saxonicas. In hac arce Albertus Marchio anno Chriſti 1188. patrem ſuum Othonem captivum tenuit, quod audiſſet eum velle matris inſtinctu Dietericum fratrem juniorem ſibi præferre, & ad Marchionatus dignitatem evehere. Eſt autem liberatus pater à Conrado Imperatore.*

EINBECCA.

EINBECCA *Saxoniæ urbs ad Sollingum ſaltum, nomen adepta eſt à confluxu complurium rivorum ab oriente ex ſaltu Sollingo ſcaturientium, & in unum rivum concurrentium, quaſi dicatur unus rivus ex compluribus factus, qui rivus Ilmeta appellatur, ex quo Rivopolis à quibuſdam appellatur. Hac olim comitibus à*

Thaſſel

Thaſſel ſubjecta fuit, poſtea circa annum Chriſti 1270. in Alberti Magni ducis Brunſuicenſis jus & ditionem conceſſit. Initium & incrementa ſua habuit à S. Alexandri templo, ad quod concurſus hominum undiq; factus eſt, quorum cauſſa, diverſoria & ædes ædificare oportuit, ex eaq; frequentia, & multitudine confluentium hominũ vrbs nata eſt. Dehinc aucta eſt quaſi quodam ſingulari mũnere Dei, & cereviſiam, cuius bonitas non immeritò prædicatur, coquere cœpit, quam in procul diſsitas vrbes adhuc mittere ſolet. Muro & turribus benè munita eſt, tùm privilegijs, & libertatibus donata. Puriorem Evangelij doctrinam amplexa eſt anno Chr. 1525. quo Godeſchalcus Groppius Theologiæ Doctor, pontificios abuſus refellere cœpit, & nativam ſententiam doctrinæ propheticæ, Chriſti, & Apoſtolorum monſtravit. Collegam is habuit Erneſtum VVurmmeiſterum, cum quo juſſu principis Philippi & fratris eius Erici Oſnabrugenſis epiſcopi urbe pulſus eſt, ſed biennio pòſt flagitante & urgente populo, revocatus.

ELBO-

ELBOGA.

ELBOGA *cubitus ad Egram oppidum & arx Slickiorum in Bojemia inſtar cubiti conformata, unicam habet portam, per quam intrare & exire oportet. Oppugnata eſt ab Alberto Saxoniæ duce anno C. 1470. & occupata. Iterum oppugnata eſt à Slickijs ipſis ope aliorum quorundam principum, præſertim verò Georgij Saxoniæ ducis; & diffugientibus inquilinis per muri foramen, exuſtæ ſunt ædes fermè ſeptuaginta. Cauſſa oppugnationis fuit, civium contumacia, & rebellio. His igitur exactis, introducti ſunt inquilini novi, & oppidum inſtauratum eſt.*

ELVVANGA *oppidum ab alce fera inuſitatæ magnitudinis ibi capta, quaſi Elſang dictum, monaſterium habet celebre, fundatum ab Hariolpho.*

ERFVRDIA.

ERFVRDIA *Duringiæ Metropolis ad Ieram flumen, à quo etiam nomen accepit, ſita eſt. Olim Merbigsburg dicta à*

Mero-

Merovigio Francorum rege, quem Duringi ſuum regem anno Chriſti 447. crearunt. Poſteà verò Ierefurdia appellata, quaſi Ierevadum. Ex quibus vocibus per ſyncopen Ierſurd, & , demta litera prima, Erſurd nominari cœpit. Quanquam Duringiæ Chronicon antiquum memorat Ieram in eo loco vbi nunc eſt Erſurdia, latè diffuſum fuiſſe, nec tranſiri tutò potuiſſe. Iccircò molitorem quendam Erf nomine in ſuo molendino, quod ibi habuit in pago Schilderode, vbi prulium eſt, à confluxu & ſonitu aquæ delabentis ſic dictum, ſuſpendiſſe candelam nocturno tempore, interdiu verò laternam tanquam ſignum ſuſtuliſſe, ad quod tranſituri flumen iter dirigerent, ne eluvione in devia abriperentur. Indeq́; nominatam eſſe Erſurdiam, quaſi Erſes ſurdum quod eſt vadum Erſi molitoris. Secundum hoc igitur Chronicon initium huius vrbis incidit in Arcadij & Honorij imperium circa annum Chriſti 400. Reliqua eſt appellatio pagi Meerſvigsburgi Erſurdiæ vicini ad Ieram, ubi nunc eſt S. Dionyſij fanum. Franci enim eo tempore dominabantur

bantur latè, nec parum de imperio Romano detrahebant. Apparet, parva quędã initia huius vrbis fuiſſe, quæ tamen à Francorum regibus identidem aucta ſint, & à nobilibus familijs magis magisq́ amplificata. Hæ enim non tantùm bona ſua in hanc vrbem contulerunt, ſed jura etiam ſuæ gentis eodem aggregarunt. Id quod veſtigia ab illis impreſſa aliquibus civitatis partibus oſtendunt. Complura ſunt in hac vrbe ſpectatu digna intra muros, & extra. Arx S. Cyriaci imprimis in colle extra urbem ſita, in qua non parùm præſidij poſitum eſſe adverſus hoſtem putatur. Monaſterium S. Petri, duo templa primaria, penè contigua B. Mariæ, & S. Severi. Templa, & cœnobia frequentia penè in omnibus vicis, item, copia & amœnitas hortorum tàm intra quàm extra muros, qui Ieræ aquis multis maxima ex parte rigantur. Vinearum vbertas ante omnes vrbis portas. Proventus tritici, ſiliginisq́ ſeparatim, & mixtim, unde panis pinſitur valdè ſuavis & ſalubris. Cnici ſeu cartami, & iſatidis, quæ Gallis eſt Glaſtum,

quem-

quemadmodum Iulius Cæſar ſcribit, Germanis Weid *ſeu Quadum, qua in tingendis lanis infectores utuntur. De hac verſus compoſiti ſunt:*

Herba Duringorum celeberrima creſcit in agris,
Hanc Iſatin Græcus ſermo vocare ſolet.
Ponderis hæc magni eſt, & magno venditur ære,
Hac etenim tingi lana parata ſolet.

Monaſterium S. Petri à Dagoberto Francorum rege Clotarij filio conditum eſſe circa annum C.707. multorum fert opinio. A quo ipſo etiam pago vrbi proximo nomen Daberſted / *quaſi* Dagoberti Stadt *inditum eſſe apparet. Extat diploma fundationis huius monaſterij Dagoberti nomine conſcriptum, & ſigillo eiuſdem conſignatum, in quo quidem diplomate privilegia, immunitates, reditus, & villæ multæ, quæ nominatim recenſentur, huic cœnobio attribuuntur. Sed refutatur illud à Ioanne Tritemio compluirib. argumentis. Inprimis ait, Chronologia, ſeu temporis ratio refragatur. Deinde Dagobertus rex non fuit dominus Duringiæ, ſed Pipinus Magiſter domus. Non ergò potuit Dagobertus donare monaſterio*

tot villas, & nemora, aliaq; omnia, quæ in Duringia dicitur habuiſſe. Refert autem is fundamentum Petrini cœnobij ad Guilelmum abbatem Hirſaugienſem, qui anno Dominicæ nativitatis milleſimo ſexageſimo nono in Abbatiæ Hirſaugienſis ſedem collocatus eſt. Controverſia ſic dirimitur, ut dicamus Dagobertum ſeu Clodoueum, qui anno Chriſti 719. mortuus eſt, fundatorem primum, VVilhelmum verò poſt ruinam prioris cœnobij, fundatorem ſecundum fuiſſe, ut habet Monaſterij Hirſaugienſis Chronicon Ioannis Tritemij. At ut alia cœnobia, & templa ex liberaliſſimis eleemoſynis & donationibus principum, nobilium, magnatum, virorum & mulierũ piarum conſtructa ſunt: ſic hoc etiam Petrinum monaſterium collationibus huiuſmodi auctum eſſe, veriſimile eſt. Interim inſigne ſex liliorum, quod in porta cœnobij conſpicitur, Francicam originem non obſcurè oſtendit. Quanquam in faſtigio templi eiuſdem monaſterij verſus arcem etiam duo dracones viſuntur in ſaxo inciſi, quorum alter infantem involutum rictu aper-

to

to deglutire velle videtur: alter ſimiliter hiante ore devorare cupit hominem. Quod Gothorum monumentum eſt.

Anno Chriſti 743. Boniſacius cœpit Erfurdiæ conſtruere cathedralem Eccleſiam B. Mariæ, eo conſilio, ut ſummum templum eſſet epiſcopatus, quem illic fundare in animo habebat. Ideoq́ epiſcopum Adelarium illi præficiebat. At confirmatio epiſcopatus nulla à Pontifice Romano impetrari potuit, quòd nondum muris circumdata eſſet urbs. Nihilominus tamen Adelarius epiſcopi titulum, quoad vixit, retinuit. Muris & mœnibus demum cincta eſt, & in vrbis formam redacta circa annum Chriſti milleſimum centeſimum ſexageſimum tertiũ. Sed citiùs multò ab Othone Magno præfectura Erfordiæ conſtituta eſt, in qua collocati fuêre fortes & prudentes viri, qui jus ibi dicerent, & pericula ſi qua impenderent, propulſarent. Cum verò cæſus in acie eſſet Burckardus Duringorum rex, magna pars Duringiæ ab Othone diœceſi Moguntinæ attributa eſt. Et eodem tempore Guilelmus Othonis filius archipræſul

Moguntinus permiſſu patris Duringiam omnem tenuit. Ex quo factum, ut ſucceſſores eius in hoc archiepiſcopatu merum imperium in vrbe Erſurdia uſurparint, & per vicedominos illam gubernarint, quorũ vnus fuit Ludovicus Barbatus, cuius poſteri etiam Duringiam Landgraviorum titulo rexerunt, donec ad Henricum illuſtrem ex VVitekindo ſtemmate natũ Hermanni Duringiæ Landgravij nepotem, circa annum Chriſti 1250. ditio Duringica devenit, retinente ſuum jus ſede Moguntina in vrbe Erſurdia. Anno autem Chr. 1165. muri & turres huius vrbis à Landgravio Ludovico ferreo, juſſu imperatoris Friderici dejectæ ſunt, quas poſtea epiſcopus Chriſtianus reparavit. Conventum in eadem vrbe habuit Rudolphus Imperator anno C. 1290. in quo non ſolùm imperij proceres, ſed etiam Cæſaris filij & filiæ affuerunt, item Fridericus & Dicemannus cum patre Alberto Duringiæ Landgravio. Reliquit memoriam ſui vigilantiſsimus ille Imperator in hac vrbe perpetuam. Nam adjutus à civibus arces prædonum Erſurdiæ

immi-

imminentes ſexaginta ſex deſtruxit, & cives quoſdam ſeditioſos gladio percuſſit in foro. Ita tam vrbem, quàm regionem pacavit. Manſit autem imperator in hac vrbe annum apud Monachos D. Petri, propter bella, & varia negotia, quæ præſenti illius conſilio & opera expedienda erant. Anno Chriſti 1228. prædicatores Erſurdiam venerunt, & cœnobium ædificare cœperunt. Minorum verò fratrum cœnobium ædificatum eſt intra muros anno C. 1232. cùm antea per annos vndecim extro vrbem habitaſſent.

Nec ita multò pòſt, nempe anno Chriſti 1335. diſſidium atrox inter Erfurdiam & Duringiæ Landgravium Fridericum extitit. Et Langravius quidem ope Cæſaris, & archiepiſcopi nitebatur. Erſurdia verò ſocios & adjutores habebat vicinos comites de Keſernberg, VVimaria, Bichlingen, & Glichen, qui tamen, ſimul atq; viderunt, ſe parum effecturos eſſe, ad Landgravium defecerunt. Landgravius copias pararat magnas: Erſurdienſes contra 300. milites conduxerunt. Quibus eductis mul-

tum detrimenti afferebant rebus Landgravij, oppida aliquot diripiebāt, & Cranchfeldum ditionis Schvvartzburgicæ cum 60. hominibus exurebant. Cauſa autem tanti odij alia ferè non erat, niſi quod Erfurdienſes Hermannum à Bibra S. Mariæ templi Decanum, & nonnullos alios captivos tenebant. Cum igitur Landgravius Erfurdianos circumſediſſet hebdomadas ſedecim, & damni plurimum dediſſet, prælium in prulio commiſſum eſt, in quo amiſſi ex utraq; parte multi fuerunt. Sed defatigati diuturnitate belli cives ad pacem faciendam ſenatum impulerunt. Sic compoſita lite cum Landgravio in concordiam redierunt. Alia bella geſſit non levia, ex quorum incommodis plurimis tandem didicit pacem & ocium amare & colere ſtudioſiùs. Anno Christi 1351. cœpta eſt ædificatio chori ad S. Mariam, quæ conſtitiſſe dicitur argenti marcis 20000. Eodem tempore etiam extructi ſunt gradus lapidei, quibus aſcenditur ad D. Petri cœnobium.

Academia ſeu ſchola univerſalis fundata eſt anno Chriſti 1392. imperante

VVen-

VVenceslao, ad quam archiepiſcopus Moguntinus nihil contulit, ſed oppidani precibus ſuis privilegia à Pontifice Romano Bonifacio IX. impetrarunt, quod diplomata pontificia demonſtrant. Cancellarius tantummodo Academiæ jam conſtitutæ datus eſt Moguntinus archiepiſcopus, more aliarum Academiarũ veterum, quæ ſuos quoq́; habent cancellarios, archiepiſcopos, aut epiſcopos plerũq;, autoritatis, honoris & dignitatis cauſa à pontifice conceſſos, atq; tributos, ut nihil uſpiam eſſet, quod non contineretur in poteſtate pontificis Rom. Quemadmodum autem civitas ipſa rerum omnium ad victum cultumq́; neceſſariarum copia ditata fuit: ita Academia eruditis hominibus olim, liberaliſsimisq́; ſtudijs affluxit in veteri barbaria, & denſa artium & literarum caligine. Simul atq; verò lux major linguarum & diſciplinarum exorta eſt in vicinis Academijs VVitebergenſi præſertim & Lipſienſi: Erfurdienſis collapſa penè diffluxit, & vehementer diminuta eſt, quod ſtipendia, quæ docentibus numerarentur, nulla eſſent conſtituta. Aceſſit

ceſſit tamen anno 1510. etiam oppidanorum quædam importunitas, improbitateque quorundam ſtudioſorum excitata, ut adductis bombardis oppugnatio collegiorum tentata ſit: cum tamen conſilio & ratione componi diſsidium omne, quod extiterat, abſque dubio potuiſſet meliùs. Ita odium ſæpe incendit furorem, qui vincit judicium, & bachatur in Muſas, quæ profligatæ ſemel non facilè eò revertuntur, unde cum ignominia aut injuria ejectæ ſunt. Quanquam interim viros nonnullos præclara eruditione inſtructos retinuit, qui doctrinã puriorem artium, & verbi divini coluerunt & propagarunt, & quod laude immortali dignum, ex eadem etiam prodijt Martinus Lutherus, VVitebergam inde vocatus ad docendum anno Chriſti 1508. Nec parum ad ornandam eandem Academiam attulit Eobanus Heſſus, & alij, quorum nomina in oratione noſtra de Erfurdia recitantur in Rhetorica. Circa annum verò 1560. erigere ſeſe, & paulùm reſpirareque cœpit, cum in conſilium univerſitatis nonnulli Evangelicam religionem profitentes

coopta-

cooptati ſunt. Hi enim quamvis pauci numero ſcripta didactica Philippi Melanch. Ciceronis, aliorumq́ authorum utriuſque linguæ interpretati ſunt, & politiorem doctrinam in cunctis diſciplinis explicarunt, diſputationes item exercitationesq́ liberales ex fontibus hauſtas protulerũt. Quorum ſtudio excitati ſunt cives & ſenatores, ut pro ſua virili parte eorum multi ornare, augereq́ Academiam conarentur. Senatus enim anno Chriſti 1561. pædagogium in cœnobio Auguſtiniano, cuius incolæ monachi ferè omnes è vita ceſſerant, inſtituit, in quo ad publicam doctrinam percipiendam idonei redderentur adoleſcentuli. In Academia verò ipſa, ut profeſſores aliquantò meliores eſſe, & ſtipendia copioſiora eis numerari poſſent, cives quidam primarij, honeſteq́ de utilitate literarum & dignitate ſentientes effecerunt. Alij enim 1000. alij 200. alij 100. aut 50. pro ſuis quiſq́ facultatibus Academiæ donarunt, ut ex cenſibus perpetuis ali profeſſores poſſent. Hinc adeò factum eſt, ut etiam confeſſionis Auguſtanæ formula publicè explicata ſit,

& poſt

& poſt eam alia ſcripta prophetica, & Apoſtolica enarrata. In quo quidē doctrinæ, artium, literarum & Theologiæ curſu adhuc Academia perſeverat, nec de exercitationibus publicis diſputationum, & conferendorum graduum quicquam remittit. Exemplum pompæ in doctorum juris actu, & renunciatione adhibitum eſt, cum anno Chriſti 1506. Ioannes Reinbot, & Ioannes de Saxen ex familijs oriundi doctores creati equis 271. ut ſpectaculum darent, vrbem circumierunt.

Hoſtem habuit circa annum C. 1472. à quo ſubornatus putabatur monachus ex Portæ monaſterio ad Salam, qui igne paßim clanculum injecto ad 6000. ædes in cineres redegit. Monachus verò captus in foro forcipibus candentibus eſt diſcerptus. Chronica Duringiæ memorant Guilelmum Saxoniæ ducem anno Chriſti 1470. pactionem feciſſe cum Erffurdienſibus, Mülhuſinis, & Northuſanis de mutua fide, & auxilio adverſus vim quamcunq;. Cum igitur Dux Guilelmus hoſtem ſuum Apelium Vicethumium obſideret in arce Tannerode, Erffurdien-

dienſes ſubſidio ei venerunt. Quod indignè ferens Vicethumius monachum ad incendendam Erffurdiam conduxit, & incitavit. In certamine diuturno inter Albertum Landgravium degenerem, & filios eius Fridericum & Dicemannum de Duringia, non parum mali propter vicinum malum paſſa eſt Erffurdia. Sed cùm Fridericus tandem Iſenacum obtineret, pulſus Albertus Erffurdiam profugit, ibiq́; in Monaſterio Petrino cum 12. perſonis latuit, victum verò à Senatu accepit. Ipſe vicißim pagos propinquos illi vendidit, donavit, oppignoravit. Hos cùm Fridericus filius repoſceret, Mittelhuſium Erffurdienſes citavit. At illi cum Mulhuſinis & Northuſanis adverſus Fridericum ſeſe conjunxerunt, cui etiam eductis ſuis copijs damni multum dederunt, neq; ſacris, neq; profanis parcentes, donec à Marchione fuſi, & multi eorum capti ſunt, in quorum numero etiam Erffurdenſium capitaneus, Ludovicus à Guttern fuit. Hi omnes numerata pecuniæ ſumma non exigua ſeſe redimere coacti ſunt. Erectus hac victoria

Fri-

Fridericus Erffurdiam obſidione cinxit, & incommodis magnis affecit. At cùm paulò pòſt ipſe à Marchione VVoldemaro in prælio captus, & iterum liberatus eſſet, hoſtium ſuorum & inter eos etiam Erffurdenſium ferocitatem ſic fregit, ut belli tandem pertæſi cives ad petendum pacem ſenatũ compellerent. Sic ergò redemta pace, quieſcere tàm Erffurdia, quàm Mulhuſia, & Nortbuſia cœperunt. Non diſsimili penè modo de Moguntina ſede jura non pauca redemit Erffurdienſis Senatus, cum penuria aliqua præſens ſubſidium popoſcit. Itaq; fit, ut, cùm homagij ſolennitatem ſingulis annis renovant cives, jurent, ſe jura domini ſui Moguntini Archiepiſcopi non imminuere, ſed fideliter tenere velle. Simmeriam verò oppidum nacta eſt Erffurdia circa annũ Chriſti 1342. loco compenſationis impenſarum, quas fecerat in bello, quod cum comitibus duobus VVimarienſi, & Svuartzburgico geſsit Fridericus Severus Duringiæ Landgravius. Triſte nimis eſt exemplum famis, quæ anno Chriſti 1316. & iterum 1350. Erffurdiam atq; adeò Duringiã

totam

totam vexavit. Tanta enim difficultas fuit, annonæq́ caritas, ut panis non uſque adeò magnus florino æſtimaretur. Hinc vici; plateæq́ omnes cadaueribus fame exhauſtorum hominum in vrbe fuerunt oppletæ, inventiq́ nonnulli mortui, qui gramen aut fœnum adhuc in ore tenerent, quo famem ſuam explere voluerunt. Cum autem cœmeteria in vrbe ſingulis templis adjuncta tot cadavera minus caperent, res coëgit facere foveas quinq́ extra vrbem, quibus ea injecta ſunt. Pinſebatur panis ex arborum fructibus, lingebatur pulvis paßim in molendinis, manducabantur vaccæ mortuæ, & crudæ abſq́ pane. Memoriæ cauſſa longo tempore pòſt panes minutißimi piſti ſunt, quorũ vnus famis illius tempore tribus numis noſtratibus valuit.

Non multò pòſt peſtis ingens invaſit Duringiam maximè tamen vrſit Erffurdiam adeò, ut cœmeterijs omnibus, quæ in vrbe ſunt, repletis, foveas vndecim facere oportuerit, in quas projecta cadavera ſunt 12000. de qua re factum Diſtichon:

Mille

Mille trecentis decies quinis ſimul annis
Hic hominum necifex locat ter millia bis ſex.

Cùm autem Iudæi in ſuſpicionem infectorum fontium, & puteorum veniſſent, in omnibus oppidis, & vrbibus Duringiæ interfecti ſunt.

Obſidebat vrbem Noveſium infra Coloniam Carolus Burgundiæ dux, cupiditate potius bellandi, quàm juſta cauſſa incitatus anno C. 1474. Hanc ut imperator defenderet, auxilia omnium ordinum, & civitatum efflagitavit. Inter has ergò cùm etiam Erffurdia copias ſuas 350. militum ſubſidio imperatori mitteret, ſummoperè collaudata eſt eius fides, ipſaq́ civitas fidelis filia publicè proclamata. Duravit obſidio annum integrum. Impenſas igitur facere magnas oportuit, quibus gravata eſt vehementer civitas. Compertum eſt enim æs alienum 400000. florinorum hoc bello contractum eſſe. Acceſſerant fortè aliæ cauſæ quæ æs alienum & exactiones auxerunt. Quod indignè ferentes cives, ſenatum peculatus arguerunt. Inde anno C. 1519. ad reddendum rationes acceptorum & ex-

ractis temporibus perſolvendarum. Anno Chriſti 1396. Carthuſia fundata eſt, cuius pater & Prior fuit Ioannes de Indagine, cuius tractatus amplius trecenti extant, quiq; Erffurdiæ etiam in Carthuſia vixit.

Anno 1504. nobilis quidam cives Francofurtenſes ad nundinas in Sileſiam proficiſcentes invaſit, & ſpoliavit. Quam injuriam ulturi cives vi extractum illum nobilem in vrbem ſuam, & ſtatim damnatum ſine ordine, & judiciario proceſſu enſe necarunt. Epiſcopus verò, cuius ſubditus ille fuerat, impatiens temerariæ cædis ſui affinis excommunicat Francofurtenſes, & vſu ſacrorum omni eis interdicit. Tum Marchionem etiam Ioachimum electorẽ impellit, vt juriſdictionẽ ſuperiorem iÿſdem adimat. Quam poſtea illi à Ioachimo II. ære & ſumtu magno recuperarunt.

Anno C. 1232. ab Huſsitis oppugnatum eſt Francofurtum, qui tamen illatis non exiguis damnis re infecta diſceſſerunt.

Anno Chriſti 1506. die Aprilis 27. introducta eſt Academia in hanc vrbem, autoribus & fundatoribus Ioachimo. I. Mar-

Marchione electore, & fratre eius Alberto, qui poſtea epiſcopus Moguntinus eſt factus: Privilegia tribuit Pontifex Alexander VI. Papa, & Maximilianus I. Imperator Romanorum: Profeſſores I. ex Lipſienſi Academia accerſiti, fundamenta doctrinæ liberalis jecerunt, ex quibus Rector primus fuit creatus D. Cunradus VVimpina; Decanus verò philoſophicæ communitatis M. Ioannes Lindholtz. Reformata eſt eadem anno Chr. 1538. à Ioachimo II. Marchione, & electore Brandeburgico, ſtipendijsq́; & profeſſoribus aucta ac locupletata. Anno autem 1539. reformata eſt eccleſia in electoratu Brandeburgico ſecundùm Auguſtanam confeſſionem.

FRAVENSTEINVM.

FRAVENSTEINVM *oppidum cum arce excelſa in Sudetis montibus ad Suidam, vbi quondam tres viri militaris rei ſcientia clari habitârunt, Ciconia, Carduelis, & Ligurinus,* Storch/Finck vnd Zeiſing. *Olim etiam Burggraviorum & pincernarum de Druchſes ſedes fuit. Hoc oppidum*

dum Fridericus Saxoniæ Dux & Elector, adminiculo trium capitaneorum antè dictorum cœpit. Hoc tempore à Schönbergÿs Miſniæ nobilibus obtinetur.

FREISTADIVM.

FREISTADIVM Ἐλευθερόπολις *Sileſiæ vrbs, longitudinem habet graduum 32. minut. 36. Latitudinem graduum 51. minut. 28. ſita eſt in valle montibus editioribus circumdata. Nomen habere videtur à Spatioſis, & liberis campis, paſcuis & arboribus conſitis, quæ liberi campi ab incolis hodie quoq; appellantur. Vetuſta quidem eſt, ſed prima eius mentio demum fit circa annum C. 1380. Ornata maximè à Mechtilde Henrici III. conjuge, Alberti ducis Brunſuicenſis filia, quæ familias ex Saxonia tanquam Colonias eò adduxit, & immunitatibus amplis donavit. Libertate utitur à Magiſtratu conceſſa, & legibus gubernatur commodis. Eccleſia ad normam Auguſtanæ confeſſionis emendata eſt, & verbum Dei ſonat inviolatum, integrumq; ſacramentorum vſum retinet, tum victũ tolerabilem atq; honeſtum parat.*

FRI-

FRIBERGA MISNIÆ.

FRIBERGA Miſniæ *vrbs metallica,& populoſa in radicibus Sudetorum montium, qui Boëmiam & Miſniam verſus ortum diſiungunt, ad Muldam, condita ab Othone Marchione Miſniæ anno C. 1174. ut eſſet præſidium ipſius & poſterorum: cum quidem paulò antè, anno ſcilicet 1169. metallum in eo loco primum fuiſſet inventum ab auriga Goslarienſi; qui in orbita reperit æs, quod cum precij alicuius eſſe videretur, ſecum aſportavit Goslariam, ubi diſcreta à terris metallica materia, argentum & plumbum continere deprehenſa eſt. Ex quo magiſter metallorum cum foſſorum manu, & excoctore ex Saxonia in Miſniam profectus eſt, & locus ille in quo paulò poſt vrbs conſtructa eſt, excoli cœpit. Ab his inquilinis pars vrbis vetuſtiſsima adhuc Saxoniæ nomen retinet. Ratio nominis hoc diſticho exprimitur:*

Fribergam indigenæ claro de nomine dicunt,
Libera de foßis quaſi ferres munera terris.

Ele-

ſibi ſumſerunt Nudipedes S. Franciſci ſectatores. Reliquum eſt quoque Carmelitarũ cœnobium anno Christi 1271. extructum. Hi ſunt D. Mariæ fratres, cuius ſacellum in Carmelo monte Syriæ fuit, quod Anachoritæ monachi mendicantes incoluerũt. Anno Chriſti 1315. à Friderico Auſtrio circumſeſſa eſt, propterea quod facere cum æmulo eius Ludovico Bojo rege videretur. At cum ad oppugnandum non ſatis inſtructus eſſet Fridericus, re infecta diſceſſit, & tandem captus victoriam & imperium Ludovico reliquit. Anno C. 1077. Henricus IV. Imperator conventum imperij in hac vrbe habuit.

FRANCOFVRTVM ad Mœnum.

FRANCOFVRTVM ad Mœnum *in finibus Franconiæ ſitum, imperialis civitas eſt, à vado vel trajecto Francorum nominatum, quod ibi fuit, etiam ante Carolum Magnum. Mœno dividitur in duas partes, quæ ponte tamen junguntur, quarum vna Francofurti nomen retinet, altera*

Saxenhuſium, quaſi Saxonum domus ap-pellatur. Inſignia huius civitatis maximè conſpicua ſunt, electio imperatorum Germanorum per auream bullam in perpetu[um] confirmata, ex quo fit, ut ſi fortè in electione duo pariter Imperatores nominentur, alter alterum cum exercitu in agro Francofurdiano expectet, & vel prælio adverſarium vincat, vel ſpontè alter alteri cedat. Qui hoc modo imperium obtinet, in urbem recipitur, & Rex Romanorum ſalutatur. Tale certamen fuit inter Henricum Lantgravium Duringiæ, & Cunradum Friderici II. filium. Item inter Ludovicum Bavarum & Fridericum Auſtrium. Item, inter Guntherum Svvartzeburgium comitem, & Carolum IV. Alterum inſigne eſt ſolennitas mercatus ſive emporium illud nobile, quod à cunctis pene nationibus & populis Europæ frequentatur. Tertium eſt privilegium ab Imperatoribus & regibus huic urbi datum, ut præ reliquis civitatibus magiſterij titulum artis gladiatoriæ peritis per ſuos artifices tribuat. Obſidebatur ab Alberto Marchi-

ne an

ne anno Chriſti 1552. cùm præſidio Cæſaris Caroli V. defenderetur.

FRANCOFVRTVM ad Oderam.

FRANCOFVRTVM ad Oderam *ſeu* Viadrum, *conditum à Sunnone Marchione Glodomiri filio circa annum Chriſti 146. Dicitur autem Francofurtum quaſi Francorum trajectus, ſive tranſitus vel vadum, qui eo ipſo in loco fortiter dimicando, & perrumpendo hoſtes Slavos fuderunt. Ampliata & dilatata eſt vrbs anno Chriſti 1253. à Ioanne Marchione Brandeburgico, & fratre eius Othone, ab Odera ſeu pontis porta vſq; ad Gubenam portam, quæ pars vrbis ſuperior appellatur. Attributi ſunt illi ab iiſdem Marchionibus manſus centum & viginti, cum pratis trans Viadrum. Ad hæc VVoldemarus Marchio circa annum Chriſti 1218. ſenatui huius Reipub. conceßit jurisdictionem ſuperiorem, ſeu poteſtatem animadvertendi in latrones, homicidas, fures, ut habet Iuſti Chronicon. Ludovicus verò ſenior*

Mar-

Marchio tribuit eidem civitati privilegium abſq; ullo vectigali, terra fluminibusq; negociandi circa annum Chriſti 1321. Ad hunc modum dilatata & locupletata civitas ædificijs & opibus, civiumq; frequentia eò progreſſa eſt, ut celebritate nominis multas alias urbes anteeat. Illud verò magnopere eam afflixit, quod excommunicata à pontifice Romano ad annos 28. tam grave fulmen ſuſtinere coacta eſt. Cauſſa excommunicationis fuit epiſcopus Lebuſienſis, inquietus, quem ceperat Francofurtenſes, in vinculisq; per annum detinuerant. Hic igitur vindictæ cupiditate ardens à Papa Rom. huiuſmodi pœnam adverſus civitatem impetrat. His totis annis 28. neq; miſſa celebrata, neq; concio habita, neq; Sacramenta adminiſtrata ſunt. Non multò pòſt anno C. 1340. à Carolo IV. Imperatore eadem civitas cum alijs civitatibus quæ parere Ludovico Marchioni & fratri eius Othoni noluerunt proſcripta eſt. Nec ab excommunicatione & interdicto liberari potuit, niſi promiſſa ſumma 12000. marcarum Brandeburgicarum diſtra-

coram viſere non potuiſſent, Papæ juſſu indulgentias impertiret. Conſtituit igitur ad eam rem 12. viros, quorum ſex poteſtatem haberent atrociora, reliqui ſex leviora peccata remittendi pontificis loco. Quæſtus autem pontificis is erat, ut pœnitentiã agerent omnes, & quam pecuniæ ſummam itinere Romano ad jubileum conſumſiſſent, eam in ærarium deponerent, & certis diebus certa templa in vrbe obirent, aliaq́; facerent quibus peccata expiantur.

Anno 1479. arx Cyriaci in colle verſus occaſum ſita ante portam prulianam condita eſt, translatis monialibus, quæ in colle iſto habitabant, in vrbem, ex qua cœnobium S. Cyriaci in prulio reliquum eſt. Cauſſa translationis monialium, & conditæ arcis Cyriaci fuit: Erneſti Miſniæ ducis filius archiepiſcopus Moguntiæ futurus erat. Iccircò duces Miſniæ aulam, quam habent archipræſules Moguntini Erffurdiæ, emere cupiebant. Quod concedere eis Erffurdienſes nolebant: Permiſſum quidem eſſe archipræſulibus dicebant, ut intra vrbem haberent aulam, ſed ita, vt area Erffurdenſium

eſſet. Inde ſibi invidiam magnam conflarunt Erffurdienſes, & cum potentiã Marchionum Miſniæ metuendam eſſe viderent, arcem & alia loca vrbis magis muniverunt, ut Duringiæ Chronicon habet.

Anno autem 1483. Albertus dux Miſniæ archiepiſcopatum Moguntinũ adeptus eſt, & cœperunt duces Miſniæ repoſcere atq; perſequi bona, quæ per Albertum degenerẽ alienata, & ad Erffurdienſes translata erant. Diſceptatum igitur eſt diu: ſed coacti tandem ſunt Erffurdienſes Miſniæ ducibus aliquot pagos cum ſumma quadam pecuniæ dare.

Anno Chriſti 1497. compana grandis fuſa eſt ab Erardo de Campen. Pondus habuit 270. centenariorum, & baptiſata eſt à D. Ioanne à Laſphe, in æde D. Mariæ. In circumferentia habet 14. cubitos cum ſeſquiquadrante.

Religio reformata maturè in hanc civitatem invecta eſt, & attributa ad eius vſum nonnulla templa cum eorum reditibus, de quibus tamen inter pontificios & Evangelicos diu diſceptatum eſt. Concionẽ

ibi

ibi habuit Martinus Lutherus, cùm anno 20. VVormaciam ad comitia ivit, multosq́; prima illa concione ad amorem emicantis lucis accendit. Fuit id temporis in ſenatu aſcitus quidam lanius, qui illuceſcente Euangelio Lutheranos vocitabat canes hæreticos, dicebatq́; ſe ligna ad comburendum eos eſſe collaturum. De quo appellatus eſt à filio ſuo huiuſmodi verbis: Quid ais, pater? vtinam ligna nobis ſuppeterent ad macerandum hordeum, & ad coquendum cereviſiam. Redactus eſt hic lanio, cocus cognomento, ad tantam inopiam, ut in hoſpitali de eleemoſynis vivere coactus ſit.

Primi concionatores reformatæ doctrinæ erant M. Forcheim, qui propinato veneno extinctus eſt, & D. Culſamer, poſtea M. Aegidius Mechler. In ſenatu hoſtes Evangelij erant acerrimi ſenatores aliquot primarij. Contra inveniobantur nonnulli etiam eiuſdem patroni æqui, & fideles, quos nominatim recenſere odioſum fortè fuerit. Nundinæ in hac vrbe ſunt geminæ ad S. Martinum vnæ, ad Trinitatis feſtum alteræ, quas ab imperatoribus Ludo-

vico & Friderico III. impetravit. Tempore belli germanici Mauricius præſidium militum Erffurdiam miſit adverſus Ioannem Fridericum Electorem, idq́ eorum impenſis ali voluit. Tum miſsis conſiliarÿs poteſtatem ſibi dari poſtulavit. ingrediendi vrbem & egrediendi ad tutandam eam, cautionem pollicens, nihil ex ea re periculi aut incommodi eventurum, ſed non intravit. Revera autem hæc civitas in tutela & præſidio Saxoniæ Ducum latet.

ESLINGA.

ESLINGA *Imperialis civitas Sueviæ ad Neccarum in valle Neccarica à ſono ſeu clangore æris, quod ibi dies noctesq́ à fabris cuditur, quaſi æris ſonitus dicta. Rempublicam & Eccleſiam bene conſtitutum habet, reformatam ſc. ſecundùm Auguſtanam confeſsionem anno 30. Muro cincta eſt anno 1215. & à Friderico Cæſare civitatis jure donata. Ab Henrico verò rege & fratre eius Cunrado Collegium prædicatorÿ ordinis ibi fundatum eſt. Sed Monaſterium Franciſcanorum ædificandum ſibi*

& expenſorum adigere ſenatum auſi ſunt, rationibusq; ſubductis, inventa eſt ſumma 600000. florinorum, qua gravata fuit Reſpublica. Ac cives quidem impulſores habebant canonicos, qui hortabantur, ut Moguntini epiſcopi opem implorarent. Senatus verò duce Saxoniæ Friderico Electore nitebatur. Sed furor plebis erat tantus, vt ſenatorem primarium in cuſtodiam raperet, & poſt annuã captivitatem in furca ſuſpenſum ſtrangularet. Extorta eſt ei vi confeſſio averſæ pecuniæ publicæ, ſed ante mortem, & quidem in ipſa confeſſione vltima coràm ſacerdote omni aſſeveratione confirmavit, ſe nihil eorum in ſe admiſiſſe, quæ in tormentis confeſſus eſſet. Fortaſſe inſolentiæ pœnas dedit, quòd ſe plebi, atq; adeò communitati toti antepoſuit: quæ eſt communitas, inquiens: Ego ſum. Diſtracta erat civitas in partes tres, quarum vna ad principis Saxoniæ, altera ad Moguntini præſulis, tertia ad civitatis ductum ſeſe applicabat. Et anteà quidem ex familijs, tunc verò ex opificibus ſenatores delecti ſunt. Et ne memoria guberna-

tionis tyrannicæ ſub familijs obliteretur, ſingulis annis in ſolennitate homagij ea renovatur. Attracti ſunt conſiliarij Moguntini, qui ſæpius in curiam venientes omnia arcana ſenatus ſcrutati ſunt, & arctius obligare cives ad obediendum archiepiſcopo conati ſunt. Sed prolatæ ſunt tandem literæ, atq; diplomata, quæ demonſtrarunt civitatem jam antè data pecunia ſeſe ab obedientia Moguntini præſulis liberaſſe, nec jurare aliud debere, quàm quod velit operam dare, ut archiepiſcopi jus, quod habet in civitate, conſervetur. Interim tantopere diſſentientibus, & tumultuantibus civibus, archiepiſcopus ſuum commodum non parum auxit. Obtinuerat à civibus, ut liceret ſibi in foro ædificare telonium ad exigendum vectigal, quod habet in vrbe. Quo impetrato domum extruxit eam, quã poſtea tumultuantes ruſtici magno labore diruerunt. Cum à creditoribus vehementer urgerentur cives, & quocunq; proficiſcebantur, manus in eos injicerentur, Cæſar edixit, ne quis creditor intra quadrienniũ aliquid ab ijs exigeret. Mæror, & ſqualor civi-

civitatis fuit magnus, ſenatores antiqui exulabant, & quantum quiſq; nocere poterat Erffurdienſibus, tantum detrimenti afferebat. Cum annos novem duraſſet hæc confuſio, cives pertæſi ſortis miſerabilis, in gratiam redire cum principibus Saxoniæ cupiverunt. Et archiepiſcopus quidem venire Erffurdiam voluit opitulaturus civitati, ſed interclusum eſt illi iter à Saxoniæ principe. Tandem igitur anno C. 1516. diſsidium & controverſia inter Saxoniæ principem & Erffurdienſes Buttelſteti compoſita eſt, reverſiq; ſunt in vrbem exules, & tranquillitas ſecuta.

Anno Chr. 1426. Erffurdienſes impetum Boëmorum metuentes contra eos advocarunt epiſcopum Hildesheimenſem, qui adduxit viros 450. Is in aula S. Severi hebdomadas tres commoratus cum ſuis benignè habitus eſt à ſenatu. Advenêre etiam multi ex Franconia, Buchonia, Eiſfeldia, ut numero eſſent amplius 2000. equites. Hi cibum capiebant in monaſterio prædicatorum, & nudipedum, ubi ponte ſtrato ſuper Ieram ex vno in alterum cœnobium

tranſitus patebat. Voluit eodem venire cum copijs ſuis archiepiſcopus Moguntinus, ſed poſtquam compertum eſt, Boëmos abijſſe, dimiſſa etiam ſunt iſta auxilia perſolutis ſtipendijs.

Anno Chriſti 1451. Nicolaus de Cuſa Cardinalis venit Erffurdiam, & comitatu, pompaq́; magna introductus eſt primùm in vrbem, poſtea ex foro in cathedrale templum S. Mariæ & Severi, ubi decantati ſunt hymni. Inde in cœnobium S. Petri equitavit, & oſculum pacis cunctis monachis dedit. Dominica vocem jucunditatis in ceſpite S. Petri concionem habuit ad populum, in qua conſilium pontificis Romani, cuius legatus erat, expoſuit. In die aſcenſionis Chriſti iterum concionatus eſt de ſuggeſtu lapideo ad ambitum cavum. Dominica Exaudi denuò in ceſpite S. Petri orationem habuit, quam populus tanta frequentia audivit, vt ob multitudinem nonnulli ſint oppreſſi. Eadem dominica coronavit novum abbatem, miniſtrantibus ei ſenatoribus. Tandem aperuit cauſſam legationis ſuæ, vt videlicet ijs, qui jubileum

coram

Elevatio poli eſt triginta graduum, & triginta novem minutorum, ſecundùm longitudinem; quinquaginta verò graduum, & 58. minutorum ſecundùm latitudinem. Antecellit amplitudine reliquis Miſniæ urbibus, & ædificia habet pleraq; lapidea, & ſatis ornata. Cenſa eſt multitudo hominum in hac civitate, ſub Henrico Saxoniæ duce, & inventa ſunt hominum duodecim annis majorum triginta duo millia, & ſeptingenti ſexaginta tres. Aërem habet ſalubrem & purum, interfluitq; rivulus, cui nomen eſt Katzbach. *Templa & parœciæ numerantur quatuor, ad D. Mariam unum, alterum ad S. Nicolaum, tertium ad D. Petrum, quartum ad virgines ſacras in cœnobio Mariæ Magdalenæ. Extat quoq; Monaſterium prædicatorij ordinis, quod inferius appellatur, fundatum anno C. 1210. Aliud item Franciſcanorum anno Chriſti 1223. inſtitutum. Beatæ virginis templum collegiatum dicitur, vel collegiũ dominicum, ſive domus dominica, germanicè* der Thum/ *à domino ſcil. cuiuſmodi quoq; Aldenburgi eſt. In huius templi ſa-*

cello monumenta electorum & ducum Saxoniæ XXI. extructa & elaborata conſpiciuntur. Conditum eſt autem hoc templum ab Alberto Saxoniæ duce ex vberrimis fodinis Schnebergicis, conſecratumq́; à Ioanne V. Miſnenſi præſule, anno C.1480. Auguſti die 14. Decanus fuit quidam Creutzerus appellatus. Eſt in hac vrbe copia rerum ad victum cultumq́; corporis neceſſariarum tanta, ut proverbio dici ſoleat: Si Lipſia eſſet mea, Friberga eam conſumere vellem. Hiſtoria miſerabilis eſt, quæ accidiſſe dicitur anno Chriſti 1260. Cum ſcholaris quidam puellæ cuiuſdam amore ardens nigromanticum pecuniâ conduxit, vt eius opera potiri puellâ poſſet. Is igitur in cellam quandam ſcholarem duxit, ubi ſphæris & characteribus in pavimento pictis illum circumſcripſit, & legere conjurationes diabolicas cœpit. Diabolus tandem poſt multa phantaſmata, in puellæ amatæ forma apparet. Quam cùm furens libidine adoleſcens apprehendere vellet, mox à Diabolo correptus, horrendum in modum parietibus cellæ alliſus eſt, & con-

[c]onquaſſatus, tandemq́; in nigromanticum [p]rojectus mortuus. Quin ipſe quoq; nigromanticus ita exanimatus eſt, ut loco ſeſe movere non poſſet præ mole mortui adoleſcentis, quam ſuſtinere cogebatur. Itaq; miſerabiliter vociferatus eſt nocte illa uſq; ad ortum ſolis, quo accurrerunt cives clamoribus excitati, eumq́; ſemimortuum extraxerunt.

Anno 1256. Henricus Marchio Fribergenſes ea libertate donavit, ut accuſati ad judicium trahi non poſſent. Anno autem 1294. jura metallica iiſdem præſcripta ſunt. Incommoda, & commoda inſignia hæc urbs experta eſt. Primum anno Chr. 1375. in die Gertrudis tota conflagravit, & iterum anno Chriſti 1386. dominica Cantate penitus cum omnibus templis exuſta eſt. Tertium incendium anno Chr. 1471. extitit in vigilia Iacobi, quo vrbs tota conſumta eſt, excepto vico Miſnico, & templo D. Mariæ. Incendium inde ortum eſſe ſcribunt, quod piſtor quidam fornacem incendere voluit, & cùm ignis ardere nollet, dixit, arde in omnium diabolorum nomine.

Inde ſuccenſus ignis longè lateq́ diffuſus eſt. Quartum incidit in annum 1484 Nouembris diem 9. quo ædes 400. perierunt.

Commoda verò ex metallicis fodinis percepit ingentia penè non civitas ſolũ, ſed imprimis Saxon. princeps, & alij quamplurimi, qui diuites inde ſunt facti. Otho quidẽ marchio Miſniæ adeò locupletatus eſt, ut arces, oppida & cœnobia condiderit. Poſt eũ Henricus Duringiæ Landgravius cognomento Illuſtris an. 1231. quemadmodum Sigfridus Miſnenſis ſcribit, aulã Cæſaris Friderici IV. ingreſſus eſt tantâ pompâ, & ſplendore, ut omnes Germaniæ principes ſuperaret. Hic opibus adeò valuit, ut regnũ Boemiæ pecunia parata emere potuiſſet. Hic eſt qui Northuſiæ ludos equeſtres exercuit, in quibus arbor poſita eſt, cujus folia aurea & argentea fuerunt. Ac, ſi quis in certamine haſtã frangeret, huic folium argenteum promebatur: qui verò alterum in concurſu de equo deieciſſet, ei folium aureũ tradebatur. Conſumti ſunt in hac feſtivitate aliquot dies conviviis & choreis, variaq́ munera hoſpitib. diſtributa ſunt. Inde Miſnã duxit principes & nobilitatem,

*tem, quæ aderat, lauteq́; tractavit. Di-
ta ſunt ex Freibergenſi metallo etiam
milia nobiles multæ, & cives paſsim in
vitatibus & oppidis. Aemulati ſunt huic
vitati duo imperatores Rom: Adolphus
Naſſovienſis, & Albertus, bellaq́; diutur-
a cum Friderico, & Dicemanno fratri-
us Duringiæ Landgraviis geſſerunt, pro-
ter Fribergicum metallum. Ac Adol-
phus quidem urbem ad menſes ſedecim ob-
ſedit totisq́; viribus oppugnavit, quæ cum
à civibus fortiter defenderetur, & Naſſo-
vius virtute nihil efficere poſſet, ad dolum
& inſidias ſeſe convertit. Inventus eſt
enim juvenis, qui transfuga factus, præ-
miisq́; ab Adolpho corruptus, aditum in ur-
bem per canalem Monzebachi rivi urbem
interlabentis ad portam donatianam mon-
ſtravit. Urbe potitus Cæſar mox arcem
Freidenſteinium ſuffoßionibus ſubruit, &
nobiles 60. qui in eâ erant, contra fidem
datam, immanitate barbarica trucidavit.
Quod factum eſt anno 1296. Calamitoſus
hic fuit ſtatus reipublicæ, nec animus ta-
men civium Freibergenſium à vero ſuo*

domino alienatus, licet Naſſovius multa illis promitteret, quibus eos ſibi devinciret.

Sublato è vivis Adolpho, bellum in Miſnia ab Alberto eius ſucceſſore continuatum eſt. Is Marchionem Miſniæ Fridericum ad colloquium vocavit Aldenburgum, ibiq; invitatum ad convivium occidere per ſicarium voluit. Quod ubi animadvertit civis quidam Altenburgenſis, quem ſecum eò adduxerat Fridericus, in medium diſcrimen ſeſe objecit, & dominum ſuum liberavit. Extincto Alberto imperatore, Fridericus Marchio Fribergam vi expugnat, milites præſidiarios ab hoſtibus illic collocatos, partim occidit, partem exacto redemtionis precio, dimittit. Cives verò, qui Cæſaris partes ſecuti erant, intra biduum abire jubet, depoſitos ab hoſtibus in munera priſtina reſtituit. Nullum eſt flagitium, nulla petulantia, nulla libido, quam non externi milites Suevi in urbe exercuerunt. Fœminis equidem, & virginibus veſtes ad cingulum uſq; præciderunt, adoleſcentibus verò, & ſenibus caligas detraxerunt, iiſq; ad miniſteria fœda abuſi ſunt.

Sed

Sed ut nullum ſcelus inultum, impuni-mq́; dimittitur: ſic horum etiam proter-ia paulò pòſt vindicata eſt. Victi enim, ſi, & cæſi in tantum terrorem & metum njecti ſunt, ut paſſim equos mortuos ſe-uerint, & exemtis inteſtinis eorum in ven-rem vacuum immigrarint, & ſeſe abdide-int. In hac turbulentiſſima tempeſtate Fribergenſes in fide domino ſuo debita con-ſtanter mansêre. Immò etiam hoſti datam fidem ſervare ſtuduerunt, quoad honeſtè id facere licuit. Quod enim Cæſari jura-rant, ab eo recedere noluerunt, etiam tùm, cùm à Marchione Friderico obſidebantur, ne quid temerè imprudenterq́; facere vide-rentur. Bis circumſeſſi ſunt & oppugnati, ſemel ab Adolpho, & iterũ ab Alberto impe-ratoribus, & cùm prius Adolpho fidem ſuã obligare coacti eſſent, non niſi neceſſitate ſumma impulſi, ſeſe Alberto dediderunt. Tantâ enim vi & impetu ei reſtiterunt, ut pulvere ex ruina muri ab utraq; parte multi ſuffocati ſint. Multi abiêre anni, qui-bus hac civitas miſerè vexata & fortuna duriſſima conflictata eſt. Vix anno C. 1313.

quo Ludovicus Bavarus regnare cœpit, puſillum laxamenti nacta, reſpiravit, & ſub domino ſuo legitimo Marchione Miſniæ ſeſe collegit.

Anno Chriſti 1450. alia vis & tempeſtas repentina Fribergam perculit. Cauſa erat diſsidium atrox inter Fridericum Miſniæ ducem, & VVilhelmum Duringiæ Landgravium ab Apelio Vicethumo potiſſimum accenſum. Fridericus civitati imperabat, ut copias pararet. Hæc verò precibus interpoſitis, ſeſe excuſabat, ne quid contra VVilhelmum, cui æquè eſſet jurata, facere videretur. Hic Fridericus ſimulabat ſe non oppugnaturum eſſe fratrem, ſed Vicethumum. Interim verò datis literis, Fribergam accerſebat omnes præfectos, quaſi profecturus inde in illum eſſet. Fribergâ Brixiam cum armatis 300. movet, & Boëmos multos aſſumit, Fribergamq́; revertitur. Ibi vallo in foro collocato ſeſe munit, portas occupat & arcem, tùm advocat ſenatum, poſtulatq́; ut ſibi ſoli, repudiato fratre, jurejurando ſeſe obliget civitas. Qui hoc facere nolint, ijs mortem, & dire-

direptionem minatur. Hic in ſummas anguſtias adducti ſenatores tremebant, congregati verò tandem decreverunt, ſe mortem ſubire malle, quàm fidem datam VVilhelmo violare. Mox in ſenatum venit ipſemet princeps, & ubi conſtantiam eius, & civium in propoſito, ſuſceptoq́ conſilio cognovit, literas obſignatas illis tradit, quas poſtea VVilhelmo ipſi reddunt, qui pro conſtantia gratias magnas ſenatui, & civibus agit. Fridericus verò cùm impetrare à Fribergenſibus nihil poſſet, cum exercitu ſuo Vicethumi facultates invadit, omnesq́ eius arces incendit. Habebat Vicethumus bona multa Friberga, vectigal, prædium VVaſſerburgum cum pagis duobus, Mustorff & Bertelstorff. Hæc florinis 4300. vendebat Fribergenſi Reipublicæ, qui contribuentibus & conferentibus pro modo facultatum civibus, tridui ſpacio exolverentur. Vicethumus verò exutus bonis omnibus in Boëmiam profugit.

Anno Chriſti 1449. Maij 18. Ioannes epiſcopus Miſnenſis confirmavit ſpirituale beneficium ad S. Petrum, fundatum à Ni-

colao VVellero, propter ſalutem majorum, & poſterorum. Anno 1469. campana major ad S. Petrum fuſa eſt, à Nicolao Hilligero. Templum cathedrale in hac vrbe ædificatum à duce Alberto, primùm conſecratum eſt anno 1480. cuius Decanus fuit primus M. Spangenberg.

Anno 1438. ratibus primum invecta ſunt ligna in hanc vrbem, autore Ioanne Monetario & conſule. Eſt quoq; eodem anno civitatis ordo quidam à ſenatu ſancitus.

Anno 1552. mortuus eſt puer ille, qui maledictus à patre ſuo annos quinq; ſteterat vno in loco, ſub cuius pedibus pavimentum erat detritum. Fatuus fuit, & inquietus, hominum fugitans.

Religio anno Chriſti 1524. inclinare cœpit ad reformatam illam, quæ poſtea confeſſione Auguſtana comprehenſa eſt. Nam hoc anno nonnulli clerici vxores duxerunt, in quorum numero etiam fuit dominicus Beyer, & Ioannes Boëmus, qui in concionibus, ad quas concurſus magnus fuit factus, dixerunt, Mariam eandem fuiſſe

um alijs mulieribus. Mox alius monachus in clerum invectus eſt in publicis concionibus, & ſenſim eccleſia connivente, vel certè non admodum repugnante Henrico Saxoniæ duce, emendata eſt, & anno 1537. poſtrema miſſa pontificia celebrata.

FRIBVRGVM oppidum ad Vnſtrutam fluvium, conditum à Ludovico anno altero poſt occiſum Palatinum Fridericum. Obſeſſum fuit & proditione captum ab Adolpho Cæſare, qui turbam miſellam abire quidem paſſus eſt incolumem, viros verò & juvenes ad unum omnes ferro ſuſtulit. Eadem crudelitate etiam Numburgi uſus eſt.

FRIBVRGVM Briſgoiæ oppidum ex pago ſeu vico conditum à Berchtoldo Zæringiæ duce anno Chriſti 1120. quod diſtichon hoc indicat:

Anno milleno, centeno, bis quoq; deno,
Friburg fundavit Berchtoldus dux dominator.

Scholam univerſalem habet ab anno Chr. 1463. Et ſocietatem equitum, der löblichen Ritterſchafft an. C. 1545. inſtitutam.

FRI-

FRISINGA.

FRISINGA antiquitus Fruxinum epiſcopalis civitas in Bavaria ad Moſacũ amnem, condita à Fruxino Romano præſide eo tempore, quo à Romanis regio illa tenebatur, & per impoſitos præfectos regebatur. Epiſcopatus autem Friſingenſis circa annum Chriſti 710. à S. Corbiniano Gallo, ſub Grimoaldo Bavariæ duce, & Gallorum rege Pipino fundatus eſt.

FVLDA.

FVLDA vrbs in Buchonia inter Haſſiam, Franciam & VVederaviam Fuldam fluvium amœnum ſita. Abbatiam habet ordinis Benedictini, fundatam à S. Bonifacio per Carolomannum & Pipinum Francorum reges, anno Chriſti 744. Circumdata eſt alijs circumjacentibus monaſterijs inſignibus. Revera autem hoc cœnobium ſiue abbatia nihil aliud fuit, quàm ſchola, in qua adoleſcentes erudiebantur bonis literis, & ad pietatis cultum traducebantur. Vſus eſt autem ad hanc rem Boniſa-

nifacius fideli opera Stormij & Huniberti. Abbas Fuldenſis principali dignitate præditus ad pedes imperatoris conſidet in comitijs imperialibus: tum Primas quoq; eſt omnium abbatum non ſolùm in Germania, ſed etiam in Gallia, & imperatricis Archicancellarius. Sunt etiam jacta fundamenta ſcholæ nobilium adoleſcentulorum legibus & conditionibus certis recipiendorum anno Chriſti 1548.

FVRSTENBERGA oppidum & caſtrum eſt in Landgraviatu Borenſi, ſylvæ Hercyniæ, comitum à Fürſtenberg ſedes avita inde uſq; à Carolo Magno.

GAMVNDIA.

GAMVNDIA vel GAMVNDA Germanicè Gamynd / imperialis civitas Sueviæ in valle Raëmſia quaſi Gaudia Mundi nominata, propter ludos equeſtres & alias feſtivitates, quas Sueviæ proceres ibi exercuerunt olim, id quod indicant foſſæ jaculatoriæ & torneatoria, quæ reliqua ſunt. Primum eius nomen

fuit

fuit Keyſersgereutt / quaſi locus à Caſare eruncatus vel expolitus. Deinde dicta eſt Thiergarten / propter vivarium quod illic fuit. Tertiò Thieraich / à rivo per forum illic fluente. Innotuit primùm circa annum Chriſti 1090. cùm muro circundari cœpit. Incrementa verò ſumſit imperante Friderico Barbaroſſà, à quo etiam jus civitatis & privilegia conſecuta eſt. Deinde à nobilibus & honoratis viris exculta eſt vehementer, & aucta monaſteriis, templis, & aliis rebus ad ornatum cultumq; neceſſariis.

GERA.

GERA Voigtlandiæ oppidum à Gera flumine, ut quibuſdam placet, dictum, à VViperto Groicenſi comite conditum circa annum Chriſti 1086. cùm Iuttam Bojemorum regis filiam vxorem duxit, & in dotem præfecturas nonnullas accepit. Et cum pernobilis familia Voigtorum, ſive advocatorum in Voigtlandia in plures ramos, ceu familias diffuſa ſit, factum

ctum eſt, vt alij domini in Plauen, alij Rutteni, alij domini in Gera dicti ſint. Arx vetuſta fuit in hac vrbe, quæ Oſterſtein nominata, majori ex parte deſtructa fuit, & nova ſedes dominorum trans Elyſtrum ædificata.

Anno Chriſti 1449. à Bojemis capta eſt, qui ſubſidio venerant VVilhelmo Saxoniæ duci contra fratrem eius Fridericum electorem. Magna ſtrages tunc edita eſt, & junior dominus à Gera cum multis nobilibus captus, immò in Bojemiam abductus eſt, vbi etiam peſte periJt. Ab eo tempore domini ſedem aulæ ſuæ trans Elyſtrum habuerunt, arce, quæ illic eſt, multis partibus ornata, & firmata. Reliqua eſt familia baronum de Gera in Carinthia, orta à Georgio de Gera, quem epiſcopus Bambergenſis in Carinthiam ad gubernandam illam olim miſit.

GEROLT-

GEROLTZECCA *arx vetuſta & munita in jugo montis Schintbergij à Geroldo Suevici exercitus ductore ſic dicta, à comite verò Palatino anno Chriſti 1487. everſa.*

GIENBACHIVM *vetus Romani imperij municipium ad Cynthium amnẽ conditum à Pyraminio Trebocum præſule, circa annum Chriſti 724.*

GLAVCHA *vocabulo Heneto ſic appellata, quo ſurdus ſignificatur: Oppidum eſt ad Muldam foſſis profundis circundatum, cum arce munita. Sedes hodie eſt dominorum de Schönburg, feudũ Bojemicũ.*

GLOGOVIA.

GLOGOVIA *Slavico nomine ſic dicta, quaſi paliurus ſeu ſpinetum, vel ſenticetum, civitas Sileſiæ eſt ſita loco opportuniſſimo, cujus mentio prima reperitur ſub annum C. 1104. Ab hoc tempore per Boleslaum Criſpum translata eſt in ripam hanc, ubi nunc eſt, & in formam urbis amplio-*

mpliorem redacta. Ornata quoq; ab eodē ſt collegio ſacerdotum, quod cum Vratiſ-vienſi tanquam cum corpore ſuo conjun-tum eſt. Factum eſt autem canonicorum nſolentia, ut vrbs detrimenti multum cciperet; creſcentibus interim vicinis vr-ibus Vratislavia & Lignitio. Tandem anno Chriſti 1060. ſub Cunrado Glogovien-ſi, abjectis Polonorum moribus & lingua, veræ vrbis ſpeciem adepta eſt. Ab eodem quoq; collegium ex vrbe in Viadri inſulam collocatum eſt. Vrbs verò ipſa juribus, & privilegijs Germanicæ civitatis, abrogato Sacerdotum imperio, donata. Cænobium virginum ab Henrico III. Glogovienſi con-ſtitutum eſt. Monaſteria tria habet, virgi-num vnum, alterum ſodalitij S. Franciſci. Tertium dominicanorum. Muro, & foſſa quidem cincta eſt duplici, ſed tranquillita-tem expetit. In curſu veræ religionis, quam profitetur, perſeverat, frementibus licet Harpyis Ieſuiticis, & tàm eccleſiaſticis bo-nis inhiantibus, quàm ipſi etiam Reipublicæ inſidias parantibus.

GOEPPINGA oppidum VVirtembergenſe ad amnem Filſam in plano, parvum quidem, ſed munitum muro & aquis. Huic finitimæ ſunt aquæ acidulæ Sawerbrunn / à natura quidem non calidæ, ſed igne calefaciendæ. Ad conſumendos humores putridos conducunt, & appetitum cibi cient. Scholam, Eccleſiam & Rempublicam rectè conſtitutam habet, & reformatam à Luthero doctrinam profitetur.

GOLTBERGA à venis auri metallicis, quæ locupletes olim illic fuerunt, nominata vrbs eſt Sileſiæ, quam imprimis nobilitat ſchola, quæ officina multis annis fuit liberalium diſciplinarum, veræ pietatis, & literarum maximè ſalutarium. Alitur hæc munificentiâ Lignicenſium principum, & moderatorem habuit virum imprimis navum, induſtrium & diligentem, Valentinum Trocedorfium, qui in innumeris penè diſcipulis autor & dux ad adipiſcendam utilem & ſalutarem eruditionem extitit.

GOR-

GORLICIVM.

GORLICIVM ſuperioris Luſatiæ vrbs Hexapolios nomine comprehenſa, à combuſtione nomen invenit, ut Germanicè Brandſtadt appellari poſſit. Slavis enim Iſcharelitz combuſtio eſt, vnde tandem Gorlitz flexu ſeu commutatione quadam literarum factum eſt. Inſtaurari autem & muniri cœpit à Sobieslao Boëmiæ duce circa annum Chr. 1131. apparetq́ circa hoc tempus Marchiam Gôrlicenſem cum Niſſana conjunctam fuiſſe, quod literæ demonſtrant ad advocatos Budiſsinæ & Gôrlicij datæ, quibus numerus certus equitũ conſcribendorum poſtulatur circa annum Chr. 1147. Etſi autem Luſatia ſuperior, mortuo Marchione VVoldemaro ſine hærede maſculo, in poteſtatem Ioannis Lucelburgici Boëmiæ regis venit, & velut feudum Boëmiæ regno à Ludovico Bavaro imperatore attributa eſt: Gorlicium tamen Henrico Sileſiæ duci traditum eſt uſq; ad annum Chr. 1329. quo Zittavia Henrico illi aſsignata eſt. Gorlicium verò ad Boëmiæ regnum re-

dijt, ea conditione & lege, ne ullo unquam tempore ab eo abalienaretur aut avelleretur. Nibilominus anno C.1352. Carolus IV. Imperator Gorlicium Ioanni natu minori jure feudi vnà cum titulo ducis poſſidendũ dedit, & ut in verba eius cives jurarent mandavit. Verùm hic ipſe Ioannes propter effrenatam libidinem & inſolentiam civitate excluſus in inferiori Luſatia, quod reliquum fuit vitæ, potiſſimùm conſumſit. Hoc mortuo Iodocus Moraviæ & Brandeburgi Marchio, Venceslai & Sigiſmundi patruelis ducatum Gorlicenſem ſibi vendicavit, idq; Venceslai Boëmiæ regis permiſſu. Ad Gorlicenſes miſſa legatione ad Sigiſmundum Ungariæ Regem, impetrarunt, vt penes Bojemiæ regnum Ditio maneret. Rationes ſuæ poſtulationis habuerunt graves. 1. Quod ducis Ioannis imperium nimis fuiſſet durum, tum quod Gorlicium à corpore regni Boëmici haud liceret avellere. Ab hoc igitur tempore Boëmici regni membrum inviolatum hæc vrbs permanſit. Cœnobium quod in ea eſt, anno C. 1234. conditum eſſe perhibetur. Scholam habet illu-

ſtrem

ſtem in monaſterio, quæ aperta eſt anno Chriſti 1565. primo Rectore Petro Vincentio Vratislavienſi ex Academia VVitebergenſi accito. A quo tempore ſtudijs liberalibus affluxit. Civium humanitas eximia eſt, & mores haud inſuaves.

GOSLARIA.

GOSLARIA urbs in Hercynia, ab Heinrico Aucupe ad flumen Goſam condita, Pagus antea fuit, ſed anno demum 1201. à Chriſto nato munita eſt, poſtquam ab Othone rege clandeſtino introitu occupata fuit. Hæc complexa eſt doctrinã religionis purioris ab anno Chriſti 1521. ductu Ioannis Cleppij ædis D. Iacobi vicarij. Cleppio ſucceſſit Ioannes VVeſſelius, qui primus in hac Eccleſia adminiſtrationem Sacramenti cœnæ ſanctæ juxta inſtitutionem Chriſti incoavit. Non ita multò pòſt creſcente indies auditorum numero accerſitus eſt Magdeburga Nicolaus Amſdorfius, cujus opera ad normam VVitebergenſis & Magdeburgenſis eccleſiæ doctrina & ritus eccleſiaſtici ordinati ſunt. Inſpector ec-

cleſiæ fuit D. Ioannes Amandus ſcholæ gubernator.

Anno 1541. à Cameræ judicio proſcripta eſt Goslaria. Accuſata enim erat à duce Brunſuicenſi, quòd cives eius armata manu erumpentes cœnobium montis Gregorij incendiſſent, prehenſosq́; in eo ducis miniſtros occidiſſent. Erat autem fœderata Ioanni Friderico, electori Saxoniæ. Etſi igitur Henricus Brunſuigæ dux vehementer cupiebat edictum Cæſaris contra hanc civitatem exequi, & Goslariæ multum incommodabat: tamen intercedentibus fœderatis principibus executio proſcriptionis à Cæſare ad comitia Ratisbonæ indicta proficiſcente ſuſpenſa eſt. Henricus verò dux nihilominus Goslarienſes inſectabatur, & affligebat, quibuſcunq; modis poterat. Itaq; anno ſequente ab electore Saxoniæ bello petitus eſt.

GOTHA.

GOTHA Duringiæ vrbs ad Linam flumen, quod olim alluit eam, nunc verè interlabitur: à Gothis populis condita, quem-

quemadmodum & Gothinga in Saxonia, a tranſitu fortaſſè in Italiam, quam ſexies diverſis temporibus. ſecundùm Lazium, ingreſſi ſunt. Fuit autem Gothorum ſedes Gothia Europæ regio, Danis & Noruegis finitima, lingua eorum Germanica vetus. Aedificata eſt ab iiſdem Gothis etiam caſtellum vrbi penè contiguum, quod Grumenſtein, hodie Grimmenſtein appellatur. Duringiæ Chronicon à VVilhelmo Moguntino præſule conditam eſſe Gotham, circa annum 964. memorat. Reparata fortaſſè ab eo eſt, vel ampliata atque ornata. Otho enim Imperator tradidit illi archiepiſcopo VVilhelmo fratri ſuo Duringiam & Haſſiam. Ex quo veriſimile eſt, VVilhelmum ad extruendam Gotham, partem bonam magnamque attuliſſe.

Sunt qui ab abbate Hirsfeldenſi conſtructam eſſe Gotham, & VVaſſeburgum autumant. Fuit in poteſtate comitum Schvvartzburgenſium. Id quod inſigne duorum ferorum hominum, quod in domo quadam publica conſpicitur, indicat. Ab his in jus, & ditionem Duringiæ Land-

graviorũ conceſsit, & adhuc manet. Templum Auguſtini, quod habet hæc vrbs, fundatum eſt anno Chriſti 1216. Margaretæ verò templum ædificari cœptum eſt anno 1494. Hoſpitale à S. Eliſabeta fundatum eſt.

Anno 1369. Balthaſar Landgravius introduxit Linam in vrbem Gotham. Scaturit autem ille rivus in radicibus montiũ ſaltus Duringici per miros anfractus duobus fermè milliaribus ab vrbe, tantumq́; aquæ ſecum vehit, ut duabus vel tribus molendini rotis circumagendis ſufficiat. Oppidum quidem mirè purgat, ſordes eluens. Ager Gothanus ferax eſt frumenti, iſatidis, vini. Ex qua fœcunditate copia victus exiſtit ſalutaris hominibus, & pecudibus. Euangelij lucem maturè amplexa eſt. Commendaturam habuit, qua abrogata, reditus ad noſocomium translati ſunt.

Anno Chriſti 1524. cives canonicorum ſcorta expulſuri ſimul etiam ædes eorum fractis omnibus quæ occurrerunt, mirè deformarunt. Allata eſt de iſta injuria ad principem Ioannem querela, & res ſic com-

compoſita, ut pro illato damno ſacerdotibus 300. floreni numerarentur. Sedato hoc tumultu non licuit amplius alere concubinas ſacerdotibus, & cives etiam ipſi facti ſunt modeſtiores. Aſciti ſunt in ſenatum viri quidam docti, & vſu periti, quorum conſilio & opera Reſpublica in omnibus partibus eſt emendata. Refecti ſunt muri, vici, domus, templa, hoſpitalia, ut nova civitatis facies introducta videatur. Ita politia, diſciplina, & religio reformata eſt. Arx Grimmenſtein ſerò tandem ita munita fuit, vt quemcunq; impetum hoſtilem, atq; oppugnationem ſuſtinere potuerit. Hac à Guilhelmo Saxoniæ duce ad illum modum conformata eſt, qui anno 1530. fuit, & foßis, parvisq; pomeriis aucta eſt. Quanquam circa annum Chr. 1280. etiam Balthaſar Landgravius ad ornandam eam aliquid adjunxit, ſed neq; ſplendoris neq; firmitatis multum ante trigeſimum annũ habuit.

Fridericus ſapiens ille princeps munitionibus ſeu caſtris munitis non fuit delectatus: quod confidere illis plus, quàm animi

 & cor-

& corporis firmitate plerique ſoleant. Anno igitur demum 1530. de ſententia & decreto provinciæ, diruto cathedrali templo, vetere turri, & canonicorum ædibus, cœpta eſt ædificari arx, & opinione citius abſoluta, laborantibus in ea octies vel novies mille opificibus annos circiter vndecim.

Hæc anno Chriſti 1547. capto electore Ioanne Friderico, deſtructa eſt à Lazaro de Suendi Cæſariano duce. Sed eidem Ioanni Friderico in bulla Cæſaris anno Chriſti 1552. per quam in priſtinum ſtatum reſtitutus eſt, exceptis ijs, quæ Mauricio in capitulatione tributa erant, poteſtas data eſt illam arcem reparandi arbitratu ſuo, nemine prohibente. Quod etiam factum eſt. Confugerunt in eam rebelles quidam, & proſcripti ab imperio Ioannes Fridericus Saxoniæ dux, VVilhelmus Grumbachius eques Francicus, Erneſtus à Mandeslöe, VVilhelmus à Stein. Iccirco imperij decreto vrbem & arcem circumſedit Saxoniæ dux elector Auguſtus ſuperioris circuli Saxoniæ præſes, vnà cum Ioanne VVilhelmo Saxoniæ duce anno 1566. & die Decembris 25.

nomi-

mine & loco Cæſaris deditionem flagitavit. In obſidione, ut fit, fortunâ variâ ertatum eſt, & Auguſtus quidem, VVilhelmusq́; pro ſua quiſq; parte virili omnes ditus & exitus proſcriptis intercluſerunt, ormentis dies & noctes vrbem, & arcem verberarunt, & oppugnarunt, crebris velitationibus cũ præſidiarijs, qui intus erant, commiſſis. Tandem 13. Aprilis per deditionem in poteſtatem imperij conceſſit. Cum enim cognoviſſent cives, & præſidiarij milites, ſe imperatoris voci & autoritati reſiſtere abſq; nefario ſcelere ampliùs non poſſe, proſcriptos tradiderunt. In quos Auguſtus ſic animadvertit, ut Ioannem Fridericum Saxonem captivum Cæſari miſerit, à quo in Auſtria vrbe Neoſtadio cuſtoditus eſt. Grumbachium verò, & D. Chriſtianũ Pontanum cancellarium ducis captivi in partes quatuor ſecari juſſerit. Reliquos autem Ioannem VVilhelmum à Stein, & Davidem Bomgartnerum Auguſtanũ gladio feriri, Ioannem Beyerum de furca ſuſpendi. Quod factum eſt die Aprilis 18. in foro publico. Maij die 10. in comitijs Ratisbonæ

tisbonæ decretum eſt factum de demolitione arcis Grimmenſtein, & de impenſis in bellum factis reſarciendis. Conventus igitur Erffurdiæ inſtitutus eſt menſe Auguſto. Sumtibus computatis, inventa eſt ſumma 953630. florinorum; arcis verò deſtructio conſtitit 55549. florinis. Quam ſummam pro rata parte quiſq; princeps imperij exolvit, ſed & vrbis mœnia everſa ſunt, abſq; contumelia tamen ſenatus, & civium. Et ne quis fortè cauſſam aliquid exprobrandi illis haberet, Cæſar edicto pœnali cavit, quo & fidem illorum collaudavit, & teſtimonium obedientiæ juſtæ impertivit. In curia Gothana reperiuntur hi rhythmi:

Wo der Bürgemeiſter ſchencket Wein/
Vnd die Metzger mit im Rath ſein/
Vnd der Becker wigt das Brot/
Da muß die Armut leiden noth.

Auctæ ſunt res Gothanæ tàm ſacræ, quàm politicæ identidem novis acceſſionibus. An. C. 1286. Albertus Duringiæ Landgravius Saxoniæ Palatinus dimidiatum menſum agri VVartZæ ſiti virginum ſacrarum cœnobio

nobio ad S. Crucem donavit. Anno Chr. 1295. Hermannus Orlamindanus comes molendinum Mittelhuſinum eidem monaſterio conſecravit. Anno 1303. Albertus Duringiæ Landgravius, & Saxoniæ Palatinus impulſu Eliſabetæ conjugis ſuæ quinque marcas annui cenſus eidem tradidit, de quibus annis ſingulis natali illius die tria fercula cum vino, & cereviſia apponi in refectorio debuerunt. Anno Chriſti 1358. eadem Eliſabeta triginta modios partim tritici, partim hordei ad altare S. Blaſii deſtinavit. Anno Chriſti 1417. ſenatus vectigal minus à Friderico Duringiæ Landgravio, Miſniæ Marchione redemit, onereq́ magno pauperes levavit.

GOTTINGA.

GOTTINGA Saxoniæ vrbs pervetus, à Gothis Septentrionalibus populis, ut plerorumq́ fert opinio, condita. Hi enim ex Gothia progreſſi penè totam Europam peragrarunt, & Germanis, Italisq́ negocij plurimū faceſſerunt. Comitatus initio fuit, qui deſtitutus tandem hæredibus, & ſucceſſo-

ceſſoribus, ad Ducem Lotharium tranſlatus eſt. Torneamentum anno Chr. 1119. dux Lotharius, Saxoniæ elector, comes Supplinburgenſis, & Ambergenſis, qui paulò pòſt Cæſar factus eſt, in hac vrbe celebravit. Circumſeſſa eſt ab Othone duce, qui etiam arcem prope eam condidit. Quã tulerunt cives ad tempus, donec opportunitatem nacti, illam demoliti ſunt. Hoc controverſiæ certamen poſteà amicè compoſitum eſt. Domeſtico atq; inteſtino malo conflictata eſt anno 1515. civibus conſules duos apud Ericum ducem, quaſi rem malè gerentes, accuſantibus. Autores verò ſeditionis vrbe exceſſerant, ne à ſenatu comprehenderentur. Civibus nihilominus tumultuantibus, & vim injuſtam ſenatui adhibentibus, Ericus dux jubet rem integram eſſe uſq; ad ſuum adventum. Hic ubi advenit, tumultum ſedauit, & diſſidium ſic compoſuit, ut communitas jus haberet ſingulis annis ſenatum idoneum legendi, vel minus idoneum abrogandi, prout commodum Reipublicæ videatur, tùm rationes ab ærarij præfectis exigendi. His comprobatis, & ſta-
bili-

bilitis, reconciliatio gratiæ facta eſt, duo verò factioſi puniti. Religio & ritus eccleſiaſtici in hac vrbe mutari cœperunt anno 1530. operâ & miniſterio Ioannis Iſermanni, Ioanis Surelij & aliorum.

GRIMA Oſtlandiæ civitas cum arce ad Muldam ſub principe Saxoniæ. Sunt qui nomen idem eſſe opinantur cum Cremonâ in Italiâ, hac ratione ducti, quod Longobardi olim hîc & in Longobardiâ, quæ Lombardia hodie appellatur, multa oppida condiderint, Veronam, Bernam, Brixiam, Brug. Cœnobium quidem à monachis deſertum, in ludum illuſtrem anno Chriſti 1550. converſum eſt à Mauricio, & Auguſto Saxoniæ ducibus, nec adhûc ad alios uſus ædificium, & reditus ejus conferuntur. Ludo adjunctum eſt Nimitſchium ſupra Grimā ſitum. Vt autem reliqui duo ludi Portenſis & Miſn. in ducatu Sax. ſic Grimenſis in electoratu ſitus eſt. Et hæc cauſa eſt potiſſimum cur Merſeburgo huc ſchola provincialis translata eſt.

GROIZA vel GROETZSCHA ad Elyſtrum prope Pegaviam, ſedes olim firma comitum à Staden, à quibus ad VVi-

per-

pertum comitem devenit. Comites Groicenſes, olim etiam Marchiones Miſniæ dicti ſunt, quod de familia Marchionum oriundi fuerunt.

Anno Chriſti 1136. mortuo abſq; herede maſculo Henrico Marchione Luſatiæ, Luſatia & comitatus Groicenſis in imperij ius conceſſit. Quocirca Cæſar Lotharius Marchioni Cunrado tribuit.

GRYPHISVVALDA antiqua vrbs in VVolgaſtenſi ducatu Pomeraniæ, Academiam habet anno Chriſti 1468. inſtitutam.

HAGANOA.

HAGANOA Alſatiæ civitas imperialis inter Matram & Sornam fluvios, ſaltibus & nemoribus vndiq; cincta, ex vicis ſeu pagis quatuor imperij Romani, vel certè præfectura imperij Romani vna eſt, muro incluſa ab imperatore Friderico Barbaroſſa circa annum Chriſti 1164. Qui Cæſareum etiam palatium ibi condidit, in quo imperij inſignia, coronam, ſceptrum, pomum,

mum, gladium Caroli Magni & alia aſſervavit. Quæ tamen poſtea mortuo eius filio Philippo rege circa annum Chriſti 1219. à Spirenſi epiſcopo inſcientibus civibus, in arcem Triſelſium ad amnem Queicham translata ſunt.

Anno Chriſti 1540. menſe Iulio conventus Haganoæ indictus eſt religionis cauſſa, ut Colloquium de dogmatibus controverſis inter Pontificios & Evangelicos haberetur. Affuit quidem Ferdinandus rex & colloquium urſerunt proteſtantes: ſed propter abſentiam Saxonis & Landgravij dilata res in tempus & locum alium fuit. Decretum autem eſt, ut VVormatiæ iterũ eandem ob cauſſam conveniretur. Serò tandem eccleſia Haganoenſis reformata eſt, & Evangelij Lux ibi recepta, nempe anno Chriſti 1566. per Tubingenſes Theologos eò miſſos, Iacobum Andreæ & Philippum Herbrandum, primum eius loci Superintendentem.

HALBERSTADIA.

HALBERSTADIA, *quaſi Alberti urbs videtur nominata eſſe, cuius vetuſtas ex ſtatua Rolandi illic à Carolo Magno circa annum Chriſti 778. collocata cognoſcitur. Olim verò incolæ Halberſtadienſes Longobardi fuerunt, qui Iuſtini Imperatoris tempore cum rege ſuo Alboino in Pannoniam & Galliam cis Alpinam profecti ſunt, ubi regnum Longobardicum condiderunt, quod adhuc Lombardia ab ipſis appellatur. Epiſcopatus verò à Carolo Magno eodem translatus eſt, cùm quidem antea Salingſteti, quod nunc eſt Oſtrovicum, fundatus eſſet. Oppugnata eſt hæc urbs & direpta à comitibus Reinſteinenſibus anno Chriſti 1347. Inteſtino autem diſsidio turbata & convulſa eſt miſerrimè anno Chr. 1423. cùm duce & autore quodam cive Matthia Longo plebs concitata ſenatores & conſules comprehenſos in turres conjecit, & de media plebe ſenatum novum deſignavit. Epiſcopus Halberſtadienſis Iohannes de Hoyme, cognito tumultu, vicinarum civitatum Magdeburgæ, Brunſuigæ, Goslariæ, Northuſiæ, Quedlinburgæ ſenatores*

roga-

rogavit, operam darent, ut ſeditioſi comprimerentur. Quod fecerunt illi quidem & omnes nervos contenderunt, ut à propoſito inſano furioſam plebem revocarent: ſed obtinere nihil potuerunt. Reſponderunt enim ſeditioſi, ſe habere cauſſam adverſus ſenatum ſuum, quam ſine aliorum adminiculo expedire vellent. Cupere igitur, ut ſua agerent, nec in aliena negocia inquirerent. Dimiſſi ita civitatum ſenatores quievêre, ſeditioſi verò apprehenſos ſenatores ſuos in forum adduxerunt & decollarunt, tum domos eorum & bona diripuerunt. Neq; opulentioribus civibus pepercerunt, ſed pecuniâ eos mulctarunt, nec multum reliqui eis fecerunt. Cognati verò & propinqui decollatorum, captivorum & ejectorum ad Cæſarem profugerunt, & de injuria tanta graviter queſti ſunt. Cæſar igitur Halberſtadienſes proſcripſit. Adierunt etiam ijdē exules vicinos principes, & ut de innocentium captivorum liberatione curam adhiberent, flagitarunt. Alij cum nobilibus vicinis ſeſe conjungentes diripuerūt quicquid extra vrbem deprehendere potuêre, ut ne-

mo pedem porta efferre auderet. In has anguſtias adducti ſeditioſi quantum ſibi nocuerint, quod admonitionem civitatum fidelem aſpernati ſint perſpiciunt. Itaq; ad epiſcopum mittunt, ab eoq́; vt in gratiam recipiantur, petunt. Epiſcopus vir probus daturum ſe operam reſpondit, vt ex difficultatibus, quas ſuâ improbitate ſibi accerſiverant, liberentur. Hoc reſponſo confiſi ſeditioſi inſolentiores facti ſunt. Habebat epiſcopus coadjutorem Magnum Saxoniæ & Leoburgi ducem, qui adductis militaribus copijs Halberſtadienſes graviter afflixit, & quicquid extra vrbem apprehendere potuit, id arripuit, quæſtum prædasq́; magnas fecit, nonnullos etiam ex ſeditioſis cepit. Sed ne hoc quidem modo comprimi furor civium potuit. Quocirca principes & civitates Hanſaticæ legatos ſuos Halberſtadium miſerunt, & tumultuantes, vt deſiſterent, monuerunt, ſimul indicantes, ni obtemperent, fore, ut animadverſio gravior ſuſcipiatur. Cum ne ſic aliquid perficerent, Epiſcopus Ioannes coadjutor eius dux Magnus, civitates item vicinæ, & ante-

nomi-

nominatæ vrbem obſidione cinxerunt & tradi ſibi 24. ſeditionis autores ſine conditione ulla poſtulârunt, reliquis veniam petentibus parſuros ſeſe eſſe pollicentes. Sed obtineri à contumacibus nihil potuit. Itaq; obſideri arctius cœperunt, & cum vim tantam adhiberi viderunt, animos demiſerũt, & Matthias Longus ille, qui facem ad ſeditionem prætulerat, mutato habitu clàm ex vrbe profugit. Sed cognitus nihilominus & ex fuga retractus epiſcopo traditus eſt. Verùm ut cæteri proderentur nullo modo impetrari potuit. Iccircò adhibitis machinis bellicis vi majori oppugnata eſt vrbs, & cum iterum admoniti cives de propoſita ſententia vi nulla depelli poſſent, omnis ſpes veniæ impoſterum eis denegata eſt. Mox verberata tormentis eſt vrbs adeò, ut ruinam minarentur omnia. Compulſa igitur plebecula, quæ partim promiſſis, partim minis ſeducta erat, tumultus autores tradi seriò poſtulat, ne cum vxoribus & liberis miſerè omnes pereant. Sic tandem à plebe miſſi ſunt illi in caſtra ad principes ac civitates, ſimulq; petitum eſt, ut reliquæ

turbæ venia daretur. Etſi autem aufugere nonnulli conati ſunt, tamen epiſcopus per totam regionem obſervari & capi fugientes præcepit, præmiaq́; ijs eſt pollicitus, qui ex fuga retractum aliquem reducerent. De reis autem in caſtris ſumtum eſt ſuppliciũ, tùm in vrbem miſſi ſunt conſiliarij, qui novum ſenatum deſignarent. Hic exitus fuit ſeditionis Halberſtadienſis, poſtquam triennium durârat. Eſt autem forma politiæ & eccleſiæ in hac civitate ſat commoda. Et religio quidem maturè emendata eſt ad Auguſtanæ confeſſionis formam, capitulum verò ſeriùs aliquanto eandem doctrinam amplexum eſt epiſcopo Henrico Iulio Brunſuicenſium duce religionis puræ & orthodoxæ patrono & cuſtode integerrimo.

HALA.

HALA imperialis civitas in Suevia ad Cocharum fluuium qui eam interlabitur, à voce græca τȣ̃ ἁλὸς nominata, ex quâ latinè fit Sala vel Saltz / & Salina, quia fontes ibi aqua ſalſa fluentes etiam Ptolomæi temporibus conſpecti ſunt. Offici-

nas

nas ſalinarias, in quibus ſal coquitur, ad centum & vndecim habet. Sedes nobilium olim fuit, qui turres lapideas inſtar caſtellorum in ea ædificarunt, à quibus Siebenburgum fuit vocitatum. Hæc præſidium Suevis adverſus Francos præbuit, & ludis, torneamentis certaminibusq́ ſingularibus nobilitata eſt. Quicunque enim nobiles per monomachiam ſive duellum vindictæ cupiditatem explere voluerunt, his à Cæſaribus Hala tanquam palæſtræ locus fuit datus, vbi de fama & capite decertarent. Conſentaneum eſt autorem legum huius duelli fuiſſe Caracallem imperatorem, qui eodem in loco ludos Germanis fecit, & duelli huius iudicium ad ſenatum populumq́ Halenſem tranſtulit. Antoninus verò & Rupertus Cæſares Romani privilegijs eandem Rempublicam ornarunt. Diviſa eſt civitas in partes tres, quarum una vocatur Hala antiqua, à lacunis ſcil. ſalſis; ſecunda ſuburbium trans Cocham, tertia ſuburbium Gelbingicum, quæ omnia poteſtate ab imperatoribus acceptâ munita ſunt.

HALA SAXONVM.

HAla Saxonum *vel potius Hermundurorum à ſale, qui græcis eſt ἅλς, nomen adepta eſſe videtur propter fontes ſalis qui in ea ſunt. Eſt enim ſal idem quod ἅλς per metathesin ſcilicet tranſpoſitis literis. Apparet autem Germanos ex commercijs & infuſione Iudæorum & Græcorum maturè vocabula quædam peregrina aſciviſſe & in ſuam linguam convertiſſe. Quod crebra exempla demonſtrant tàm Græcarum quàm Hebraicarum vocum in lingua germanica. Meminit autem Tacitus ſalis fontium, de quibus olim Chatti cum Hermunduris certarunt, ex quo vetuſtas ſalis in hoc loco eruti poteſt cognoſci. Vixit enim Tacitus fermè centeſimo anno poſt natum Chriſtum. Aiunt porcum olim illic volutatum ad Solem albicaſſe & ſalē prodidiſſe. Sunt autem Halæ fontes ſalis quatuor eminentes ad S. Mauricium verſus Septentrionem, quorum tamen primarius eſt Teutonicus, ex quo aqua copioſa & denſa erumpit. Ac niſi exhauriatur intra*

tra dies 27. exundat & in profluentem ſeſe exonerat. Salis porrò ea vis eſt, ut carnis putredinem prohibeat, propterea in ſacrificijs adhibitus eſt, vt integritatem & puritatem doctrinæ verbi divini ſignificaret. Levitici 2. præcipitur, nihil abſq; ſale Deo offerendum eſſe. Et Num. 18. Fœdus ſalis appellatur id quod perpetuum, firmum & ratum eſt. 2. Paral. 13. dedit Deus regnum Davidi & filijs eius fœdere ſalis. Paulus Coloſſ. 4. ſermonem Chriſtianorum vult eſſe conditum ſeu perſperſum ſale, hoc eſt, verbo Dei, & comitate accommodata locis, temporibus & perſonis ſine fuco & fraude. Pagus initio conditus ad hos ſalis fontes fuit Dobrebora vel Doberſolo dictus, anno Chriſti 981. ab Othone II. imperatore in vrbem converſus eſt.

Anno Chriſti 1130. Cives Halenſes Cæſaris Lotharij aulicos atq; legatos cum eorum miniſtris occiderunt. Iccirco ab eo circumſeßi & ad deditionem compulſi ſunt. Autores verò tantæ rebellionis ſic puniti ſunt, vt eorum aliqui capite plexi, alij manibus pedibusq́;, alij viſu privati ſint, alij

alijs modis tractati. Pars etiam fuga ſalutem petijt. Reliqui cives pecunia ingenti mulctati ſunt.

Anno Chriſti 1264. Rupertus Magdeburgi archiepiſcopus Iudæos, qui Halæ erant copioſi, multis incommodis affecit, & pecunia grandi mulctavit. Quod cùm ferre ac pati nollent ſenatus & cives, propterea quod libertatis multũ Iudæis promiſiſſent, ipſe adjutus à comitibus Mansfeldenſibus urbem in eas anguſtias redegit, ut tàm Iudæi quàm cives ipſi mulctam grandem exſolvere cogerentur.

Anno Chriſti 1433. grave & diuturnum diſsidium inter ſenatum & cives ortum eſt, ex quadam tranſactione ſenatus cum archipræſule, ut excommunicatione, in qua propter occupatum Frideburgum unà cum Magdeburgenſibus erant, liberarentur, & in priſtinum ſtatum communis imperij pacis reſtituerentur. Promiſſa autem erat archiepiſcopo & capitulo certa pecuniæ ſumma propter illatam injuriam exolvendæ. Hoc pacto ſoluta eſt quidem excommunicatio: ſed cùm id omne inſcijs cibus

vibus

vibus factum eſſet, diſsidere illi cœperunt à Magiſtratu ſuo, eumq́; comprehenſum in cuſtodias incluſerunt. De hoc tumultu certiores facti civitates vicinæ Magdeburga, Brunſuiga, Halberſtadia, Aſcherslebia, Quedlinburga, ilicò accurrerunt prohibituri, ne vis major ſenatoribus captis inferretur. Inter agendum renovatum eſt fœdus cũ Magdeburgenſibus, eoq́; probè ſtabilito capti ſenatores dimiſsi ſunt. Archiepiſcopus verò operam dabat enixè, ut denuò Halẽſes excommunicaret. Illi verò perſuaſi à ſocijs civitatibus hoc fulmen contemſerunt, utpote quod non aliunde proficiſceretur, quàm quod jura ſua tuerentur. Capitulum verò Magdeburgium ſedibus ſuis expulſum ad electorem Saxoniæ Fridericum profugit opem adverſus civitatem ab eo petens, pecuniaq́; ſummam grandem pro belli impenſis pollicens. Elector aſſumto in ſocietatem fratre VVilhelmo Landgravio Duringiæ, Haſsiæ item Landgravio, & comitibus Schvvartzburgijs, Mansfeldijs, Stolbergijs & Honſteinijs exercitu Halam circumdat, tormentorumq́; globis ingentibus

bus undiq; quatit & premit. Halenſes verò ſociorum promiſsis auxilijs confidebant quidem, ſed juvari ab ijs propter obſidionē arctiorem minus poterant. Venerant tamen paulò antè in vrbem cives quidam & conducti milites Brunſuigij, quos principes ex vrbe ad colloquium evocabant. Quo cum ventum eſſet, principes ab ijs poſtulabant, eò rem adducerent, ut induciæ fierent ad vberiorem tractationem vſq;, donec lis forma commodiſsima componi poſſet, ne civitas plus detrimenti caperet. Hi verò reſponderunt ſtrenuè, ſe ſuaſores eſſe minimè poſſe, ut ad illum modum induciæ paciſcerentur. Fieri enim poſſe, ut conditiones pacis duræ admodum civitati in tractatione futura proponerentur. Quod ſi seriò exoptent principes pacem, ſtatim de ea componenda conſilium ineant, quo utraq; pars certi aliquid habeat, quod ſequatur. Elector & ſocij belli ex hoc Brunſuigiorum reſponſo ſatis intelligebant non multùm obtineri poſſe aut effici. Ideò obſidionem ſolverunt: Nihilominus tamen Halenſibus damni plurimum dederunt. Subſidio quidem

eis

eis veniebant Eisfeldi: ſed cum principes vim majorem adhibituri eſſent, & minas graviſsimas jactarent, interpoſuerunt ſeſe vicini, Merſeburgius epiſcopus Boſo, & Bernhardus Anhaltinus princeps, Halenſium amici. Hi prope Halam inſtituto colloquio litem ſic tandem diremerunt, vt Halenſes & Magdeburgÿ capitulo omnia redderent quæ occuparant, & oblivio injuriarum perpetua ſanciretur. Hoc modo tàm ex banno Pontificis Romani quàm ex proſcriptione Cæſaris exemti Halenſes & Magdeburgÿ pacem conſecuti ſunt.

Anno Chriſti 1478. alia diſſenſio inter ſenatum & ſalinarum dominos nata eſt, ob quam accerſiti Halberſtadienſes in conſilium adhibiti ſunt. Sed dum conſultatur, claves vrbis à nonnullis archipræſuli qui tunc Gebichenſteini erat, traduntur, & in vigilia S. Matthæi vrbs occupatur, libertateq; ſua & privilegÿs omnibus priuatur. Inde boni viri non pauci incommodis magnis affecti ſunt. Interpoſuerunt ſe quidem nonnulli comites vicini præſertim, & VVoldemarus Anhaltinus litem dirimere laborantes,

rantes, ſed aliud obtinere nihil potuerunt, quàm ut arbitris delectis nempè tribus comitibus, tribus canonicis, tribus nobilibus, & episcopo Miſnenſi Ioanne à VVeisbach, controverſia componenda relinqueretur. Hi tandem decreverunt ut capti Halenſes propter ſeditionem motam archiepiſcopo tribuerent quartam partem ſalinarum ſuarum, quintam verò partem reliquorum bonorum ſuorum omnium, & 500. florinos conferrent ad ſtatuendum monumentum perpetuum civi Schiltbachio, qui in ſeditione occiſus erat. Sequente anno archiepiſcopus arcem Mauriciburgum condidit, ex qua comprimere, ſi opus eſſet, Halenſes poſſet. Arx propinqua Halæ Gibichenſtein anno Chriſti 1008. ab Henrico II. imperatore, donata eſt archiepiſcopo Magdeburgio cum præfectura. Rulandi verò ſtatua monumentum eſt à Carolo Magno poſitum ſororis ſuæ filio Rulando, eiq́ privilegia certa attributa ſunt. In archivis Saxonicis legitur dignitatem Burggraviatus Halenſis unà cum Septemviratu à Sigiſmundo imperatore translatam eſſe ad Fridericum I.

Saxo-

Saxoniæ electorem gratiæ cauſa: Quod in Magdeburgi deſcriptione fuſius explicabitur. Cœnobij operis novi, quod nunc muro vrbis circumdatur, fundator eſſe perhibetur Adelgotus, archipræſul Magdeburgicus.

Anno Chriſti 1546. in fine menſis Decembris, abſente in bello Germanico Ioanne Friderico electore, Mauricius Saxoniæ dux Halenſes ſibi adjunxit, & Ioannis Friderici jus Burggraviatus & hæreditariæ tutelæ in ſe transmovit. Quod moleſtè ferens Elector denunciat Ioanni Alberto arcqipræſuli, ſe venturum cum exercitu, & jus ademtum recuperaturum eſſe. Monet interim tamen amanter, ut ſponte ſua ſeſe dedant Halenſes & homagium non recuſent, tum ſubſidium pecuniarium aliquod decernant. Non multò pòſt ex bello in ſuperiori Germania cum Cæſare geſto reuerſus cum copijs ſuis Halam venit, eamq́ occupavit, & archiepiſcopum Ioannem Albertū in eas anguſtias compulit, ut utrumq́ epiſcopatum Magdeburgium & Halberſtadienſem fidem ipſi jurare ſineret. Diripiebant-

bantur item cœnobia, illudebantur & vexabantur monachi quicunque deprehendi poterant. Reliquus erat civis quidam pontificiæ religioni deditus Caſpar Querhammer, qui in Lutherum ſcripſerat, & Euangelicam religionem contumelijs multis lacerarat. Hic igitur arreptus pœnas ſuæ pervicaciæ ſat graves tunc dedit. Calices, chirothecæ, infulæ & id genus alia precij magni Islebiam mittebantur, ubi ex parte quadam moneta inde cuſa eſt. Reſpublica porrò Halenſis & legibus bonis munita eſt, & ordine juſto adminiſtratur. Eccleſia tota Evangelij luce repurgata eſt, & Auguſtanam confeſſionem ſonat. Schola quoque fuit & adhuc eſt frequens, & tàm docentium quàm diſcentium copia, aſſiduitate & induſtria excellit.

HAMBVRGA.

HAMBVRGA *Vandaliæ vrbs florentiſſima, olim Gampriviorum ſedes Ditmarſiæ, Holſatiæ & Stormariæ vicina. Non ab Hammone, qui nunquam agnitus*

eſt in

eſt in his regionibus, ſed ab Hain ſeu luco nominata, ut ſit Hamburga per ſyncopen Hainburga; vel à voce Ham, qua ſylva ſive ſaltus ſignificatur ein Forſt / *quod olim ſylva inter Alſtriam, & Billam flumina Ham dicta ibi fuerit. Quo nomine etiam alia loca appellantur, ut Ham in Holandia, Ham in VVeſtphalia; Ham in Friſia. Ditmarſi Ham vocant ſalicetum ſeu pratum. Cranzius venuſtè ait Saxones in his regionibus Vandalicæ gentis nomen & memoriam abſorpſiſſe, ſive obliteraſſe; ut nunc Saxones eo loco habeantur, quo Vandali habiti ſunt olim. Caroli Magni ætate anguſtus fuit collis, in quo cathedrale D. Petri templum hodie eſt. Dominum habuit Albionem NordAlbingorum principem. Hic VVitikindi patruelis fuit, & unà cum eo Chriſtianus factus eſt. Oderant autem Chriſtianam religionem Heneti finitimi. Iccircò oppidum ferro & igne deleverunt. Reparatum verò eſt à Carolo, & Ludovico Pio, & ſancto Antzgario epiſcopo cura, & gubernatio Eccleſia commiſſa. Denuo direptũ & vaſtatũ eſt à Normannis, & cum id temporis eccleſia Bremenſ. epiſcopo careret,*

Ludovicus Germanicus Antzgarium illi miſit, qui pontificis Romani conceſſu vtramq; Eccleſiam Bremenſem & Hamburgenſem conjunxit, & ex jurisdictione Colonienſis eccleſiæ exemit. Iterum hoc ipſum oppidum ab Henetis & Danis vaſtatum eſt. Erat eo tempore inferioris Saxoniæ dux Hermannus Billingus ab Othone I. creatus. Hic igitur Hamburgum quoq; gubernavit, & poſt eum Benno filius. Muro primum duodecim turribus diſtincto circumdata eſſe hæc vrbs dicitur à Betzelino epiſcopo circa annum Chr. 1046. Templum ex lapidibus extruere aggreſſus eſt Albertus Bavariæ comes epiſcopus decimus tertius, Bernhardus verò Saxoniæ dux arcem ad Elyſtrum condidit, indeq; nova vrbs initiũ duxit, quæ ſedes aulæ ducum Saxoniæ fuit, ſicut vetus archiepiſcoporum. Extinctis verò jam Hermanni Billingi poſteris, Lotharius Saxon. dux Adolpho comiti Schauenburgio gubernationem Holſatiæ & vrbis Hamburgæ commendavit: quam etiã ille tenuit vſq; ad annum Chriſti 1137. Sub his igitur comitibus civitas opibus, & viribus

ribus mirificè aucta eſt, & quidem Adolphus III. Adolphi Schauenburgi comitis nepos accepta ab Hamburgenſibus pecuniæ ſumma, qua ad profectionem in terrā ſanctam cum Friderico Barbaroſſa indigebat, privilegia civitati attribuit ampla, quæ etiam ab imperatore confirmata ſunt. Privilegiorum tenor is fuit, ut intra duo milliaria ab vrbe nemini liceret arcem ædificare: ne vectigalia penſitarent Hamburgenſes in Albi ad Mare uſq;: ad nulla belli onera obligati eſſent Holſatiæ comitibus, nec arreſto vllo per Alſatiam aſtringerentur. Etſi autem abſente in Paleſtina Adolpho III. Hamburga ab Henrico Leone eversa eſt: tamen recuperata eſt eadem vnà cū Lubeca ab eo ipſo Adolpho, à Bernhardo Vrſo Saxoniæ duce adjuto. Verùm non ita multò pòſt Sleſuicenſis dux VVoldemarus fratris Daniæ regis ope utramque vrbem Lubecam & Hamburgam in ditionem ſuam redegit, Adolphumq; prælio ſuperatum omni jure, quod in Holſatia habebat, exuit, in patriamq; ſedem vt reverteretur coëgit. Rex vero Albertum Or-

lamundenſem comitem Hamburgæ præfecit, qui ſenatui centum quinquaginta marcis argenti jus ſuum quod in urbe habebat, vendidit, eoq́ꝫ contractu quaſi gradum, atque aditum ad libertatem civitati jecit. Poſteà Adolphus IV. hanc ipſam libertatē & cætera privilegia eidem confirmavit. Sic libera facta civitas titulotenus tantum ſub imperio Holſatiæ comitum manſit.

Anno Chriſti 1510. bellum per annos octo geſſit Lubeca cum Danis; quo durante magnoperè crevit Hamburga. A ſocietate enim belli abſtinebat. Iccircò liberè negociabatur, & penè ſola in Dania & Noruegia cum Holandis, & Flandris mercimonia exercebat. Ita vicinæ urbis incommodo ſuum auxit Hamburga commodum.

Anno Chriſti 1556. & ſequentibus Hamburgenſes merum & mixtum imperium in Albi ſibi vendicantes, in utraque Albis ripa cogebant omnes naves frumentum per octodecim milliaria vehentes Hamburgum tendere, ut ibi venderetur, idq́ꝫ ſibi privilegio quodam à Friderico III. conceſſo licere affirmabant. Grave id erat

Lu-

Lunæburgenſibus, Stadenſibus, Buxdehudenſibus per tantas ambages Hamburgum appellere, ibiq́; vectigal penſitare. Itaq; querelam juſtam ſeſe habere putabant. Atq; Chriſtianus Daniæ Rex ipſe etiam legatis Hamburgum miſsis eadem de re querebatur. Illi verò jus ſuum quo vltra hominis memoriam vſi eſſent, vrgebant. At rex quidem mitius rem agebat, nec vi vim iſtam repellere volebat. Verùm filius eius Fridericus, cum de hac juriſdictione, & præſcriptione longi temporis, quam allegabant Hamburgenſes remittere nihil vellent, viciſsim naves eorum in Helleſponto Daniæ, cæteriſq́; regni ſui partibus detinet, commerciaq́; ijs prohibet. Sed interceſſerunt nonnulli electores, & principes, & litem ſic diremerunt, vt Hamburgenſes regi multam 10000. Ioachimicorum pro illata injuria penderent. Rex verò deinceps quoad lis pendeat, nullas naves Hamburgenſium in ſuo regno detineret: ſalvo interim utriuſq; partis jure. Hamburgenſes item caverent deinceps, ne regem vlla iniuria laceſſerent.

Anno Chriſti 1573. quidam ſubditi regis in mari frumentum vehentes ab Hamburgenſibus intercepti ſunt. Rex ergò viciſsim circiter triginta eorũ naves in Helleſponto Danico captas arreſto ad ſexenniũ detinet, regnaq́ſ ſua ita illis occludit, vt commerciorum uſu omni priventur. Iterum quæſitæ ſunt interceſsiones principum, & judicij Cameræ: ſed placari exacerbatus regis animus non poterat, niſi 100000 Ioachimicos ipſi darent, liberumq́ſ ſubditis eius exponendi frumenti facultatem permitterent. Quod durum quidem civitati viſum fuit: utilius tamen erat, quàm commercij Arctoi orbis, & Balthici maris, quibus ſexennium jam caruerant, diutius privari.

Anno 1570. in comitijs Spiræ indictis contentio acris extitit, utrum Hamburga imperio, an Holſatiæ ducibus ſubjecta eſſet? Ac Hamburgenſes quidem negarunt, ſe Holſatiæ ducibus unquam ſubjectos fuiſſe. Holſati verò rationibus compluribus contrarium probarunt, primùm aliquot centenis annis eam urbem Holſaticæ domui ſub-

jectam

jectam fuiſſe. Secundò libertatem & privilegia præcipua ab eadem domo accepiſſe. Tertiò Rolandi ſtatuam in vrbe erectam ab Holſatis remotam eſſe. Quartò juſſos eſſe Hamburgenſes à Carolo IV. Holſatiæ ducibus obedire. Quintò homagia, ſeu fidem ab eadem civitate promiſſam eſſe regi Chriſtiano I. Ioanni & Friderico fratribus, item Chriſtiano III. à quibus etiam privilegia eius confirmata ſint. Sextò inſigne ducum Holſatiæ, nempe folium rutæ Hamburgenſes in ſuis inſignibus geſſiſſe, & in moneta ſculpſiſſe. Septimò, imperio contributionem denegaſſe propterea quod Holſatis ſubjecta eſſet. Octavò in conventibus provincialibus Holſatiæ tanquam ſubditum ſeu membrum ducatus comparuiſſe. Nonò, auxilium adverſus Brunſuicenſem ducem ab Holſatiæ principibus rogitaſſe. Quoniam verò id temporis decidi lis non potuit, decrevit ſenatus imperij, cauſſam in præſenti ſtatu relinquendam eſſe, donec judicium Cameræ certi aliquid ſtatueret.

Anno Chriſti 1603. Octob. die 30. Ham-

burgenſes Regi Daniæ, ut duci Holſatiæ, ſimul etiam Ioanni Adolpho Holſatiæ principi, quorum vterq; per vices gubernationem illius ducatus ſicut Sleſuicenſis tenet, homagium præſtiterunt. Fidem enim utriq; dederunt per ſenatum, & delectos cives, ritibus & verbis ſolennibus olim vſitatis. His principes viciſsim ſeſe obſtrinxerunt ad tuendam vrbem, & jura eius. Aſſuerunt huic ſolennitati perſonæ illuſtres utriuſq; ſexus, etiã electoris Saxoniæ Chriſtiani II. conjunx, regis Daniæ ſoror. Pontificij errores, atq; abuſus in eccleſiam invecti maturè in hac civitate aboliti ſunt anno Chr. 1522. Primùm per magiſtrum Ordonem Stiphelium paſtorem ad S. Catharinam. Deinde per magiſtrum Stephanum Kempe Franciſcanum, tùm per Ioannem Zegenhagium, & Iohannem Fritſchium. Etſi autem certamina initio mota ſunt, tamen ſopita paulatim illa ſunt, & VVitebergâ accerſitus D. Bugenhagius formam juſtam doctrinæ, & ceremoniarum in eccleſia præſcripſit, & in ſtatum commodum, tranquillumq; eandem adduxit: Inſpectore & ſuperin-

perintendente Ioanne Aepino, viro gravi, erudito, induſtrio & pio. Schola quoq; in cœnobio S. Ioannis inſtituta eſt, liberalis doctrinæ officina maximè ſalutaris.

HANNOVERA.

HANNOVERA *Saxoniæ vrbs ad Leinam fluuium aggeribus, foſſis & muris munita, tùm civium etiam frequentia, & conſenſu roborata. Arx olim ibi fuit Leinenrode dicta: ſedes aulæ comitum à Rhoden. Ab hac pons in Leina extructus fuit, per quem tranſitus in oppidum, ubi aulici miniſtri habitabant, patuit, qui adhuc arcis via vel Burckſtras appellatur. Cùm igitur quæſitum eſt in aulâ, vbi ſecretarius, vel ſcriba, vel alius quicunque miniſter eſſet? reſponſum eſt Idiomate Saxonico,* Hennůſer / *hoc eſt, tranſiit ſcilicet in oppidum, quod trans Leinam paulatim condebatur, & ampliabatur. Inde vrbi nomen inditum eſt à tranſitu ſcilicet ab arce per pontem in Leina: tametſi arx Leinenrode ab Hannoverenſibus auxilio Alberti ducis Saxoniæ & Luneburgi anno*

Chriſti 1370. in die pentecoſtes deſtructa eſt. Manſit autem hoc oppidum in ditione & jure comitum à Rhoden uſq; ad Henricum Leonem, qui per mortem ſublatis comitibus oppidum in poteſtatem ſuam redegit, & muro circumdedit.

Anno Chriſti 1182. ab Heinrico Barbaroſſa capta eſt, & injecto igne pars eius perdita. Iterum ab Henrico VI. exuſta, tùm oppugnata graviter ab Henrico ſeniore Brunſuicenſi VVilhelmi filio per aliquot dies, ſed fruſtra, anno Chriſti 1486. Non multò poſt anno ſcil. 1490. Henricus ſenior dux Brunſuicenſis ex inſidijs capere vrbē conatus eſt. Nam ante lucem novem cuſtodes in ſpecula collocatos occidit, & prima luce invadere vrbem voluit, ſed detecta fraus eſt per civē quendam, qui conſpectis militibus in hortis latitantibus, voce contenta clamavit, ne panderetur vrbs, adeſſe enim hoſtes in inſidijs locatos. Hoc modo conſervata eſt civitas divina cura atque providentia. Religio pontificia, anno demū 1534. emendata eſt opera Rudolphi Mylij, & Georgij Scarabæi: Imprimis tamen Urbani

bani Regij induſtria certus ordo doctrinæ ac diſciplinæ conſtitutus eſt, & ab eodem etiam eccleſia, quoad vixit, gubernata.

HAYLBRVNNA.

HAYLBRVNNA latinè ſalubris vel ſalutis fons, ad Neccari ripam civitas Imperialis Suevica, ſic dicta à copia ſaluberrimorum fontium, quorum aquis ſanari conſueverunt infirmi. Ex pago in urbis formam redacta eſt anno Chriſti 1085. vel, ut alij volunt, circa annum 1240. quo imperij civitatibus imperante Friderico II. adſcripta eſt. Monaſterium habet Carmelitarum forma & opibus præſtans, conditum de eleemoſynis à peregrinantibus collatis. Factus eſt enim concurſus hominum magnus ad S. Mariæ quoddam ſimulacrum ſive idolum ligneum, quod in frutice urticea ad foſſam oppidi locatum fuit, & cum ruſtica quadam prætereunte locutum eſſe opinionis errore ingenti ferebatur. Duravit autem hæc ſuperſtitio ad annum Ch. 1525. quo à tumultuantibus ruſticis monaſterium dirutum eſt. In bello Suevico

anno

anno Chriſti 1388. à proceribus imperij Romani obſidione cincta eſt Haylbrunna, direpta & vaſtata, exceptis Sacerdotum bonis, quæ tamen ſoluta obſidione ab Oppidanis dißipata ſunt, ne communem cum civibus fortunam effugerent. Anno Chriſti 1525. à furioſis ruſticis occupata eſt.

HAYNA.

HAYNA Hayn/ *Germanis & Henetis ſignificat lucum, vel ſaltum ſacratũ, & ab vſu publico ſeparatum, cuiuſmodi paßim ſaltus plurimi fuerunt, à quibus vrbes etiam nominatæ ſunt. Ex quo etiam eſt verbum* Hegen / *quod eſt ſeparare à publico uſu. Quod etiam ad judicia tranſlatum eſt, cum dicimus,* Gericht hegen/ *ad quod ſcilicet adire cuivis ſine venia non licet. Et Hôger pro* Heger *cuſtos, ſive defenſor, unde Homerus quoq; ἱερὸν κύκλον vocat ex voce græca fortaßè τοῦ ἁγίου, cuius diminutivum* Hånichen. *Eſt autem Hayna Miſniæ vrbs, olim Marchionibus Luſatiæ ſubjecta. Condita eſſe videtur vel ab Henetis,*

netis, vel à germanis ethnicis, nec nominis aliquam celebritatem habuit ante Fridericum, & Dicemannum Marchiones Miſniæ, fratres cum patre Alberto belligerantes. Tum enim Ioannes marchio Brandeburgicus, qui Alberto opem contra filios ferebat, Haynam primâ vigiliâ clam admotis ſcalis capere conatus eſt. Sed repulſi ſunt & cæſi milites eius à Caſpare Milticio teſſarario, ſive vigilum præfecto fortiter pro urbe ſibi commiſſâ propugnante. Qua quidem repulſâ fractus & debilitatus Ioannes marchio obſidionem urbis ſolvit, & pacem petijt, Dicemannus verò fidei, & conſtantiæ Haynenſium memor, multis beneficijs eos affecit. Iterum obſeſſa eſt eadem urbs à VVoldemaro Marchione Brandeburgico; ſed defenſa eſt à civibus ſtrenuè. Tandem capto Friderico Miſniæ marchione, VVoldemarus bona parte Luſatiæ, multisq; urbibus Miſniæ, in quorum numero Hayna fuit, potitus eſt. Quæ tamen non ita multò poſt in poteſtatem domini ſui Friderici redijt.

HEI-

HEIDELBERGA.

HEIDELBERGA *Ptolomæo Budoris ad Neccarum in montium radicibus ſita, loco tàm vini quàm rerum aliarum ad victum neceſſariarum feraci. Nomen habet à myrtillis, à quibus etiam mons myrtorum, & vrbs myrtilleti appellatur. Paulus Meliſſus:*

Heidelberga vocor myrtilli veſcula dona
Monte ſub arboſo mi tribuere notam.

Civitas eſt magnifica, potens & elegans, metropolis & ſedes Palatinorum Principum. Academiam habet à Ruperto Palatino fundatam anno Chriſti 1346. Reperiuntur in ea latinis literis conſignata monumenta, ex quibus cognoſci poteſt olim à Romanis eam eſſe frequentatam.

HELMSTADIVM.

HELMSTADIVM *Saxoniæ oppidum medio inter Magdeburgam & Brunſuigam itinere, à Caroli Magni filio muniri cœpit, vt præſidium eſſet contra Sorabos & Vilſos. Tradidit autem eam S. Ludgero, qui pri-*

primus monaſterij epiſcopus fuit, ut confugere illuc in curſu prædicationis evangelij poſſet. Ludgerus tribuit cœnobio Benedictino, quod VVerdena eſt ad Ruram fluvium. Huius monaſterij abbates, domini civitatis Helmſtadienſis manſerunt vſq; ad annum 1490. quo accepta pecuniæ ſumma, abbas VVilhelmo Brunſuicenſi duci eã vendidit. In hanc civitatem Iulius Brunſuicenſis dux Henrici filius Academiam, muſarum ſedem anno Chriſti 1576. collocavit, eamq́; ædificijs, collegijs, & profeſſoribus prolixè, liberaliterq́; ornavit. Introductio ſolennis facta eſt idibus Octobris, & primus Rector idemq́; perpetuus Henricus Iulius Iulij filius deſignatus.

HERBIPOLIS.

HERBIPOLIS Orientalis Franciæ, quæ hodie eſt Franconia, metropolis, latinè Erebi vrbs, vel Plutonis civitas, Germanicè Würtzburg / quaſi Erebßburg ethnicis dicta. Procul dubio fanum Erebi, vel Plutonis ibi fuit, ad quod tanquam ad ſa-

ad ſacrarium accurrerunt Franconiæ incolæ. Reliquum eſt in monte ſpelæum amplum & profundum Liberi patris, qui ibidē etiam cultus eſt. Hæc etymologia videtur eſſe aliquantò veriſimilior, quàm eorum, qui vel à dulci muſto, vel quaſi duplicem civitatem dici eam autumant. Sita eſt in plano, monticulis tamen & collibus undiq; circumjacentibus, qui vini ſuavis feraces ſunt. Ad Occaſum habet præterlabentem Mœnum cum ponte lapideo, quo tranſitur ad arcem in monte poſitam, quæ tam firma eſſe putatur, ut penè expugnari non poſſit. Apparet illam ab ethnicis tantiſper cultam eſſe, donec Chilianus, Colonatus, & Theodmanus Scoti in Germaniam à Pontifice Benedicto II. circa annum Chriſti 680. miſſi Gosbertum ducem Franciæ ad religionem Chriſtianam converterunt. Hi tametſi à Geilana impudica & impia occiſi ſunt, tamen Gosbertus in fide Chriſti permanſit, & filius eius Hentanus templum in monte, quod hodie S. Mariæ dicatum eſt, condidit. Non multò pòſt circa annum Chriſti 750. S. Bonifacius archiepiſcopus Moguntinus epiſcopa-

epiſcopatum ibi inſtituit, cui etiam adjunctus eſt ducatus Franciæ, ut utrumque ſit præſul VVurcepurgius, epiſcopus & dux politicus. Ex quo evenit, ut cum miſſam celebrat epiſcopus, gladium ſtrictum in loco propinquo poſitum habeat. Vnde eſt rythmus: Herbipolenſis ſola, enſe judicat ſtola. Quo gladius ciuilis ſoli VVurcepurgico præſuli tribuitur. De ſerie & ſucceſſione epiſcoporum in quarta parte Iſagoges hiſtoricæ dictum eſt. Xenodochium habet ad alendos pauperes quidem extructum, ſed tanto ſplendore & magnificentia, vt vrbi non diſſimile videatur. Acceſſit Gymnaſium ſive Academia recens, ſtudijs liberalibus & literatis hominibus affluens, nitore & opibus nulli cedens. Bella tam inteſtina quàm externa ſæpiùs experta eſt. Aliquoties etiam cum Bambergenſi epiſcopatu, cum Hennebergenſibus comitibus, & alijs vicinis de juriſdictione dimicavit.

Anno Chriſti 1389. cives ab epiſcopo ad imperatorem VVenceslaum deſecerunt. Sed cum ab eo nihil opis atq; præſidij conſequerentur, in prælio victi ſunt, & poſt

cladem acceptam in gratiam ab epiſcopo receptiſunt.

Anno Chriſti 1390. bellum inter epiſcopum, qui comes Suuartzburgicus erat, & Marchiones Miſniæ exortum eſt, ob captum & ſuſpenſum ruſticum in furto piſciū deprehenſum. Hanc enim injuriam vlturi Marchiones Leuchtenbergum & Calam occuparunt. Comes & epiſcopus viciſſim detrimenti multum in Franconia præſertim ad Coburgum rebus Marchionum afferebant. Hi ergò eductis copijs ſuis comiti & epiſcopo multum incommodabant, vt æris alieni plurimum conflaret epiſcopus. Ad quod diſſolvendum, & ad captivos ſuos liberandum à Marchionibus, VVurceburgenſes cives exactionibus magnis onerabat. Tametſi autem cogere repugnantes voluit epiſcopus: tamen non ſolùm nihil ab invitis impetravit, ſed etiam ab ijſdem cum ſacerdotibus vrbe pulſus eſt, & malè tractatus. Ventum eſt deniq; eò, ut vrbs capta ſit, diruti muri, dejectæ turres, & populi magna pars cæſa. Iterum anno Chr. 1426. capitulum unà cum civibus rebellavit

vit epiſcopo: ſed ſuperatum ab eo non ſine clade civium in concordiam rediјt. Conventus imperiј complures in hac civitate celebrati ſunt, quorum vnus in annum C. 1157. incidit, quo Fridericus Imperator I. Fridericum Suevum Cunradi Cæſaris filiũ inſpectantibus legatis Græcis in equitum auratorum ordinem cooptavit. Adfuerunt legati aulici, qui munera ampliſſima attulerunt ab Henrico Angliæ rege, papiliones grandes, & alia arma magni preciј; Germani item, Vngari, Itali & Galli præſtò fuerunt.

Anno Chriſti 1209. Otho imperator IV. comitia VVurceburgi habuit, in quibus principes, eccleſiaſtici & politici omnes comparuerunt vnà cum legatis Rom. Pontificis, Hugone Oſtienſi, & Leone Sabinenſi Cardinalibus. Imperator in hac frequentia principum & legatorum orationẽ habuit ſapientem & gravem, qua primùm gratias egit Deo, qui pro paterna ſua bonitate ipſum in periculis & morbis variјs ſervaſſet, & tandem ad ſummum illud honoris faſtigium extuliſſet. Deinde ordini-

bus cunctis gratias egit, quod obedientiam & fidem ſuam cumulatè præſtitiſſent, & ad comitia veniſſent: quibus etiam pollicitus eſt ſe imperio ita per Dei gratiam & auxilium præfuturum eſſe, ut nullum à quo electus eſſet, ſuæ operæ pœniteret, ſed omnes ordines commodi & emolumenti plurimum inde caperent. Tum ſe animum appuliſſe oſtendit ad ducendam conjugem, & jam tum Philippi imperatoris inclytæ recordationis filiam ſibi deſponſam eſſe. Verùm id ſibi obſtare, quo minus ſponſalia perficerentur, quod nonnulli dicerent, propter propinquitatem aut vinculum ſanguinis illicitum tale matrimonium fore. Quapropter expetere ſe ipſorum conſilium, cui parere etiam ſe paratũ eſſe dixit. Principes & prælati ſe deliberaturos eſſe ajebãt, & cum ſeceſſiſſent, reſpondebant, non videre ſe rationem, quare propter cognationem deſiſtere à propoſito honeſto vellet. Præſtò enim eſſe pontificis ipſius legatos, qui facilè diſpenſare poſſent. Mox gratulatione facta, ſponſam adduxerunt, & ad latus Cæſaris collocarunt, qui amplexus & oſculatus

latus

latus eam annulo precioſo donavit. Cardinales verò ſponſum & ſponſam in medio ſtantes abſolverunt à jure cognationis, quod impedire conjugium ipſorum poſſet. His peractis Cæſar, converſus ad ordines imperij, dixit: Agite, habetis nunc reginam, quã ipſi deſideraſtis. Curæ ſit igitur unicuiq; veſtrum, ut id quod ſui eſt officij expediat. Nos pro noſtra perſona in id ſedulò incumbemus, vt quod ſingulorum ſalus atq; utilitas poſtulat, efficiamus.

Anno Chriſti 1221. Fridericus imperator II. VVurceburgi conventum principum imperij egit, in quo queſtus eſt de Pontificum Romanorum injurijs, quod jus eligendi imperatorem ad ſe rapere omni conatu ſemper cupiviſſent, & adhuc idem niterentur. Nam & ipſi abrogatum erat imperium per pontificem Honorium III. qui excommunicarat illum, & imperium ab obedientia ei debita abſtrahere volebat, obtinuitq; id tandem imperator, vt filius eius Cæſar deſignaretur & Aquiſgrani inaugurraretur. Memorabile & hoc eſt, quod anno C. 1085. accidit, cùm Saxones, Heſſi, &

VVederavij rebelles Cæſari Henrico IV. fa-
cti VVurceburgum circumſederunt, ut eo
potiti imperatorem invadere & debilitare
facilius poſſent. Hic verò cum exercitu oc-
currit eis, ut VVurceburgum defenderet.
Concurritur ad Bleichfeldum, in pugnaq;
Cæſar in diſcrimen ingens venit. Nonnulli
enim in exercitu eius pecuniâ corrupti erãt,
ut cum prælium iniretur, Cæſarem è me-
dio tollerent. Hi ergò pugna ingraveſcente,
tumultum in exercitu Cæſaris ſuſcitant, &
interficere eum conantur. Ac vulneratus
quidem eſt Cæſar, ſed ſine periculo vitæ.
Nihilominus rumor percrebuit, occiſum eſ-
ſe Cæſarem. Quod etiam factum eſſet, niſi
is à ſuis militibus fide & animi magnitudi-
ne præſtantibus defenſus eſſet, & ſicarij in
fruſta diſſecti. Nihilominus Cæſaris copiæ
disjectæ & fugatæ ſunt, & peditum fermè
quatuor millia interierunt. Saxonibus ve-
rò VVurceburgum II. Auguſti traditũ eſt,
ejectusq; antea Adelbertus epiſcopus ſplen-
didè reſtitutus. Cæſar verò novis copijs au-
ctus VVurceburgũ cum feſtinatione conten-
dit. Quod cum præter opinionem Saxonum
acci-

accidiſſet, ipſi præſidio in vrbe relicto aufugiunt, majores copias comparaturi. Interim Cæſar vrbem recuperat, epiſcopumq; rebellem capit. Cuius tanta fuit pertinacia atq; ſuperbia, ut mori ſe malle dixerit, quã Cæſarem agnoſcere. Eo igitur amoto, repudiatus ante Meinardus in locum eius ſucceſſit. Burggravij verò VVurceburgi ab antiquo fuerunt comites Hennebergenſes vſque ad annum Chriſti 1260. quod apparet cùm ex monumentis, tùm ex inſignibus, quibus comites Hennebergij, quoad eorum ſtirps duravit, uſi ſunt, nempe aquila nigra dimidiata bicipiti in campo aureo.

Anno Chriſti 1400. bellum exarſit inter præſulem VVurceburgicum Gerardum Svvartzeburgi comitem, & cives, in quo ſtrage magna fuſi & cæſi ſunt cives.

Anno 1563. Guilelmus Grumbachius nobilis Francus, epiſcopi ſubditus, Alberti Marchionis Brandeburgici caſtra ſequens ditioni VVurceburgicæ damni multum intulit. Quamobrem feudis ab epiſcopo privatus eſt. Hæc ut recuperaret Grumbachius, multorum precibus & interceſſionibus

uſus eſt. Sed cùm nihil obtineret, collecto equitatu, celeritate incredibili vrbem matutino tempore invadit, & canonicorum domos ſpoliat. Ob hoc facinus ab imperatore proſcriptus in certa ſede vagatus eſt, donec in arcem Grimmenſtein receptus eſt.

HERRENBERGA.

HERRENBERGA *VVirtembergiæ oppidum uno milliari à Tubinga diſtans, à Chattis olim M. Antonini Philoſophi tempore conditum, & Chatſtedt vocitatum. Inde in poteſtatem comitum Palatinorum venit, tandemq́ à Palatino Cunrado venditum eſt Eberhardo VVirtenbergenſi comiti circa annum Chriſti 1382.*

HILDESHEIMIA.

HILDESHEIMIA *in inferiore Saxonia condita & epiſcopatus ibi fundatus à Ludovico Caroli Magni filio anno Chriſti 822. Dicta videtur à proprio quodam nomine conditoris, & à voce* heim / *quæ domicilium vel ſedes rerum, & fortunarum ſignificatur. Bella geſſit multa, ſed quæ mul-*

multo maxima ex parte epiſcoporum inſolentia, ambitione, & petulantia, fuerũt accenſa. Quos ſatius fuiſſet pedum & ſarculum geſtare, quàm cum principibus dimicare, & pacem publicam atq; privatam turbare. Satius igitur eſt, eorum pugnas oblivione obruere quàm literis perſequi. Certè non ad decus & laudem, ſed ad probrum ſeu ignominiam ſacri ordinis ſcribuntur, quæcunq; de epiſcoporum conflictibus bellicis memoriæ traduntur.

Anno Chriſti 1543. doctrina confeßionis Auguſtanæ in eccleſiam invecta eſt, intercedentibus & deprecantibus apud ſenatum electore Saxoniæ, & Haßiæ Landgravio. Nam & canonici contentione omni obſtabant, & ſenatus etiam ob receptam puriorem religionem nonnullos cives vrbe expulit. Ad opus verò emendationis eccleſiæ vocavit ſenatus Ioannem Bugenhagium, Antonium Corvinum, & Henricum VVinckelium. Cura autem inſpectionis commendata eſt Iodoco Iſermanno, clauſumq; canonicorum templum.

HIRSFELDIA.

HIRSFELDIA *olim Herolsfeld ab Herolſo conditore dicta, templum collegiatum habet anno Chriſti 738. fundatum à Lullo archipræſule Moguntino, cui privilegia ampla tribuit Carolus Magnus.*

Anno Chriſti 1569. Abbas Michaël Gymnaſium illuſtre ibi aperuit, collatis quadragies mille Ioachimicis ad neceſſarios diſciplinæ & doctrinæ uſus. Templum arte tanta politum continet, ut ſpectatu ſit digniſſimum.

IENA.

IENA *ad Salam fluvium in Duringia oppidum non admodum celebre, antequã ex Muſarum commercio nobilitari cœpit. Nomen, ut videtur, habet à vino, quod Hebræis eſt* Iain, *quod diſticho hoc exprimitur:*

Hinc placet Hebræo nobis hanc nomine dici,
Et vetus à Iain nomen Iena tenet.

Quæ etymologia, ſi vera eſt, nõ ab aliјs quã à Iudæis Iena nomen adepta eſt, qui poſt ever-

everſam politiam Iudaicam diſperſi ſunt in omnes angulos terrarum orbis, & in hæc etiam loca penetrarunt. Sedes fortunarum ſuarum paßim fixerunt, Synagogas condiderunt, & vini uſum cultumq; largiorem importarunt. Conſentaneum igitur eſt, ad Salam eos conſediſſe, & ex vini proventu victum quæſiviſſe. Quod in vicinum oppidum VVimariam attulerunt, ex cuius venditione illud nomen invenit, ſicut infrà dicetur. Monaſterium prædicatorij ordinis, à dominis de Leuchtenburg fundatum eſt anno Chriſti 1286. auctum verò, ornatum & locupletatum à pijs multis mulieribus & viris. Contulit quoque partem bonam Albertus Duringiæ Landgravius & Saxoniæ Palatinus. Confirmavit verò tandem Fridericus Landgravius Duringiæ & Marchio Miſniæ & Oſtlandiæ. Academiam habet liberalibus & doctis hominibus affluentem ab anno Chr. 1555. quo introducta eſt ſolennitate magna, & privilegia Cæſarea publicata die Ianuarij 25. munificentia & liberalitate ducum Saxoniæ Ioannis Friderici, Ioannis

VVil-

VVilhelmi, & Ioannis Friderici fratrum, ducis electoris Saxoniæ Ioannis Friderici filiorum.

INGOLSTADIVM.

INGOLSTADIVM *Bavariæ urbs ad Danubium ſita ſub Bavariæ Ducibus, ab Anglis Suevis nomen habet, qui cum Saxonibus in vnam gentem coaluerunt, & ex Angrivariæ ducatu in VVeſtphalia in Britanniam contra Scotos & Pictos militatum abierunt, ex quo etiam AngloSaxones dicti ſunt. Pagus olim fuit à Ludovico Bavaro in vrbem converſus, cuius ambitus intra mœnia paſſus 3500. complectitur. Academiam habet fundatam circa annum Chriſti 1471. In bello Germanico Cæſar Carolus V. cum copijs ſuis Ratisbonâ Ingolſtodium venit, auctus peditibus circiter 10000. equitibus verò 500. à Pontifice Romano miſsis. Erat jam denunciatum & adornatum ab vtraq; parte, Cæſaris ſcilicet & proteſtantium principum atq; civitatum, bellum. Providebant igitur proteſtantes, ne Cæſar occupato Neopurgo & Do-*

Donaverda in agrum VVittembergenſem invaderet. Iccirco commiſsis aliquot leuioribus prælijs repellere eum conabantur, & vado reperto flumen trajiciebant, ac loco ad Ingolſtadium edito caſtra ponebant, ex quibus Cæſaris caſtra tormentorum vi magna verberabant. Erat id temporis opportunitas rei gerendæ valdè optata, quam haud de manibus dimittendam eſſe cenſebat Haſsiæ Landgravius, & niſi obſtetiſsent ſocij, impreſsionem in Cæſaris exercitum feciſſet. Mirum eſt quod Carolus V. ibi in tormentorum fragore & globorum denſitate nihilominus Mathematis operam dedit, & fulmina tanta contemſit. Paulò pòſt menſe Septembri adduxit Maximilianus comes Beirenſis copias ex Belgio conſcriptas 4000. equitum, & 10000. peditum, quibus Cæſar non parum confirmatus eſt. Motis igitur caſtris Ingolſtadio Neopurgum venit, inſequentibus quidem proteſtantibus, ſed ſine prælio, indeq; Donavverdam contendit.

ISENACVM.

ISENACVM *Duringiæ vrbs quorundam opinione ab Iſide Aegypti regina nomen adepta eſt. Hæc enim regnante in Germania Suevo, in Aegypto autem dominante Ioſepho circa annum mundi 2240. venit in Germaniam, & artificium tundendi oleũ, plantandi vites, & alia ad victum cultumq́ vitæ neceſſaria Suevos docuit, vel certè meliorem aliquantò rationem colendi agrum oſtendit. Aegyptus enim propter fœcunditatem frumenti copia & bonitate abundavit. Fieri itaq́ potuit, ut inde in Germaniam ſerendi, & plantandi, item cereviſiam coquendi modus ab hac regina importatus ſit. Si hanc opinionem ſequimur, ſtatim vel non paulò pòſt Iſidis adventum in Germaniam dicemus Iſenacum eſſe conditum. Quid igitur vetuſtius erit Iſenaco? At ſunt in medio rationes quæ reclamant. Iſis enim Suevorum quidem dea habita eſt, ſed non Duringorum. Ergò veriſimile non eſt ab Iſide dictum eſſe Iſenacum.*

Anno

Anno autem à Chriſto nato 450. extitiſſe hoc oppidum conſtat, quod Attila Hunnorum rex victis jam, & fuſis Gallis, Suevis, Duringis, conventum in eo habuit, & in fidem ſuam Germanos recepit. Veriùs eſt à ferro, cuius copia illic cuſa eſt, nominatum eſſe oppidum, quod primùm quidem fuit vicus patens, in monte S. Petri ſitus, vbi templa duo fuerunt, quæ conciderunt, & cœnobium, quod vnà cum templis illis poſtea mœnibus vrbis incluſum eſt. Habuerunt ibidem domicilium ſuum Teutonici ordinis fratres, & Helgraviÿ in pagis, & prædÿs quæ ante vrbem illic extiterunt.

Arcis autem VVardburgi autor extitit Ludovicus Duringiæ Landgravius cognomento Salius, circa annum Chriſti 1050. in hunc modum: Mons quidem in quo ſita eſt arx, domini de Franckenſtein fuit; ſed cum in eo venaretur Landgravius Ludovicus, placebat ei adeò, ut arcis ibi ædificandæ incenderetur cupiditate. Ut autem dominium illius ad ſe transferre juris aliqua ſpecie poſſet, nocturno tempore terram ex ſua ditione finitima in eũ portari juſſit, ut in

ut in ſolo ſuo ædificare videretur. Hoc enim modo ſolum alienum facere ſuum conatus eſt. Dum ædificavit, accuſatus eſt à viro ſoli domino coram imperio. Is verò reſpondit, ſe ædificare in ſolo ſuo, idq́ſ ſe confirmaturum eſſe jure ſpoſpondit. Iuſſus eſt igitur teſtibus duodecim idoneis, vel jurejurando rem probare. Invenit ſtatim duodecim equeſtris ordinis homines, qui cum eo conſcenſo monte, enſes ſuos in terram, quæ illuc congeſta fuerat, figebant. Iurarunt igitur, ſe in Landgravij terra ſuos condidiſſe gladios. Sic obtinuit jus quæſitum Landgravius, & cæptam arcis ædificationem continuavit. Dictum autem eſt VVarburgũ à Warten/ *hoc eſt expectando, quod ibi Landgravius in venatione longius à ſuis digreſſus eos præſtolatus eſt.*

Uſus eſt autem ad ædificationem hac commoditate. Erat fames in Duringia grãdis admodum, Landgravius autem frumento abundabat. Itaq́ſ conduxit operarios pane ſolo, abſq́ſ mercede alia. Urbem verò ex pagis compluribus, qui ibi fuerunt, conflatam mœnibus idem Landgravius circumde-

cumdedit à templo D. Mariæ uſq; ad Xenodochium novum.

Anno autem Chriſti 1073. interiora ædificia parata ſunt, & multis modis adornata civitas. Fuit autem VVartburgum ſedes Duringiæ Landgraviorum, & varias fortunæ vices expertum eſt. Nec minora ferè incommoda ſenſit Iſenacum VVartburgo ſubjectum, propter vicinitatem, & fidem Landgravijs debitam. Duo tamen tempora difficilia utriq; acciderunt, arci & civitati, unum in diſſenſione duciſſæ Brabantiæ, Sophiæ, & Marchionis Miſniæ, quæ in annum Chriſti 1254. incidit. Cùm enim duciſſa precibus id, quod cupiebat, obtinere à Marchione non poſſet, ut videlicet Duringia cederet filio ſuo impuberi, vel electorum imperio ſententiam ea de re expectaret: Bello jus ſuum perſequi ſtatuit, & cum duce Brunſuigij Alberto ſocia arma junxit. Inde difficultates plurimæ ſunt ortæ, direpta oppida, & data mala, & damna, propè infinita. VVartburgum id temporis tenebat Henricus Miſniæ Marchio, cui opponebat Sophia, & Brun-

ſuicenſes alia caſtra tria Iſenacoburgum, Frovenburgum, & Mittelſteinum. Marchio contrà Carolbergum & Visbachum extruebat, ſperans ſe inde incommodi multum Iſenaco eſſe daturum. Sed irritus ferè fuit utriuſq; conatus. Brunſuicenſis igitur cum Chattis Creutzburgum diripuit, & incendio perdidit. Inde Iſenacum converſus arcem Klemmæ ædificavit ad mœnia urbis, ut ſi cives ad marchionem inclinarent, comprimi poſſent.

Anno 1260. Henricus Marchio arces Duringiæ multas demolitus eſt Iſenacoburgum, Mittelſteinum, Schouenburgum, tum Iſenacum etiam introitu clandeſtino cepit, & cives multos occidit, quos Sophiæ addictos, & obſtrictos eſſe magis ſuſpicabatur. Præter cæteros è funda projici beſides ex arce juſsit. Duravit hoc bellum annos novem, nec finiri aliter quàm prælio potuit. In quo Albertus Brunſuigius ſauciatus, & captus eſt cum multis nobilibus & alijs militibus. Controverſia autem ſic compoſita eſt: Albertus dux Brunſuigius tradidit arces, & urbes cum marcis argenti 8000. Hâ Sophiæ

Sophia cum filiolo ſuo contenta fuit, & Haſſiam inſuper etiam obtinuit anno Chriſti 1263.

Alterum tempus in annum Chriſti 1307. incidit, quando Albertus degener Landgravius in arce VVartburgo captus eſt à filio marchione Friderico, eaq́ conditione dimiſſus, ut arcem ipſi traderet, nec in hæreditario jure occupando ei impedimento eſſet. Erat tum Friderico bellum cum imperatore Romano Alberto, cui Albertus Landgravius Friderici pater Iſenacū vendiderat. Iſenacenſes pro domino ſuo Alberto dimicaturi vnà cum Cæſareis præſidibus iter omne VVartburgenſibus præcludebant. Cæſar vicinis civitatibus Erfurdiæ, Northuſiæ & Mülhuſiæ mandabat, ut VVartburgum obſiderent. Etſi autem in hac obſidione acriter oppugnatum eſt VVartburgum, expugnari tamen non potuit. Cum verò inopia commeatus in eo eſſet, & conjunx marchionis puellulam peperiſſet: ipſe infantem vnà cum nutrice Tannebergum adduxit clanculum, non animadvertentibus ijs qui in caſtris erant, donec itineris

partem aliquam progreſſus eſſet. Simul etiam ab Henrico Brunſuigij duce affine ſuo, item à fratre Dieterico, vel Dicemanno Marchione & alijs non ſolùm commeatus copiam impetravit, quæ in arcem vi importata eſt, ſed etiam copiam ad comprimendos ſuos hoſtes neceſſariam conſecutus eſt. Accedebat eodem cædes & occiſio Cæſaris Alberti, quæ Iſanacenſes adeò terrebat, vt de placando Friderico conſilium caperent. Hic accepta cautione, in gratiam eos recepit eâ cum conditione, ut ipſum agnoſcerent dominum ſuum hæreditarium, & arcem Klemme deſtruerent. Iſenacenſium exemplum ſecuti alij certatim fidem, & obediëntiam eidem polliciti ſunt. Cœnobium S. Nicolai anno Chriſti 1140. conditum eſt ab Adelheide filia Ludovici Duringiæ Landgravij, quæ etiam prima abbatiſſa in eo fuit. Sancti Georgij porrò templum fundavit Ludovicus Landgravius anno 1190. in eo loco quo antea parvum templum fuit D. Michaelis.

Dignum eſt memoria, quod Landgravio Friderico Iſenaci anno Chriſti 1322.

acci-

accidit. Agebatur ludus ex hiſtoria de V. virginibus prudentibus & totidem fatuis. Prudentes fuerunt S. Maria, S. Catharina, S. Barbara, S. Dorothea, S. Margareta. Ad has venerunt fatuæ petentes, ut ſibi aliquid olei impertirent, hoc eſt, pro ſe intercederent apud Deum, quo ad nuptias, hoc eſt, ad regnum cœlorum admitterentur, hæ verò id penitus denegarunt, ne ſe pariter & ipſas oleum deficeret. Triſte erat ſpectaculum, pulſabant, flebant, precabantur, inſtabant fatuæ, nec proficiebant hilum: abire ſimpliciter jubebantur & emere oleum. Quo viſo, Fridericus marchio vehementer exhorruit ita, vt in morbum incideret gravem & periculoſum. Quid eſt, inquit, fides noſtra Chriſtiana? ſi neq; Maria, neq; alia ſancta exorari poteſt, vt deprecetur pro nobis? quorſum tot merita & opera bona ſpectant, quæ in eum finem referuntur, vt ſanctorum interceſsionem apud Deum nobis conciliemus, & gratiam impetremus? Ex hac triſtitia nata eſt apoplexia, qua poſt quatriduum extinctus eſt, & ſepultus Iſenaci.

ILENBVRGVM.

ILENBVRGVM ad Muldam flumen arx & oppidum non à Iulio Cæſare conditum, qui nunquam attigit Muldam, ſed à celeritate ſic dictum quaſi in caſu neceſſitatis ſubitò extructum. Quod proverbio declaratur, quod de homine tardo uſurpatur: Non eſt Eilenbergius, ſed Senfftenbergius. Multò minus ab Ilingis Sueviæ populis nominatum eſt, quippe qui in Luſatia inter Elyſtrum & Suevum rectius collocantur. Maximè enim conſentaneum eſt Germanicis vrbibus Germanica nomina eſſe poſita. Comitatus quondam fuit, cuius inſigne dicitur fuiſſe Leo dimidiatus in luteo campo, in inferiore verò parte tres ſtellæ luteæ in campo cæruleo.

ISENA.

ISENA vel Iſna Jßne imperiale oppidū in Rhetia prima vel à ferro vel ab Iſide Aegyptia à Suevis olim culta ſic nominatum. Paruit comitibus Veringenſibus, qui cœnobium ibi condiderunt. Extincta Verin-
genſi

genſi familia, in poteſtatem Dapiferorum de VValperck pervenit, & inter eos tandem ad Othonem, qui Leopoldum Auſtriæ ducem in quodam bello adjuturus, equites aliquot conduxit, quibus cùm ſolvere ſtipendia non poſſet, pecuniam quidem corradere conatus eſt, ſed fruſtra. Itaq; à civibus ſuis Iſnenſibus pecuniæ ſummam non exiguam ſumſit, eo pacto ut à bello reverſus eam redderet. Idq; ſi faceret, ipſi in fide & obedientia manerent; ſin minus, liberi eſſent. Sed è bello non rediјt. Itaq; liberi cives facti civitatibus imperij ſeſe adſcribendos curârunt.

ISLEBIA.

ISLEBIA *comitatus Mansfeldici vrbs metallica, non ab Iſide Aegyptiaca dicta, ſed à ferro potius ſeu metallo, cuius copiam locus in quo ſita eſt ſuppeditavit, quaſi æris domus, ſeu ferri domicilium, quod ex viſceribus eius erutum eſt, id quod acervi ſcoriarum ſeu recrementorum reliqui demonſtrant. Celebre & clarum huius vrbis nomen reddunt acta memorabilia in hiſtorijs*

paſſim expoſita. Anno Chriſti 1082. principes Germani cum Saxonibus conjuncti Islebiæ convenerunt, & Hermannum Lotharingiæ ducem Sarpurgi comitem Romanum regem deſignarunt, regiamq́ ſedem ibidem collocarunt. Et quia tum copiosè illic crevit porrum, porri vel porraceus rex inde cognominatus eſt. Sequente verò anno Bremenſis archiepiſcopus & Hildeshemenſis præſul contractis copijs Islebiam, vbi tunc erat deſignatus Cæſar, oppugnarunt, &, vna excepta arce, expugnarunt, diripuerunt & exuſſerunt. Sed repulſi ſunt ab Hermanno Rege, Friſiorumq́ numerus non exiguus cæſus eſt. Hi quia Henrico Cæſari militarunt, inſepulti jacuerunt in eo vico qui inde Friſonum vicus, vulgò Freyſtadter appellatur. Detrimenti multum cepit Islebia ex bellis, incendijs & inundationibus.

Anno Chriſti 1362. à Landgravio Duringiæ & Marchione Miſniæ Friderico fratreq́ eius Ludovico Halberſtadenſi epiſcopo obſeſſa eſt, & arx eius oppugnata acriter. Cum autem expugnari non poſſet, pagi cir-

circumjacentes exuſti ſunt. Templis verò & cœnobijs parcere epiſcopus quoad potuit, laboravit. In bello Germanico anno 1546. Albertus comes Mansfeldiæ occupata ditione comitis Georgij & fratris eius, in die Ioannis Evangeliſtæ improviſo inter concionem publicam cum equitibus & peditibus Islebiam venit, quatuor machinas bellicas in forum adduxit, domum VVolfgangi Buchneri VVolfgango à VVernſdorff donavit, in arcem invaſit, eoq; cives omnes ad dandam obedientiæ fidem vocavit, & quicquid in ære invenit, id omne Mansfeldiam miſit. Mercatus ſolennes habet duos hæc civitas, unum dominica poſt Viti, alterum dominica poſt Galli. Antea quidem totidem habuit, ſed temporibus minus idoneis propter Lipſienſes nundinas penè in eadem anni tempora incidentes. Itaque Hoierus comes Mansfeldiæ Cæſareæ majeſtatis conſiliarius anno Chriſti 1515. poteſtatem impetravit transferendi eos in dies qui nominati ſunt. Eluviones atq; exuſtiones tot paſſa eſt quot vix dinumerare queam. Ex quibus miſerrimum eſt incen-

dium proximum quod in diem Auguſti octavum anno 1601. incidit, & intra horas 7. domos 253. cum templo parochiali ad S. Andream abſumſit.

Prodijt ex hac urbe Martinus Lutherus Theologus ille, qui tyrannidem & idolomaniam pontificiam tam latè diffuſam, ut totum orbem Chriſtianum complecti videretur, fregit ac debilitavit: Doctrinamq́ puram ex puris fontibus Iſraëlis hauſtam in lucem revocavit, & per totam Germaniam vicinaq́ regna aliquot ſcriptis, concionibus, & coram imperio univerſo exterisq́ nationibus confeſſione aperta conſtantiaq́ propagavit. Eſt autem natus Lutherus anno Chriſti 1483. ex parentibus honeſtis Ioanne Luthero, & Margaretha, quorum conſilio & cura pia ad literarum ſtudia adhibitus eſt, & probè inſtitutus. Paſtor & Superintendens Islebienſis Eccleſiæ fidelis & diligens fuit M. Ioannes Spangenbergius, & poſt eum Eraſmus Sarcerius, poſt Sarcerium M. Hieronymus Mencelius. Scholam frequentem eadem habuit doctrina & diſciplinâ liberali inſtructam. Ad

quam

quam augendam & conſervandam non parum contulit liberalitas civium eximia erga ſcholaſticos.

KAVFBAYRA.

KAVFBAYRA *imperij oppidum in Algoja ſive Alemania veteri poſitum, latinè emtus pagus. Nam ſoluta pecunia 50000. aureorum in libertatem ſeſe vindicavit, imperante Cunrado II. Domini autem huius oppidi fuerunt Barones à villa,* vom Hoff / *qui ex Gallia progreſſi in eum locum ductu & auſpicijs Lotharij imperatoris, municipium ibi condiderunt, circa annum Chriſti 1342. In horum poteſtate ad annos 200. fuit, & tum demum ornata & aucta eſt privilegijs amplis à Cunrado, Rudolpho, Adolpho, & conſequentibus imperatoribus. Obſeſſa eſt quidem & oppugnata à duce Teccenſi Friderico epiſcopo Aichſtetenſi à Bavaris, & Heideccio, ſed conatu irrito, anno 1377.*

KITTINGA *vel* KITZINGA *Franconiæ vrbs ad Mœnum ſita. Hic enim ab*

ortu

ortu ex pinifero monte deſcendens, ad occaſum Franconiam mediam perlabitur, alluitq́; vrbes huius regionis præcipuas, Bambergam, VVurceburgum, Haſfurtum, Suinfurtum, Kittingam, Carlſtadium, Francofurtum, ad extremum etiam Moguntiã, vbi in Rhenum copioſè multisq́; amnibus auctus influit. Hunc fluuium alij Magonũ appellant, ſed reclamat Althamerus. Philippus Melanchthon ad numerum dierum anni accommodavit Mæni appellationem. Si enim græcas literas ſpectes μ 40. ε 5. ν 50 ο 70. σ 200. denotat. Verſus ſunt:

Diſcite præcipuè ſolis motumq́; viasq́;
Vos quibus eſt patrium Francica terra ſolũ.
Namq́; dies totus quot traxerit ambitus anni
Id fluvij veſtri vox bene nota ſonat.

Celtes eundem vocat Bachiferum à vino, quod in Francico ſolo naſcitur. Nomen autem vrbis eſt à Kitz, opilione Pipini Francorum ducis, qui ovium greges domini ſui illic pavit. Adelheide verò eiuſdem ducis filia ſancta & religioſa cœnobium S. Benedicti ibidem anno C. 745. condidit, cuius etiam abbatiſſa prima eſt facta.

Ko-

KONIGISBERGA *Novæ Marchiæ oppidum ab Othocaro Boëmiæ rege conditum. Id quod inſigne eius quod reliquum eſt demonſtrat.*

LAVINGA.

LAVINGA, Lawingen/ *Sueviæ oppidum ad Danubium in ſuperiori Palatinatu loco fertili & amœno ſitum. Rempublicam, Eccleſiam & ſcholam habet ad normam juſticiæ, religionis & doctrinæ ſalutaris directam. Scholæ quidem autor extitit princeps Palatinus VVolſgangus, tutor verò & patronus eiuſdem filius ipſius Philippus Ludovicus Palatinus. Amplificatum eſt multis partibus & ædificijs à Ludovico duce Bavariæ & comite Mortaniæ anno Chriſti 1413. Donatum verò eſt anno Chr. 1458. ab imperatore Abbati Fuldenſi, qui aliquot annis poſt, doni nuptialis loco dedit ducıſſæ Bavariæ, ea conditione, ne cives majori exactione gravarentur, quàm trecentis florinis quotannis duci perſolvendis, item ne ducem intromittere illi cogerentur.*

tur. Hac libertate illecti complures nobili loco nati ſedem ibi fortunarum ſuarum collocârunt. Ad hæc ipſa quamvis ſummi pretij libertas levi quadam ex cauſſa amiſſa eſt, nempe ex petulantia adoleſcentum nobilium & primariorum, qui nocte quadam cum inſtrumentis muſicis oppidi vicos circumiverant. Hos quocunq; penè ibant, penè ſequebatur deerrans quædam ovicula, palatu ſuo muſicam interturbans. Et cum repelli aut arceri nullo modo poſſet, mactata eſt, & apud cauponem hilariter conſumta. Etſi autem poſtero die pretium pro illa numeratum eſt, tamen ad rixas & contentiones majores identidem ventum eſt. Interpoſuerunt quidem ſe Auguſtani & Vlmenſes, ut controverſiam dirimerent: ſed nihil efficere potuerunt. Itaq; ad Bavariæ ducem tandemq; ad Cæſarem ipſum res delata eſt, cui placuit, ut duello ſeu conflictu ſingulari certamen finiretur. Ad quem quidem conflictum vna pars ter acceſſit, altera verò comparere noluit. Ob hoc diſſidium ſtatus Reipubl. labefactatus eſt, & in poteſtatem Bavariæ ducis oppidum devenit.

Ab

...tempore multi relicta Laninga ...
...ſederunt.

LAVBANVM.

...ANVM ἑξαπόλεως urbs ...
...annumerata, poſtea in ...
... Marchionum ditionem ...
...munitatibus ab Othone ...
... 1294. aucta eſt: à VVol...
... anno Chriſti 1318. mœni...
... à Ioanne I. Boemiæ reg...
...enſi adjuncta, à quo et...
...enſis & Gorlicenſis te...
..., qui in hunc uſq; di...
...reduntur. Immane...
... fecerunt, cum...
...ſticos ac promiſcuam...
... templo metus cauſſa ...
... in modum tru...
... ſanguinis profude...
... templum inundari...
... maximè cerevisia, ...
... ex hordeo.

Ab eo tempore multi relicta Lauinga alias ſedes quæſiverunt.

LAVBANVM.

LAVBANVM ἐξαπόλεως *vrbs antea Sileſiæ annumerata, poſtea in Brandeburgiorum Marchionum ditionem redacta multis immunitatibus ab Othone circa annum Chriſti 1294. aucta eſt: à VVoldemaro autem anno Chriſti 1318. mœnibus & foſsis cincta; à Ioanne I. Boëmiæ rege territorio Gorlicenſi adjuncta, à quo etiam fines Budiſsinenſis & Gorlicenſis territorij certis limitibus, qui in hunc uſq; diem manent, diſtincti creduntur. Immane eſt facinus quod Huſsitæ fecerunt, cum ſacerdotes & ſcholaſticos ac promiſcuam multitudinem in templo metus cauſſa congregatam miſerandum in modum trucidarunt, tantamq; vim ſanguinis profuderunt, ut fluminis inſtar templum inundarit. In laudibus ponitur maximè cereviſia, quæ Laubani coquitur ex hordeo.*

LEIS-

LEISNICIVM.

LEISNICIVM, Leißnig/ ad Muldam Freibergenſem, cuius nominis vetuſtas inde apparet, quod imperante Henrico Aucupe Burggravius quidam Leiſnicenſis nominatur, qui in prælio ad Merſeburgum anno Chriſti 933. operam Cæſari navarit. Urbem quidem, & comitatum Leiſnicenſem tenuit etiam VVipertus comes Groizenſis, donatum ab Henrico IV. Poſt eum ad Cunradum Miſniæ Marchionem devenit, per Lotharium imperatorem: quanquam vivente hoc ipſo Cunrado anno Chr. 1143. quidam Henricus comes Leiſnicenſis ſuperſtes fuit. Anno Chriſti 1192. Henricus comes Leiſnicenſis cœnobium Buch im fundavit, & parœciam Leiſnicenſem ad D. virginem ei donavit. Obſeſſum eſt Leiſnicium à principibus Saxoniæ Friderico, VVilhelmo, & Balthaſaro fratribus, propterea quod Henricus Burggravius Leiſnicenſis cœnobium Bucham ad annos quinque incommodis multis affecerat, de quibus cùm querela ad principes, in quorum clientela illud

illud erat, deferrentur, ferociam eius compreſſerunt, & ad vendendum illud adegerunt. Hoc modo Leiſnicium in Miſniæ principum jus & ditionem conceſſit. Tempore belli Germanici Leiſnicium, quemadmodū & Ileburgum & Coldicium rex Ferdinandus ſibi vendicabat: propterea quod de feudo eſſent Boëmico, & propter proſcriptionem Ioannis Friderici Electoris dominium omne ad ſe recidiſſet. At Mauricius Saxo, quod in medio ſcil. ducatus ſita oppida eſſent, facta permutationis ratione, ducatū Saganenſem, Pribuſienſem, & Cambergenſem pro ijs Ferdinando tradidit.

LEVKIRCHIA Sueviæ oppidulum in imperij præſidio ac tutela latens.

LIGNICIVM.

LIGNICIVM Sileſiæ vrbs à Ligijs ſeu Luijs, quemadmodum Ptolomæus & Strabo vocant, populis, quorum appellatione Sileſii comprehenduntur, dicta. Olim, quemadmodum & aliæ vrbes Sileſiæ, confluxus fuit caſarum aliquot ex lignea ma-

teria rudi, & ceſpitibus congeſtarum, circa arcem, quæ & ipſa ex cratibus & trabibus conſtructa fuit. A Boleslao verò Procero primo Sileſiæ principe ad juſtæ civitatis faciem circa annum Chriſti 1170. traducta eſt, exornata, & amplificata. Venas auri quondam habuit Lignicenſis ager, ex quibus ſingulis fermè hebdomadibus libras auri aliquot Ludovicus princeps Lignicenſis accepit.

Anno Chriſti 1454. coortâ ſeditione trucidatus eſt ſenatus oppidanus, expulſo præfecto regio, ſed compreſſus eſt tandem motus omnis operâ Alberti Marchionis Brandeburgici, totius ducatus poſſeſſione in Fridericum Lignitij ducem translata à Rege Matthia. Scholam habuit florentem, & liberalibus ſtudijs deditam.

LINDAVIA.

LINDAVIA *vel* LINDAVVM *in lacus Podamici inſula ſitum oppidum imperiale lapideo ponte 290. paſſuum terræ annectitur. Ab ortu Algojam habet, ab occaſu Helvetiam, à meridie Rhetiam &*

Ita-

Italiam, à Septentrione Sueviam. Nominatum videtur à tilijs, quarum copia olim ibi fuit. Apparet Auguſti Cæſaris propugnaculum fuiſſe adverſus Vindelicos, & ſequentibus temporibus Romanorum contra Alemanos, à quibus tandem locus ille vaſtatus eſt. Initia autem & incrementa vrbis ita ſe dederunt: Circa annum Chriſti 810. cognatus quidam Caroli Magni Adelbertus de Rorbach è magno periculo liberatus cœnobium D. virgini tanquam ex voto ædificavit. Ad hoc cœnobium cum multi religionis cauſa confluerent, vicus exſtructus eſt: ex vico identidem ampliato & aucto oppidum eſt factum in loco amœno, commodo & fœcundo ſitum, quod primum abbatiſſæ, deinde ducibus Sueviæ paruit. Tandem ſub imperij poteſtatem & tutelam cecidit.

LIPSIA.

CErtum eſt *nomina fluviorum antiquiora & durabiliora eſſe vrbibus. A Pliſna igitur ſeu Pliſſa amne Miſniæ terra*

Pliſnenſis, & comites de Pliſna nomen invenerunt. Arx item ſeu caſtrum Pliſſenburgum fuit nominatum id, quod ante portam Ranſtetenſem quondam ad Aldenburgum pagum ſitum fuit, vbi Pliſna amnis & Parda confluunt: qui locus adhuc Aldenburgum vocatur. Imperante Othone, marchio Güntherus comes à Pliſna circa annum Chriſti 945. caſtrum pariter Pliſſenburgum, Aldenburgum & Sceudicium tenuit. Ad Pliſnam & Pardam accedit amnis tertius Elyſter, ſupra Adorſum in Sudetis è Nariſcorum montibus manans. Ex quo quidem trium amnium concurſu τριπόταμος Lipſia appellari poteſt. Significat autem Lipſia lingua Heneta tilietum ein Lindenbuſch. Inde pagi finitimi Lindenaw appellatio germanica eſt reliqua. Dominum habuit Ridacum comitem Merſeburgicum, qui vixit imperante Othone I. Non multò pòſt circa annum Chriſti 1007. ſub imperatore Henrico II. Iſacius vel Eſico poſtremus comes Merſeburgi mortuus eſt, nulla poſt ſe relicta ſobole maſcula. Itaq; comitatus Merſeburgicus Cæſari

Hen-

Henrico II. ceſſit, à quo etiam uſq; ad annum Chriſti 1021. gubernatus eſt; & tum, cum omnibus juribus, feudis & regalibus Lipſia deniq; ipſa epiſcopatui Merſeburgico traditus, in eius poteſtate manſit.

Anno Chriſti 1128. Cunradi quidem Marchionis Miſniæ, & Luſatiæ temporibus incrementa quædam ſumſit Lipſia per crebras ſalis & aliarum mercium vectiones. Quin aula etiam Marchionum Miſniæ, quæ Landisbergæ erat, non parum ad augendũ hunc pagum contulit. Circiter annum verò Chriſti 1134. Otho Cunradi filius Marchio Miſnenſis, facta cum Merſeburgenſi epiſcopo quorundam bonorum permutatione, Lipſiam pro caſtris, & vicis quibuſdam acquiſivit: ea tamen conditione, vt antiſtes ille directum dominium retineret, princeps vtile haberet. Hac perſpecta opportunitate de condenda vrbe conſilium ille cepit. Itaq; muris Lipſiam cinxit, tum privilegÿs & ſtatutis decoravit, à quo etiam inſignia ſua habet, ex Miſnicis ſcilicet, & Landisbergenſibus conflata, coloribus duntaxat mutatis. Quod factum eſſe

pleriq; credunt anno Chriſti 1174. Fuit autem hic Otho conditor, ſeu fundator Lipſiæ Marchio Miſniæ; conjugem habuit filiam Alberti Marchionis, & electoris Brandeburgici Hedvigen. Adjuvit imperatorē Fridericum I. in bello contra Henricum Leonem, & per ſe etiam bellum geſſit contra Ludovicum Landgravium Duringiæ, & alia egit vrbis Lipſiæ conditore digna. Aetate & divitijs ſuperavit penè omnes Germaniæ principes, & multa ad vſus ſacros donavit. Unum expertus eſt incommodum vel acerbiſſimum, quando à filio ſuo captus per Fridericum Barbaroſſam tandem liberatus eſt. E vita ceſſit anno Ch. 1189. Martij die 12. Cellæ humatus.

Circa annum Chriſti 1210. Philippus & Otho reges Romani conjuncti adverſus Fridericum II. nouum Romanorum regem irruperunt in Duringiam, diripientes & vaſtantes eam. His occurrit Hartmannus Duringiæ Landgravius à Dieterico Miſniæ Marchione adjutus, & Othonem fudit, atq; profligavit. Quamobrem Otho relicta Duringia, in Miſniam invaſit, ut cladem à Die-

Dieterico acceptam, vlciſceretur. Hinc novam vrbem Lipſiam circumſedit, cepit, & diruit, tum arcem etiam ad Pliſnam ſitam verſus meridiem demolitus eſt. Vix reparari cœperat Lipſia, cum Dietericus eam denuò ob factam rebellionem adortus eſt. Nam anno Chriſti 1215. viri quidam militares cum quibuſdam Lipſienſibus conſpiraverant in necem Marchionis Theodorici, vt nocte intempeſta eum interficerent Iſenburgi. Hi cum admiſſi ab eo non eſſent, Lipſiæ famam de morte eius diſſiparunt, quo vrbs Marchioniſſæ & filio eius parvulo Henrico faciliùs traderetur. Sed detecta falſitate rumoris, iidem inſidiatores vitæ marchionis quadringentos armatos congregarunt, & duobus annis marchioni moleſtiæ plurimum crearunt. Propoſitum autem illis erat vel Othoni imperatori, vel archiepiſcopo Magdeburgenſi urbem Lipſiam dedere. Quæ res eò tandem compulit Marchionem, vt conditionibus quibuſcunque ex ipſorum voluntate cum adverſariis tranſigeret, & in gratiam cum Lipſienſibus rediret. Erat novus Romanorum rex

nuper electus Fridericus contra Othonem. Hunc ſecum duxit marchio in urbem Lipſiam cum paucis militibus, quòd cives intromittere plures recuſarent. Hi portas occupare aſtu conabantur, & cùm cives campanæ ſono ad defenſionē civitatis advocarentur, Marchio tintinabulum ſeu piſtillū campanæ clàm tolli juſſit. Mox ſigno dato, militum quiſq; hoſpitem ſuum capere, eiuſq; bona diripere ſtuduit. Hoc modo redacta eſt in poteſtatem Marchionis Lipſia, qui tres turres ſive arces in ea ædificavit diſtinctis in locis, ubi hodie ſunt monaſterium Franciſcanorum, Dominicanorum, & caſtrum Pliſſenburgum. Item Dietericus vel Theodoricus condidit cœnobium S. Thomæ anno Chriſti 1216. S. Pauli verò cœnobium ædificatum eſt anno Chr. 1229. Erat eo tempore in poteſtate & ditione archiepiſcopi Magdeburgenſis Alberti oppidum Taucha. Hic ut ægrè faceret Dieterico Miſniæ marchioni, Taucham caſtro & muro circumdabat. At Dietericus tàm murum quàm caſtrum demolitus eſt. Quā ob cauſam ab archiepiſcopo excommunica-

tus

tus eſt. Iterum obſeſſa eſt Lipſia anno 1263 ab Alberto Brunſuicenſi duce, qui poſtquã Duringiam graviter afflixit, etiam duos marchiones Miſniæ Albertum & Diceman-num in oppido Lipſia commorantes oppri-mere conatus eſt. Quæ res nobilem & for-tiſsimum Duringum Rudolphum Schenc-kium de Varila commovit, ut comparatis copijs centum equitum & aliquot peditum defenſionem principum ſuſciperet. His ergò copijs aggreſſus in agro Lipſico hoſtes, fudit eos, & ab obſidione principes liberavit. Commiſſum eſt quoq; prælium ad Elyſtrũ, in quo Albertus Brunſuigius vulneratus, & cum Henrico principe Anhaldino, cum comitibus, & nobilibus multis captus eſt. Belli incommoda, ab eo tempore non mul-ta hæc urbs paſſa eſt. Itaq; crevit ædificijs, & opibus, ut caput ſupra multas urbes ex-tulerit, & quaſi oculus Miſniæ habeatur. De quibus ornamentis ſecundùm ſeriem annorum dicetur.

Emporium celebre fuit Merſeburgi ab anno Chriſti 1007. uſq; ad annum 1280. quo exortum eſt incendium, diſploſo à quodam

ferrario fabro incautè ſclopeto mercatus tempore, in Ioannis Baptiſtæ feſtivitate, quo vrbs tota deflagravit, & merces importatæ perierunt. Cum autem propter inopiam cives non ſtatim extruere ædes novas poſſent, mercatores inde Grimam ſeſe contulerunt, & cum nec illic opportunitatem rebus ſuis neceſſariam inveniſſent, invitati ſunt ab archiepiſcopo Magdeburgenſi, ut Taucham vno miliari ab vrbe Lipſia diſtantem merces ſuas transferrent. Quod ut obtineret facilius, novo muro oppidum firmare inſtituit, ſed non perfecit: arcem tamen ibi condidit, quam mox Dietericus Marchio Miſniæ diruit, oppidumq́; incendit, atq; vaſtavit. Inde ergò panegyris Lipſiam translata à Theodorico, & conſequentibus Marchionibus Miſniæ, identidem aucta, & privilegijs præclaris confirmata eſt anno Chriſti 1268. Quod indicat diploma Theodorici, & tot imperatorum confirmationes ſolennes, quæ ſecutæ ſunt. Acceſſit ad nondinarum panegyrin etiam mercium deponendarum jus in hac vrbe etiam extra nondinas, & cautio, ne in vicina diœ-

ceſi

ceſi, vlla, Magdeburgica, Halberſtadienſi, Merſeburgenſi, Naumburgenſive nondi- næ indici poſſent. Attractus ad hunc modum mercatus in hanc vrbem partim loci genio, partim marchionum induſtria & felicitate, cui archiepiſcopi Magdeburgenſes, & alij principes vehementer invidebant, partim etiam vrbis munitione, quòd tutæ in ea merces & homines eſſe poſſent, immotus ad hoc uſque tempus permanſit. In bello Adolphi imperatoris contra Fridericum & Dicemannum fratres, Miſniæ Marchiones, quo Duringia & Miſnia penè tota conflagravit, Lipſia quoq; ab Adolpho occupata eſt, anno ſcilicet 1296. ſed anno 1306. Dicemannus in templo Thomano confoſſus eſt, & in Paulino ſepultus, vbi epitaphium, quod Dantes aliquot annis pòſt ſcripſit, reliquum eſt. Occupavit candem eodem in bello etiam VVoldemarus, ſed eo ipſo anno nempe 1313. à Friderico Admorſo recepta eſt, & novis acceſſionibus aucta, atq; ornata.

Κειμήλια ſive precioſa & præclara multa habet, tres concurrentes amnes, ſylvas, prata,

prata, hortos, muros, foſſas, turres, curiam, caſtrum, duo templa parochialia apprimè ornata, ſcholas duas particulares, vniuerſitatem templo S. Pauli auctam, ſcabinatum, provinciale judicium, emporium ſive mercatum, depoſitionem mercium. Monaſterium quidem canonicorum regularium fundatum eſt à Theodorico Marchione Miſniæ, & orientalis, anno Chriſti 1218. ſecundùm diploma Friderici imperatoris, quod extat. S. Thomæ verò monaſterium confirmatum eſt ab Adolpho imperatore anno Chriſti 1294. Domicilium ſacrarum virginum extra vrbis mœnia non procul à porta Petrina ſitum fuit, & ſedes Georgiana appellata. Fuit præter ea collegium Bernhardinum, quod à ſociјs Ciſtercienſibus initio ſubſtructum, poſtea à Martino Cellenſi cœnobiarcha ampliatum in Prulio ſitum. Tria porrò caſtella olim habuit Lipſia, vnum ad portam Grimenſem, ubi Paulinum collegium hodie eſt: alterum ad Pliſnam præterfluentem, tertium in vico Parfuſiano. Sed paulò pòſt admonitus Ludovicus de periculo, quod creari poſſet civibus ab

Henne-

Hennebergio ex caſtello in ambitu mœniorum incluſo, ſenatui conceßit, ut illud deſtrueret. Quod factum eſſe apparet circa annum Chriſti 1223. Diruti autem caſtelli area mox tradita eſt ſectæ S. Dominici, quæ templum D. Paulo dicatum, erudiendæ juventutis cauſa, & ædes illi contiguas ibi condidit. Hoc prædicatorum templũ nominatum admirabili celeritate à civibus religionis ſtudio flagrantibus, intra annos 11. abſolutum eſt. Dedicatio facta eſt ab Hildebrando Magdeburgenſi archiepiſcopo, Friderico Merſeburgenſi, Cunrado Miſnenſi, & Engelharto Numburgano præſulibus, anno Chriſti 1240.

Reliquum erat caſtellum ad portam Parſuſianam, quod Franciſcanis monachis, qui ſe minores, & mendicantes nominabant, tributum eſt. Hi templum illic, quod ſplendore & magnificentia cum Paulino certaret, conſtruxerunt. Occupatis ad hunc modum caſtellis duobus à monachis ſub Ludovico & Henrico illuſtri vrbis muri refecti ſunt. Et cum eo tempore triangularis eſſet vrbs, à porta Petrina videlicet vſque ad

Ran-

Ranſtetenſem, & inde ad Grimenſem, ampliata quoq; ſunt eius pomeria, incluſo prulio vico, & quadrangularis effecta eſt. Prulij porrò appellatio ab humido ſolo deducta eſt, quod terrâ è foßis & aliunde egeſtâ ſiccatum eſt & firmatum, ut ædificia ſuſtinere poſſet: quanquam adhuc profundior eſt ille vicus, quàm reliquæ vrbis partes. Antiquißimum verò templum poſt S. Iacobi ſacellum, quod à Bonifacio conditum eſſe putatur, eſt S. Petrinum à Cunrado marchione, ut videtur, fundatum. S. Thomanum verò collegium inſtituit Theodoricus Othonis filius circa annum Chriſti 1213. S. Nicolai porrò fanum aliquantò vetuſtius eſſe judicatur.

Anno Chriſti 1263. Theodoricus marchio de Landsbergo tanta libertate donavit civitatem, ut nullus civis ab advocato, ſeu præſide vrbis citatus comparere, aut obedire ei teneretur. Quo ſanè modo tàm à jure, quàm ab obedientia præſidis, ſeu quæſtoris exemti cives fuerunt, & ad prætorem vrbanum remißi. Eſtq; illud privilegium civitatis diplomate, quod extat, con-

confirmatum. Aliud judicium fuit extra mœnia ab Imperatore inſtitutum non procul à foſſa Lipſienſi ad caſtellum Aldenburgum, cui ſubjecti fuerunt equites, & coloni in agris habitantes. Quod imperator Henricus II. præſuli Merſeburgico Ditmaro unâ cum oppido Lipſienſi donavit. A præſule tandem ad Miſniæ Marchiones, & Duringiæ Landgravios devenit. Reliquum eſt Alberti Landgravij Saxoniæ ducis diploma anno Chriſti 1291. datum, quo is Lipſiam cum quatuor ſedibus judicialibus videlicet Rhotavo, ſuperfoſſato, apud Lipſiam, Luzino, & Ranſteto ad epiſcopũ Merſeburgi tranſtulit: ut fraudatis legitimis hæredibus, nempè filijs ſuis Friderico & Dicemanno bona iſta ad nothum ſuum Appollonium certis conditionibus aliquandò pervenire poſſent. Iurisdictio autem urbana penes judices perpetuò fuit. Hi cum munus judicandi feudale ſive fiduciarium haberent, quod etiam cum jure redemtionis quandoq; venditum eſt: Controverſia inter ſenatum oppidi & principes orta eſt, quæ tandem diremta eſt à VVenceslao Saxoniæ,

xoniæ, & Lauenburgi duce, ac Balthaſar
Marchione Miſniæ. Quocirca VVilhelmus
& Georgius Saxoniæ duces judicem civi-
tati dederunt Thomam Grimanum civem
Lipſicum, hac lege, ut illo mortuo princip-
bus liberum eſſet cui vellent, judicandi mu-
nus committere. Vix ſeptem abierunt an-
ni, cum principes iidem venditæ juriſdi-
ctionis partem redemerunt, mortuo jam
Thoma Grimano, & per præſides ſuos judi-
cia ſua exercuerunt uſque ad annum Chri-
ſti 1435. quo per Fridericum Septemvirum
imperii, Saxoniæ ducem, juriſdictio ad op-
pidanos translata eſt.

Circa annum 1420. Lipſienſium judi-
cum ordo de jure cœpit reſpondere publicè.
Hi dicuntur Scabini vocabulo, quemad-
modum videtur, hebraicæ originis, quo ju-
dices denotantur, cuiuſmodi olim à Quin-
tilio Varo Romanorum duce imperatoris
Auguſti tempore in Germania inferiori
ſive Saxonia ordinati ſunt. Fuit autem ho
collegium judicum inordinatum, uſq; a
Auguſtum Saxoniæ ducem, & electori
qui in formam judicii juſtam illud redegi
ſ

ſicut præſes unus, aſſeſſores verò ſex ſint, nempe tres ex Jureconſultis, & totidem ex Senatorum ordine, cum librario uno. Albertus autem Saxoniæ dux anno 1488. judicium provinciale inſtituit Lipſiæ, abrogatis prioribus judicijs, quorum unũ Dreſdæ, alterum Eckardisbergæ fuit. In hoc quater ſingulis annis aßidere pro tribunali juſſit ternos ex equeſtri ordine, & totidem ex Juriſconſultorum collegio. Contulerunt ad idem judicium aliquid opis, & ſubſidij conſequentes Saxoniæ duces, Fridericus, Joannes, & Georgius anno 1493. ſed ampliavit & auxit ad iſtum modum, qui nunc eſt pulcerrimus, elector Auguſtus: ut unus ſit ex equeſtri ordine primarius judex ſive præſes, tres nobili loco nati, & totidem Juriſconſulti aſſeſſores, quatuor ordinarij advocati ad cauſas ordinandas, & præterea duo nobiles, totidemq́ Juriſconſulti ad cauſas amicabili compoſitione peragendas.

Panegyris Lipſica licet multis modis impugnata fuerit: tamen à Maximiliano imperatore anno 1469. & 1497. magna autoritate confirmata eſt, ita ut ter ſingulis

Aa annis

annis in vere, autumno, & Calendis Ia-
nuarij in omne tempus celebrari, atq; fre-
quentari poſsit, & debeat, nec ad harum
nundinarum æmulationem ullæ vel in Hal-
berſtadiana, vel Miſnenſi, vel Merſebur-
genſi diœceſi ad XV. milliaria uſq; poſsint
indici. Inſignia hæc ſunt ornamenta, &
adjumenta vrbis Lipſiæ, templa, cœnobia,
arx, mœnia, judicia, mercatus. Per tem-
plorum enim & cœnobiorum fundationem
religio, & doctrina liberalis introducta,
per arces, & mœnia defenſio neceſſaria con-
tra vim quæſita: per judicia juſticiæ, &
diſciplinæ civilis cultus invectus: per cele-
britatem mercatus commercia, & quaſi
conjunctio quædam plurium nationum im-
portata. Verùm in his tot, & tam præclaris
ornamentis vnum adhuc deſiderabatur,
Muſarum ſive literarum decus, quo quaſi
quodam lumine tota civitas, finitimæq; re-
giones illuſtrarentur. Hoc igitur quaſi mu-
neris ſuis importavit Fridericus Saxoniæ
dux elector cognomento bellicoſus, ut cum
fortitudine bellica ſeu Marte Palladē con-
jungeret, & hanc civitatem ſuam non ſo-
lum

ſum armis munivisſe, ſed artibus etiam decorâſſe videretur. Quod olim etiam Athenienſes feciſſe accepimus, qui Palladem patronam venerati ſunt, belli & artium ſcientiâ pollentem. Arripiebat elector ille cauſam ad agendum hoc negocium opportunam imprimis, & penè divinitus oblatam. Nam ex Pragenſi Academia, & urbe emigrârunt Germani duce, & autore Ioanne Hoſemanno Suidnicenſi Sileſio, qui illius Academiæ rector fuerat: ne ab Huſſo, & eius ſocijs in ſuſpicionem hæreſeos traherentur, quemadmodum Pirnenſis monachus ſcribit, & ſimul moleſtiis multis liberarentur. Hi ſe ſuaq; ſtudia in fidem & patrocinium Friderici, & VVilhelmi Saxoniæ principum contulerunt, ab ijsq; benignè recepti ſunt, & in hac urbe ac ſede collocati anno 1409. Fuit autem Lipſienſis quidam Vincentius Gruner ſcholaſticæ Theologiæ imprimis peritus, qui in hac migratione non parum facundiâ ſuâ permovit Fridericum electorem, ut profugis muſis hoſpitium præberet. Itaq; primus in Academia nova Theologiæ profeſſor factus eſt. Con-

ceſſæ ſunt inprimis domus duæ, una in equeſtri, altera in Petrino vico; quarum illa collegium majus, hæc verò minus appellabatur. Utraq; ſedes Muſis deſtinata, libertate, & immunitate à vectigalibus, & oneribus cæteris donata fuit. Tum more, inſtitutoq; Pragenſis Academiæ totum corpus univerſitatis in nationes quatuor diſtributum eſt, Miſnenſem, Bavaricam, Saxonicam & Polonicam. Ad hæc ut nervi ſuppeterent neceſſarij, collegiaturæ conſtitutæ ſunt certo numero comprehenſæ, & reditibus munitæ: duodecim quidem collegiati in majori ex ſingulis ſcilicet nationibus terni; octo autem in minori ex ijſdem nationibus ſingulis bini delecti. Hos præſides & cuſtodes diſciplinæ, atq; doctrinæ in collegijs eſſe benigniſsimi fundatores voluerunt, & quidem ex ærario ſuo annua ſtipendia ſtatuerunt. Hæc primordia fuerunt Academiæ, & adhuc quaſi quædam fulcra, ſeu fundamenta habentur. Ex nationibus enim hiſce Rectores, & Decani leguntur, & alia quædam munia deſignantur.

Confirmationem more temporum illorum

rum commodavit Alexander Papa V. & privilegia largè, liberaliterq́; contulit, tum, ut præſidij plus haberet, conſervatorem & cancellarium eidem attribuit antiſtitem Merſeburgium, qui quovis tempore præſto eſſet, & ſubſidio veniret, adjunctis, ſi opus ſit, duobus ex Merſeburgica, & Numburgica eccleſiis, decanis. Tributi quoq; ſunt Academiæ à Ioanne XXIII. Papa canonicatus ſex, duo ex Miſnenſi, totidemq́; ex Merſeburgica, unus ex Numburgenſi, ſimiliter vnus ex Cicenſi epiſcopatibus. Et his quidem eccleſiaſticis reditibus doctores ſeu profeſſores divini, & humani juris aluntur. Pars verò inſpectionis, & curæ expediendi res Academicas ad Abbatem Pegavienſem, & præpoſitum Thomanum tranſlata eſt. Quoniam verò fundorum fructus omnium certiſſimus eſt, principes utiliſſimo conſilio pro pecunia ex ærario ſuo eroganda, pagos tres Cozſchinam, Mercovicium, & Hoheheidam Academiæ dicârunt. Incrementa porrò Academiæ tanta fuerunt, ut domicilia plura adornare, & nominibus diſtinguere oportuerit. Itaque

Burſæ quaſi quædam familiæ conditæ ſunt. Acceſſit quoq; collatio duorum ſtipendiorum pro medicis per Fridericum, & VVilhelmum eius fratrem, duces Saxoniæ fundatores anno Chriſti 1438. Adjectum eſt paulò poſt collegium Beatæ virginis, collegio Bernardino oppoſitum in Prulio, ad quod quidem ædificandum Ioannes Otho Munſterbergius contulit pecuniam eam, quam Pragæ collegerat ad condendum ibi collegium pro Sileſiis. Hic enim Lipſiæ primus Rector creatus eſt, & pecuniam illam partim ad emendum pagum Trincinum, partim ad comparandam domum, ex qua collegiũ extrui poſſet, teſtamento legavit. Iuxta hoc igitur teſtamentum Ioannes Hofmannus, qui poſtea epiſcopus Miſnenſis factus eſt, collegium Marianum inſtituit, in eoq; collegas quinq; Sileſios, & ſi libeat, ſextum è Prutenis aſciſcendum ordinavit. His tributum fuit jus emendi pro convictoribus ſuis Zythum apud exteros. Sed nata inde controverſia tandem ſic compoſita eſt, ut certo numero comprehenſa dolia Zythi aliunde importata, liceret illis vendere.

Erat

Erat domus in vico equeſtri dicta Fuſcagela, Fuchßzagel / *ex qua ædificatum eſt collegium principum minus, in quod collegæ illi, relicto Petrino, migrarunt. Ex quo nomen etiam invenit, & collegium minus principum appellatur. Petrina verò domus pædagogium dicebatur, uſq; ad annum Chriſti 1515. quo Georgius Saxoniæ dux illud convertit in Iuriſconſultorum collegium, qui antea in ambitu templi Thomani docuerant. Pro pædagogio autem illo, Iuriſconſultis jam aſſignato tribuit idē princeps collegium novum ex equili ſenatus extructum anno 1513. Quod factum eſt flagitante quidem Georgio principe, obtemperante verò ſenatu, & domum illam è lapide extructam cum habitationibus, fornicibus, cubiculis, & omnibus neceſſariis Decano, & Magiſtris communitatis philoſophicæ tradente. Præpoſitus porrò Thomanus propter translatum Iuriſconſultorum auditorium ex æde Thomana in collegium Petrinū numeravit ducentos Rhenenſes, quibus ædificata ordinarij domus arci oppoſita. Equile verò ſenatus trans-*

 latum

latum eſt in eum locum, ubi ordinarius antea habitaverat. Effectus eſt hoc modo numerus collegiorum quinarius, quorum duo majus ſcilicet, & minus principum, tertium Marianum, quartum novum, poſtremum Petrinum, nominari cœpit. His tandem adjectum eſt Paulinum, de quo poſtea. Nationibus & facultatibus ad hunc modum diſtinctis, leges prout tulit neceſſitas, & poſtularunt caſus indies penè emergentes conditæ ſunt, quibus diſciplina, morumq́; honeſtas, & tranquillitas quaſi quodã præſidio muniretur, & ſua quæq́; facultas ſtatuta habere cœpit. Anno quidem 1466. Rectore Ioanne Heroldo Königsbergio lex certa de ſicariis, & furibus lata eſt, quæ ſicarios ad antiſtitem Merſeburgium mitti juſſit, ut ab eo vinculis perpetuis coërcerentur. Fures verò in leviore delicto deprehenſos ex Academiæ finibus excludi, in atrocioribus verò arreptos, arbitrio epiſcopi eiuſdem puniendos tradi placuit. Memorabile eſt privilegium Sixti pontificis, quo cavetur, ne membra Academiæ Lipſicæ ad extraneũ judicem trahantur. Quod

edi-

editum eſt anno 1481. Cum etiam cura legum, diſciplinæ & doctrinæ labi videretur, Thiloni Merſeburgio præſuli datum eſt negocium à principibus anno 1482. ut correctionem ſuſciperet, & in ordinem, quæ diſsipata eſſent, redigeret. Ab hoc igitur iam ſtudiorum ratio certa, quàm veſtitus, morumq́ præcepta quædam præſcripta ſunt. Quæ cum duriora ſtudioſis viderentur, cũ Rectore expoſtularunt, excitatusq́ tumultus eſt. Rector ſeſe purgans, culpam in ſtudioſos juri deditos, contulit. Et cum querela de re tota ad principes delata eſſet, reſponſum eſt ab illis, futurum eſſe, ut, inſtantibus nundinis ipſi adveniant, vel conſiliarij mittantur ad dirimendum certamen. Dum ita ſuſpenſi de adventu principis tenerentur ſtudioſi, interim quies bona fuit, & evanuit tumultuandi libido. Cum ſenatu oppidano ſæpiùs quidem in controverſiam venit, ſed ea interpoſitis pactis conventis plerunq́ ſedata eſt: Quæ pacta etiam à principibus ipſis confirmata ſunt. A Georgio Saxoniæ duce nationum diviſio nova inſtituta eſt, & quæ minus

 plenæ

plenæ fuerunt, his ex plenioribus aliquid adjectum, ut æquabilis partitio munerum & officiorum per omnes nationes eſſet.

Lectiones diſputationesq́; in ſingulis diſciplinis frequentes habentur. In philoſophica quidem communitate ſingulis hebdomadibus, vel diſputatio, vel declamatio uſurpatur. In reliquis facultatibus ordinariæ, quandoq; etiam extra ordinem adhibentur. Gradus & tituli honorum Academicorum non niſi ordine, & tempore à legibus præfinito conferuntur. Alumnorum ducalium numerus certus, qui hodie eſt ſeptuaginta quinq; in philoſophica & theologica communitate, duorum verò in Iuridica, & totidem in Medica facultate, munificentia principum perpetua ſuſtentatur. Tumultus interim etiam, ut fieri ſolet, exorti ſunt, qui moleſtiæ multum crearunt. Franciſcani monachi diſsidere non leviter inter ſe cœperunt, dum nonnulli eorum, qui Martiniani appellabantur diſſolutius ſub generali & prouinciali ſuo viuebant, quàm obſervantes, qui vicarium inſpectorem habebant. Delata igitur ad Papam querelâ,

Mar

Martiniani dejecti ſunt, & repoſiti in locum eorum obſervantes. Martiniani ſtatim abjecta religionis ſuæ profeſſione, multa moliti ſunt, & jurgio cum Academia, cum ſenatu, & civibus contenderunt, in obſervantes crimina jecerunt, & incendiũ vrbi vehementer minati ſunt. Proximis enim nondinis autumnalibus paßim conflagrationem viſum iri dixerunt. Rumores varij dißipabantur de autoribus, qui Martinianos criminibus oneraſſent apud Pontificem, in tantamq́ invidiam adduxiſſent. Incidit hæc turba in annum 1498. quo Georgius Saxoniæ dux, edicto interpoſito, liberare ab invidia abſentes ſtuduit. Inſimulati ſunt nonnulli gravius apud Ioannẽ Hemſtadium Franciſcanæ familiæ miniſtrum. Verùm is cunctando rem extraxit. Tandem ardor contentionis reſtinctus eſt.

Henricus Schmideburgius fundavit in Xenodochio Georgiano ſtipendium 50. aureorum Rhenenſium ad alendum medicum doctorem ſeniorem ex familia Piſtoria, ſi haberi poßit, ſin minus, quemcunq; alium idoneum Lipſiæ natum. Anno 1521. Geor-

gius

gius Saxoniæ dux nuptias Lipſiæ cum Barbara Polona celebravit, quibus affuerunt equitum Polonorum & Germanorũ ſexies mille ducenti, & octoginta ſex. In tumultu ruſtico anno 1525. cives quidam Lipſienſes conſpirationis rei manifeſtè deprehenſi ſunt. Hi principem tyrannidis arguerant, in ſenatus, ſacerdotum, & ſtudioſorum necem conjurarant, ruſticis adventantibus portas aperire cupientes. Georgius igitur repreſſis, & è medio ſublatis ad Sangerhuſium agreſtibus, Lipſiam ocyus accurrit, & habita inquiſitionẽ octo ex eorũ cœtu percuſſit gladio; quindecim urbe, & regione ejecit, ſacrificulum verò, & magiſtrum quendam artium ad epiſcopũ Merſeburgium miſit, ut ſcholaſtico more plecterentur. Trecenti alij vinculis coërcebantur, quibus tandem tamen dux veniã dedit, & pœnam remiſit.

Anno Chriſti 1521. orta eſt rixa inter ſtudioſos, & opifices, quæ adeò exarſit, ut fugam feciſſent ſtudioſi ex oppido, niſi portas occluſiſſet Senatus. In medio eſt querela ſtudioſorum ſatis vehemens tàm de civibus

quam

quàm de rectore, & moderatoribus Academia. Opifices inſolentiores facti, penè inſultarunt in ſtudioſos, & aliquandò in vico publico lorarius quidam probum, & innocentem ſtudioſum interfecit. Quanquã autem vniuerſitas ſedulò inſtitit, ut coërceretur homicida, tamen incolumis evaſit. Inventi ſunt quoq; multi, qui cædem injuſtiſſimam defendere auderent, & petulanter in literatos inveherentur, ut ne profeſſores quidem ituri ad docendum in collegÿs tuti eſſent. Commoti hac indigna ſtudioſorum fortuna, multi nobiles, & alÿ boni viri liberos ſuos domum ex Academia revocarunt. Tentata quidem eſt reconciliatio inter Academiam & ſenatum: ſed conditiones à ſenatu latas accipere vniuerſitas noluit. Senatus contra proteſtatus eſt, fieri non poſſe, ut voluntati Academiæ obſequeretur. Creverunt igitur rixæ, aucta ſunt jurgia, concitati tumultus, conſlatæ conſpirationes, auditæ querelæ ſtudioſorũ graves, quaſi defenſione juſta deſtituerentur. Affixum eſt programma ſub nomine Erhardi Piſtoni, in quo Academia, quæ

mater

mater antea fuiſſet, pacis, & literarum amator antea fuiſſet, pacis, & literarum a-

ſylum, tunc lerna omnium nebulonum ap-
pellabatur, monebanturq́; omnes, qui ſtu-
diis, qui ſaluti, qui fortunis, vitæq́; ſuæ con-
ſultum vellent, ut quamprimum vno ag-
mine vrbe exirent.

Anno 1541. divino cultui conſecratæ
virgines ex cœnobio S. Georgiano, acceptâ
pecuniâ abierunt. Venerat jam tempus, &
illuxerat illa dies, quo in hac etiam repub-
lica veritas doctrinæ cœleſtis proferri è te-
nebris pontificiis in lucem cœpit. Cùm enim
paulò ante carceribus & exilio multati eſ-
ſent cives ob auditas alibi conciones repur-
gatæ doctrinæ, & ob uſum integrum Sa-
cramenti cœnæ ſanctæ, tandem anno ſu-
pra milleſimum, quingenteſimum trigeſi-
mo nono Henrici Saxoniæ ducis permiſſu
Evangelij vox liberè ſonuit. Et cum in hac
civitate in feſto Paſchatis docuiſſent ca-
tholici, in pentecoſtes feſto in ſuggeſtu eo-
dem ſteterunt, & docuerunt Lutherus &
eius diſcipuli. Ac matutino quidem tem-
pore Iuſtus Ionas, pomeridiano Lutherus
præſente Ioanne Friderico Saxoniæ principe
& ele-

& electore, concionatus eſt. Simul abrogata eſt miſſa pontificia, & aboliti abuſus abominandi. Monachi verò ex tribus cœnobijs dimiſſi, purgataq; templa. Inſignis hæc fuit & memorabilis mutatio. Antea enim anno Chriſti 1519. in diſputatione, quæ in arce Georgio duce inſpectante habebatur inter Eccium, Caroloſtadium, & Lutherum, theologi Lipſienſes, reliquiq; doctores Academici acerbitatem odij ſui adverſus Lutherum apertè ſatis declararunt, dum Lipſiæ commorantem eum neglexerunt, Eccium verò veſte undulatâ, & muneribus alijs affecerunt. Exceptis duobus doctoribus Piſtorio ordinario, & Henrico Auerbachio, qui benevolentiæ officia prolixè ei tribuerunt.

Henricum ducem in gubernatione ſecutus Mauricius, non ſolùm cæleſtis doctrinæ cultum, & propagationem liberaliter adjuvit, ſed in Academiam quoq; largum, munificumq; ſeſe præſtitit. Nam ædes Paulinas illi donavit, ut collegium inde conficeretur Theologicum, & Philoſophicum. Ad quam quidem rem multum contulit

Caſpar

Caſpar Bornerus, cuius induſtria, & vigi-
lantia tàm domi, quàm in aula ipſa pluri-
mùm profuit. Inſtituta deinde eſt œcono-
mia in ædibus Paulinis, & inſtructa bi-
bliotheca translatis in eam libris, ex cella
cœnobio veteri. Dedit idem princeps 2000.
florinos argenteos ex cœnobio Petersber-
genſi, & Pegavienſi ad augenda ſtipendia
profeſſorum. Item ſexcentos ſiliginis medi-
mnos in annos ſingulos ad ſuſtentandam
œconomiam, cauſa ſtudioſorum tenuioris
fortunæ, ut eorum cuiq; pro quinis groſſis
victus præbeatur. Tribuit deinde pagos
quinq; Zuenfurtum, VVolfshaynum, Holz-
huſium, VVeſenam, Zſcuckelhuſium, item,
ſylvam trecentorum & viginti quinq; iu-
gerum, & alios cenſus, quorum fructibus
profeſſores quadam ex parte aluntur. His
adjumentis divinis & humanis emendata
eſt Academia tota, exploſa ſophiſtica, &
facta in omnibus diſciplinis doctrina illu-
ſtrior, repurgata Theologia, aucta iuris ſci-
entia, correcta medicina, & ex tenebris,
barbarieq; in lucem revocata philoſophia,
& in forum reducta eloquentia. Hiſtoria
etiam

etiam profeſſioni lucis multum acceſſit, & nihil eſt ulla in parte, quod non ſplendidius, ornatiusq́; ſit redditum. Doctrinam quidem græcarum literarum Ricardus Crocus, & Petrus Moſellanus; Hebræarum verò Bernhardus Ziglerus; Latinas & Græcas literas profeſſus eſt Ioachimus Camerarius, VVolfgangus Meurerus, & alij. Mathemata docuit Ioachimus Rheticus, Ioannes Humelius, Valentinus Thaua, & in ſua profeſſione, quantum quiſq; potuit, navavit, & effecit ſedulò. Minus igitur mirum eſt, urbem etiam ipſam lucidiorem ex hoc Muſarum commercio evaſiſſe, & humanitatis multum acquiſiviſſe. Interim etiam ſenatus ſibi, & rebus ſuis, quoad potuit, conſuluit.

Anno 1543. emit de Mauricio Saxoniæ duce jus emendi & occupandi cœnobia, ſi qua, diffugientibus ordinis ſacri perſonis, vacare cœpiſſent. Quo quidem modo potitus eſt monaſterio Parſuſiano, Thomano, & Bernhardino, tum Georgiano etiam, cum molendino, pagis & alijs eodem pertinentibus. Sed ut nulla felicitas humana labe

caret: ſic hæc etiam Academiæ, & vrbis proſperitas adjunctam calamitatẽ habuit. Nam anno 1545. iterum tumultuatum eſt, lictoribus ſtudioſum quendam penè occidentibus. Et jactabant illi, poteſtatem ſibi datam diſplodendi ſclopeta, & vibrandi globos in ſtudioſorum gregem. Quamobrem 18. Decemb. nobilitas, aliiq; ſtudioſi datis ad vniuerſitatem literis communi omnium nomine abitum minabantur. Sed tranſiit hac quoq; nubecula, & evanuit tempeſtas.

Anno Chriſti 1547. obſeſſa, & oppugnata eſt Lipſia à Ioanne Friderico Saxoniæ duce, & imperij Septemviro, fuitq; hæc quarta obſeßio huius vrbis, & duravit dies quatuordecim, à decimo tertio ſcilicet Ianuarij uſq; ad 27. eiuſdem menſis. Cauſſa erat, Mauricius Saxoniæ dux abſente & bellum gerente Ioanne Friderico cum Carolo V. Cæſare, in Bavaria & Suevia juſſu Imperatoris, conſenſuq; ordinum du catus Ioannis Friderici tanquam proſcripti ditiones occuparat. Et jam tum Bojemi, & Huſſari in Nariſcos irruperant, multa vaſt-

vaſtarant. Ut ergo ſuam regionem recuperaret Ioannes Fridericus in Miſniam redijt, & exercitum ad obſidendam Lipſiam adduxit. Vim certè adhibuit tantam, ut major vix eſſe poßit. Et jam ad oppugnationẽ præparata penè erant omnia: ſed animus invadendi militaribus ducibus dicitur defuiſſe. Habuerunt enim nonnulli eorum in illa non exiguas facultates, quas adduci in extremum diſcrimen neceſſe fuiſſet, ſi vrbs occupata eſſet. Itaq; joco divulgatum eſt illud: Lipſia Lipſiam obſidet. Quin hoc etiam agebant illi ductores, & conſiliarij: ut qui oppugnationem urgebant, hi cum copiolis quibuſdam removerentur, & ablegarentur. Quanquam cauſſa omiſſæ oppugnationis vehementioris etiam non parva fuit, quod magna pars militum electoris inedia & frigore debilitata fuit. Et ſi maximè voluiſſet ille oppugnationem urgere, non obſecuti eſſent milites, quod jam per menſes quatuor ſtipendia nulla accepiſſent. Apparet Mauricio quoq; ſi voluiſſet, opportunitatem invadendi, diſperſos & languentes milites electoris non defuiſſe.

Diſſuaſit quoq; idem, ne Lipſienſes facilè exirent in hoſtem, præſertim nulla neceſſitate urgente, & Cæſare jam appropinquante. Cives equidem & præſidiarij in vrbe impetum hoſtilem animosè & fortiter repulerunt: vrbs verò crebris tormentorum globis, tanquam grandine quadam verberata, lacerata, & deformata eſt. Quemadmodum in hiſtoria Saxonica de Mauricio electore iſta omnia copioſius enarrantur. Caſtra habuit Ioannes Fridericus in prædio, & templo ad Quercum, zur Eiche uno fortè, & dimidiato ab vrbe miliari, vbi ſeſe utcunq; munivit. Id prædium confecto bello Mauricius Valetudinario Georgiano donavit. Solutâ, ſub initium menſis Januarij, obſidionè Lipſica, progreſſus eſt Ioannes Fridericus ad alia, & tàm in Duringia, quàm in Miſnia abſq; negotio recuperavit penè omnia non ſolùm quæ ipſius fuerant, ſed alia etiam, quæ Mauricij erat, exceptâ Lipſiâ, & Dreſda. Itaq; invitabatur & attrahebatur in Miſniam Carolus V. Cæſar, & Ferdinandus rex, qui auxilio mittebat 1800. equites, & 16. ſigna pedi-

peditum. quos Marchio Albertus Brandeburgicus ductabat.

Quemadmodum verò urbs ipſa eſt περικαλλὴς perelegans, ita cives etiam habet φιλοκάλους honeſtatis, religionis, & decori perſtudioſos. Templa quidem, collegia, curia, & ædificia eiuſmodi ſunt, vt nec ad uſum meliora, nec ad ſpeciem pulcriora eſſe poſſint.

Aedificata autem eſt curia anno Chriſti 1556. penè dimidio anni ſpacio ſic, vt in D. Michaëlis mercatu eiuſdem anni taberna uſui eſſe negotiantibus potuerint. Conſtructa eſt præcedente anno etiam domus egregia ad forum, in cuius parte inferiore tanquam in libripendio merces deponuntur, & ponderantur. In ſuperiore verò ſympoſium publicum, honeſtiorum civium & hoſpitum cauſa, cujuſmodi ferè λέσχη fuit apud Bœotios, exiſtit. Caſtrum ſive arcem ad Pliſnam amnem ædificare cœpit Mauricius, abſolvit verò Auguſtus.

Anno 1580. univerſalem reformationem Academiæ edidit Auguſtus, quam mutatis nonnullis, repetivit Chriſtianus I.

anno 1588. Numerum enim alumnorum ducalium nonnihil reſtrinxit, & ad 75. redegit, ut ſuſtentari liberalius ſtudioſi fortunæ tenuioris poßint. Profeſſores juris quatuor tantum eſſe voluit, ad ſtipendiaq́ eorum bonam, magnamq́ partem adjecit. In philoſophica deniq́ communitate lectione Grammaticæ latinæ, & græcæ abrogata, reliquis profeſſoribus ſalarium illud adjunxit. Fridericus VVilhelmus Saxoniæ dux, & Septemviratus adminiſtrator ad medimnos ſiliginis, ſexcentos à Mauricio ad menſas communes donatos centũ alios adjecit, profeſſoribus item ſingulis ad ſex dolia cereviſiæ externæ abſq; tributo ordinario conceßit. Sunt inter Academiam, & ſenatum pacta, ſunt conventa, ſunt tranſactiones, tanquam bonæ leges ex malis moribus, & caſibus varijs natæ, tum à principibus comprobatæ, & confirmatæ. Quæ cum æquabiles ſint, & utriq; parti accommodatæ, cura & obſervatione utiq; dignæ ſunt. Ac niſi perſonæ amantes concordiæ & tranquillitatis deſint, dißidium omne, vel caveri ne oriatur, vel ſi fortè oriatur, collo-

collocutionibus mutuis majorum more & exemplô placidè componi poteſt.

Anno 1595. Vdalricus Sleſvici, & Holſatiæ dux, hæres Norvegiæ Rector deſignatus eſt. Anno autem 1602. Philippus Iulius Stetini, Pomeraniæ, &c. dux idem officij munus ad ſe delatum ab Academia animi alacritate magnâ ſuſcepit, & liberaliter epomide & pireto rectores poſt ſe futuros donavit. Anno Chriſti 1604. Adolphus Fridericus dux Meckelburgenſis Rectoris munus in eadem Academia geſſit, ſemeſtri hyberno.

Politicus ſtatus benè conformatus eſt, & in cunctis ordinibus conſenſus, pietatisq; & honeſtatis ſtudium prædicatione dignũ elucet. Templa civium frequentia, & promiſcua multitudinis copia tanta celebrantur quotidie, vt vix in vlla civitate exemplum reperiatur ſimile. Fitq; adeò, vt dando, accipiendo, permutandisq; facultatibus, & commodis nulla re egeant incolæ. Senatus verò augere, & amplificare ſtudet Rempublicam tàm juſtitia, & bonis moribus, quàm opibus & emolumen-

tis ad victum, cultumq́ corporis pertinen-
tibus, tum prædijs etiam, & fundis. Facta
eſt jam pridem acceſſio præclara, cùm poſ-
ſeſſionem oppidi Tauchæ, vrbi vicinæ em-
tionis jure occupavit, & alia titulo bono
acquiſivit. Hæc bona eccleſiaſtica, Aca-
demica, & civilia, ut magna verè ſunt,
ita vt ſalva, ſalutariaq́ præſentibus, &
poſteris eſſe velit, Deus omnis bonitatis, &
felicitatis autor, votis aſsiduis, ardenti-
busq́ optandum eſt. Rarum verò exem-
plum, cuiusq́ ſimile non facile reperitur, ut
literas docentibus & diſcentibus liberale
domicilium, & mercaturam exercentibus
frequens emporium vna civitas præbeat.
Quod cum Lipſia præclarè præſtet, ſit in-
dies penè major illius celebritas, & opulen-
tia.

LOBAVIA.

LOBAVIA à prato laudabili nomine
Germanico appellari videtur: quemad-
modum aliæ vrbes finitimæ, ut Rulandum
oppidum ad Elyſtrum, Königßwarte/ qua-
ſi regis ſpecula. Ultima Marchiacarum vr-
bium

bium eſt, quæ ἑξαπόλεως titulo comprehenduntur, licèt antiquitate excellat. Concuſſa, attrita, & labefactata eſt bello Huſſitico, & ne hoſtibus domicilium præberet deſtruendam eam eſſe penitus multi exiſtimarunt. Hoc tamen habet præ alijs fœderatis civitatibus, ut quoties ad conſultationem de communibus rebus Hexapolitani legatos mittunt, in hac vrbe conveniant.

Sunt quidem ſua cuilibet harum civitatum privilegia ſeu ſpecialia jura, & nonnullæ etiam prærogativæ: ſed hoc commune eſt omnibus, ut cum Boëmiæ regno vnũ corpus conſtituant, & à præſide provinciali gubernentur. Eſt etiam ea ratio Baronum, prælatorum, equitum & ordinum cæterorum in hac provincia, ut in capiendis conſilijs ſtatum & votum ſuum quiſq; teneat. Inde ordinarium quoq; judicium, quod vocant, tàm ex equeſtri ordine, quàm ex civitatum ſenatoribus delectos aſſeſſores habet. Ad hoc provocare omnibus inferioribus licet, & viciſſim ab eo ad Boëmiæ regem, quod ut ordine bono, & ex uſu di-

gnitateq́ provinciæ fiat, inſpectores certi & gubernatores ordinati ſunt, tanquam cuſtodes juſticiæ, pacis & tranquillitatis in omnibus partibus provinciæ. Summus eſt præſes tanquam vicarius regius, qui hodie exiſtit illuſtris & generoſus dominus Abraham à Dbne, Burggrauius VVartebergæ, liber Baro. Præſidi adjunctus eſt capitaneus provinciæ, cuius munus eſt juſticiam adminiſtrare & reditus regis curare. Quod officium hodie exequitur magnificus dominus Caſpar à Metzerath, in quo literarum ſcientia, cum inſigni prudentia, & generis antiquitate ſplendoreq́ quaſi lumen aliquod elucet. Ex quo nobilium literatiſsimus & literatiſsimorum nobiliſsimus non immeritò judicatur. Præſidi & ordinario judicio ſubjectus eſt præfectus ſive capitaneus ſpecialis in territorio Gorlicenſi propter ducatus honorem, qui à Carolo IV. ei tributus eſt: ſalvo tamen in cauſis judiciarijs primæ inſtantiæ privilegio. Huic muneri præeſt hoc tempore magnificus dominus Georgius à Noſtitz in Kluks & Iahmen, omni laude, juſticiæ, prudentiæ & eru-

eruditionis cumulatus nobilis. Eſt præterea conſtitutus fiſci quidam advocatus regius, qui hodie eſt D. Hieronymus Treutlerus tàm juris utriuſq; ſcientia, quàm omni doctrina liberali & ſalutari inſtructus atq; politus.

LOMACIVM in Miſnia duobus milliaribus diſtans ab Albi, vbi eſt Kelepoſchium, der Keulbuſch. Quæ vox ſi Germanica eſt, cuiuſmodi eſſe apparet, à refrigerando nomen habet, der küle Buſch/ y in u mutato, quod fieri ſæpe ſolet. Lomacium verò enatum eſſe videtur ex Glomacio fonte, qui olim illic fuit, & ad quem concurſus eſt factus tanquam ad locum ſacrũ, ex quo oppidum procul dubio eſt conditum. Prodigioſus ille fons appellatur, quod mira operatus ſit. Cum enim pax bona fuit indigenis, lætos vicinorum confluentium animos effecit: quando ſævi belli tempeſtas aliqua ingruit, Sanguinem & cinerem oſtendit. Hunc incolæ ſanctius, quàm eccleſiam, ſpe quamvis dubia venerati ſunt, ut ait Ditmarus.

LV-

LVBECA.

LVBECA *Saxoniæ vrbs, corona & caput VVagriæ, in littore Balthico, vetuſta Slavorum ſive Henetorum ſedes ad Suarde & Drave confluentem: ſic dicta quaſi laudis angulus, quod decus ſit vrbiũ in iſto littore, & limes Rom. imperij in Germania.* Exiguum olim fuit oppidum ab Adolpho Holſatiæ comite, imperatore Cunrado III. extructum, & varias fortunæ, & dominorum vices expertum. Ab Adolpho enim ad Henricum Leonem Saxoniæ & Bavariæ ducem vi extortum devenit. Hic ſedem Aldeburgenſis epiſcopi in hanc urbem tranſtulit anno Chriſti 1162. à Leone in imperij jus, ac ditionem conceſſit. Inde ad Henricum Leonem rediijt, à Leone ad Adolphum III. inde ad Canutum Daniæ regem. Victis verò & ejectis Danis autoritate Friderici II. imperatoris in libertatem ſeſe vindicavit. Hoc modo libera imperij civitas facta eſt anno Chriſti 1209 Incendia & incurſiones hoſtium multa pertulit, anno Chriſti 1276. conflagravit

ſed inſtaurata eſt & pulcrior, ſplendidiorq́; facta, tum circa annum Christi 1300. opibus & potentia ſic crevit, ut efferre caput ſupra reliquas Balthici littoris urbes cœperit, & emporium maris Balthici valdè potentis extiterit. Nam propter maris portus & inſulas, quibus ea circundata eſt, negotiationibus valdè opportuna eſt.

Anno 1506. bellum cum Henrico Megalopolitano duce totum biennium geßit, quod ex cauſſa levi, nempe ab ebrio ruſtico, & inſolente muliere ortum progreſſus habuit tantos, ut, niſi hortatu imperatoris Maximiliani I. per tranſactionem amicam ſedatum eſſet, damna plurima dediſſet.

Anno Chriſti 1509. bellum denuò cum Ioanne rege Daniæ ſuſcepit propter naves detentas, & bona direpta. Quod cum contra pacis formulam antea factam eſſet, ipſa viciſsim in regios eadem violentia ſibi uti licere exiſtimabat. Rex igitur mißis 24. navibus bellicis omnem impertationē, & exportationem mercium ex portu Lubecenſi prohibet. Lubecenſes contra omnes

Danos

Danos cum mercibus arreſto aſtringunt,& in Dania viciſsim bonis omnibus ſpoliantur. Sueci quoq; de Danorum in ſe injuria querelam ad Lubecenſes afferunt,& ſe juvari ab ijs petunt. Hinc octodecim grandiores naves ſale, pannis & munitionibus bellicis onuſtas in Sueciam mittunt, regiq; Daniæ per literas bellum denunciant. Ex navibus hiſce una periit, reliquæ Stockholmiam delatæ Suecis animum addiderunt, ut inito iterum cum Lubecenſibus fœdere Ioanni Daniæ regi penitus renunciarint. Naves verò Lubecenſium tempeſtatibus disjectæ partim ſubmerſæ ſunt, partim in portu Dantiſcano hybernarunt. Rex Daniæ iterum pagos Lubecenſium injecto igne perdit, ipſi viciſsim excurſionibus factis, Danorum naves invadunt, atque incendunt. Arripiebat hoc malum etiam Holſatiam, ex qua Lubecenſes prædas abigebant. Hi itaq; unà cum duce ſuo Friderico ſic tranſigunt cum Lubecenſi ſenatu, ut utraq; pars à maleficio abſtineat, ut altera alteri liberam negociationem permittat.

Anno Chriſti 1530. ex monachorum cri-

criminationibus atque clamoribus motus quidam excitatus eſt, civibus purioris doctrinæ deſiderio flagrantibus, illis verò hoſtiliter obſtrepentibus, & adverſantibus. Qui tamen motus ſic compreſſus eſt, vt exitus comitiorum, quæ Auguſtæ erant, expectaretur: Interim liceret cuivis Sacramento cœnæ ſanctæ uti in templo Divi Aegidij, retentis ceremonijs veteribus. Convenit etiam inter Senatum, & cives de colligenda pecunia ad publicam utilitatem ſpectante. At ſequente anno malum atrocius exortum eſt, tumultuantibus ſcilicet civibus adverſus ſenatum. Autores tumultus fuerunt Georgius VVollenvveberus, & Marcus Meier miles glorioſus, qui præſentis ſtatus pertæſi, temeritateq́; quadam impulſi res novas moliti ſunt. Diuturnum hoc fuit diſsidium, quo labefactata & fracta Reſpublica in diſcrimen magnum adducta eſt, donec anno Chriſti 1535. VVollenvveberus ſuo munere ſeſe abdicavit, & in fuga captus in arcē Lycaoniā abductus, à ſenatu Lubecenſi apud Brunſuicenſem ducem accuſatus, & in partes quatuor diſ-

ſectus

ſectus pœnas Deo, & patriæ juſtas dedit. Bella huius urbis varia fuerunt cum Hollandis, cum Guſtavo Sueco, & Erico, à quo cum confirmationem privilegiorum veterum peterent Lubecenſes, impetrarunt quidem eam anno 1562. ſed ſibi & quidem toti Hanſaticæ ſocietati intolerabilẽ. Hanc aſperitatem cum mitigari Lubecenſes, & ad normam veterem revocari flagitarent: reſponſum nullum tulerunt: ſed naves ipſorum & merces captæ & in fiſcum redactæ ſunt. Itaq; communicato cum ſocietate Hanſatica conſilio, fœdus cum Daniæ rege Friderico fecerunt, & bellum commune adverſus Suecum ſuſceperunt. Hoc bellum & diuturnum fuit, & fortuna varia geſtum. Cum autem annis octo nullis induciis interpolatum duraſſet, ad pacem ſpectare bellatores utrinq; cœperunt. Itaq; delecti ab imperatore, electore Saxoniæ, rege Poloniæ & aliis arbitri convenerunt Stetini, & poſt diſceptationem longã controverſiam omnem ſic compoſuerunt, ut æquis conditionibus, & reconciliatis animis ex omni parte diſcederetur, an. C. 1570.

Reli-

Religio in hac vrbe cœpta eſt emendari anno 1530. & initia quidem difficultatibus multis turbata, atq; disjecta fuere: ſed hoc ipſo demum anno, M. Andreæ VVilhelmi, & M. Ioannis VValhoff cura docendi Evangelij in templo S. Mariæ, D. Petri commiſſa eſt. Hinc abrogata miſſa etiã in cathedrali templo. Inſignis eſt amplitudo, ſplendor, & dignitas huius civitatis: Caput eſt Hanſaticæ ſocietatis, emporium celeberrimum, ædificijs ornatum vndique. Conſules in ſenatu duodecim ſunt, & quidem patricij, vel equeſtris ordinis viri, qui perpetuò Rempublicam gubernant, & cuſtodes ſunt libertatis, atq; ſalutis civium. Horum tanta autoritas eſt, ut ab his provocare non niſi ad Rom. imperium liceat.

LVCCA Miſniæ oppidum inter Aldeburgum ac Pegaviam in Oſterlandia olim pagus fuit, vbi prælium celebre Suevorum ſtrage commiſſum eſt anno Chriſti 1308. Dux Suevorum, quibus admixti quoque fuerunt Bavari, & Rhenani, fuit comes de Ordenberg. Hic ad Luccam caſtra poſuit,

& incommodis, moleſtiisq́; plurimis Oſterlandos affecit. Quæ injuriæ cùm tolerari minimè poſſent, Fridericus Marchio Miſniæ Lipſiam vocatos ſubditos ſuos ita confirmavit, ut ſanctè promitterent omnes, & ſinguli, qui exituri in hoſtem erant, ſe vel honeſtè morituros, vel tantas contumelias, & blaſphemias ulturos. Iccircò peccata confitebantur omnes, Sacramentum cœnæ ſanctæ ſumebant, miſſam audiebant, & animo præſenti atq; parato hoſtem adoriebantur, eumq́; ita cedebant, ut pauci evaderent incolumes. Brunſuigæ dux Friderico Marchioni ſubſidio miſit equites trecentos electiſſimos, qui primum impetum fecerunt, & ſtragem magnam ediderunt in Suevorum exercitu. Hos ſecuti ſunt Miſnenſes, qui & ipſi pugnarunt fortiter, & poſt eos Saxones. Ceciderunt igitur in eo prælio viri quater mille. Ex quo proverbium eſt natum, quod in eos dicitur, quibus infortunium grave accidit: Evenit tibi idem quod Suevis ad Luccam.

LVNÆ

LVNÆBVRGA.

LVNÆBVRGA *Saxoniæ inferioris circuli civitas, dicta à Lune, ſeu Lunen, quæ arx olim, & oppidum fuit conditum ab Hermanno Stuppekeshorn, qui ſedem ibi habuit, & templum ac cœnobium benedictini ordinis in monte calcis anno Chriſti 971. conſtruxit. Eſt autem arx Lunæburgenſis centum & viginti quatuor annis vetuſtior urbe, quæ anno Chriſti 1190. ab Henrico Leone condita eſt, ex Bardevici vrbis vicinæ ruderibus & ex ſalis fontibus, qui copioſè illinc erumpebant, tum ex pago Heimerſdorff ad Salinas ſito. Varia fortuna huius civitatis fuit, anno Chriſti 1361. inteſtina diſſenſio inter ſenatum & cives ſuborta eſt. Erat enim cumulatum æs alienum ad cuſtodiendam urbem, & conſervandam ſalinam, ex qua vel ſola pendebat civitatis ſalus. Detraxerat ſenatus partem aliquam de reditibus eccleſiaſticis, eamq́; in rem civitatis vertere voluit. Eccleſiaſtici verò, ſeu clerici, querela ad pontificem Romanum delata diploma impe-*

*trarunt, quo admonita eſt plebs, cum ſena-
tu agat, ut quod clericis debeatur, redda-
tur. Quod ſi id facere nolit, alium ſurro-
get, qui obtemperet. Plebs jam pridem per-
tæſa veteris magiſtratus, novum eligit, cui
viros 60. adjungit, qui provideant, ne quid
detrimenti reſpublica capiat. Hi novi ho-
mines rerum imperiti, multa turbant; prin-
cipibus, quò clementiores eos habeant, arces
reddunt, quæ magno ære alieno oppignora-
tæ erant. Verùm ubi inſidias ſuæ libertati
paratas vident, novi illi ſenatores ſponte
in exilium abeunt, veteres verò ejecti re-
vocantur.*

*Anno 1370. contentio ingens inter Ma-
gnum Lunæburgi ducem & Albertum Sa-
xoniæ ducem natum ex VVilhelmi Lunæ-
burgenſis ducis filia, exarſit. Magnus au-
tem dux Lunæburgenſis ſenatum, & civi-
tatem Lunæburgam acerrimè oderat, &
jam privilegijs, & clave ſpoliarat, & ci-
ves incommodis multis affecerat. Albertus
verò dux æquior Lunæburgenſibus cum du-
ce Magno ad Albim congreſſus caſtris eum
exuit, & viros illius 600. cepit, quos redi-*

mere

mere ipſum marcis 600. argenti oportuit. Hanc pecuniæ ſummam à civitate exigebat Magnus, eaq́ denegata, hoſtiliter illam perſecutus eſt. Cives verò placidè ei renunciarunt, & die purificationis Mariæ, aſſumtis, occultatis tamen ſub veſtibus, armis, in arcem montis invaſerunt, tanquam ad veſpertinas preces ituri, & vigiles interfecerunt, arcem vi occuparunt, & multò maxima ex parte deſtruxerunt, vt vix turris, in qua vigiliæ habebantur, relinqueretur. Cœnobium verò S. Michaëlis in locum alium vrbis tranſtulerunt. Sic à Magno duce Lunæburgenſi deſcivit hæc civitas ad Albertum Saxoniæ ducem VVilhelmi ducis Lunæburgenſis ex filiâ nepotē, quem Carolus IV. Lunæburgæ ducem creavit. Hunc etiam recepit magnificè, & jurejurando ſeſe ei obſtrinxit.

Anno 1533. controverſia inter Erneſtum Brunſuigæ & Lunæburgæ ducem, & ſenatum Lunæburgenſem excitata eſt de jure patronatus monaſterij S. Michaëlis intra muros urbis ſiti. Dux enim cœnobiū illud cum omnibus bonis eius ad ſe pertine-

re contendit, propterea, quod vnà cum arce in monte, qui à calce nomen habet, ab Hermanno Billingo fundatum ſit, & ad principes Lunæburgios translatum. Itaq; abrogata miſſa, ſanctorum cultu, & alijs ſuperſtitionibus abolitis reditus eius occupare volebat, abbati, priori, & cæteris collegis victu ad vitam neceſſario relicto; Senatus contrà ſibi deberi illud confirmavit, quod in ſua poteſtate vnà cum arce funditus deſtructa, & ſuo ſumtu alio in loco de integro ædificata, jam ſupra hominum memoriam non repugnantibus principibus fuiſſet. Quod item non liceat principi vigore regalium eccleſiaſtica bona profanare, aut in alios uſos convertere, præſertim cum bona illa à civitate manârint. Allegavit quoq; privilegia Sigiſmundi, & Friderici, tum Caroli V. imperatorum, quibus jubetur ſenatus civitatis jura, atq; bona cœnobiorum tueri. Provocatum quidem eſt ad Cameræ judicium, ſed tranſactio eiuſmodi tandem inventa, vt Abbas ab Holle, & collegæ monaſterij abrogarent impios cultus, religionem cum principis & Lunæburgenſis

genſis civitatis eccleſia communem amplecterentur, & ſcholam pietatis, ac literarum in cœnobio aperirent, reliquis verò bonis ſuis ipſi fruerentur.

Anno Chriſti 1586. die 18. Iulij conventus in hac vrbe fuit Friderici Daniæ regis, Chriſtiani Saxoniæ electoris, Ioannis Georgij Brandeburgici Septemviri, Ioachimi Friderici primatis Germaniæ, & archiepiſcopatus Magdeburgenſis poſtulati adminiſtratoris, Ioannis ducis Holſatiæ, Philippi ducis Brunſuicenſis & Lunæburgenſis, & aliorum quorundam principum Lunæburgæ. In quo Iacobus Segurius Pardelianus regis Navarræ legatus auxilia petijt regi ſuo Navarræo contra Galliæ regem, & confœderatos pontificios mittenda. Ac Daniæ quidem rex annuit, electores verò reditum ſuorum legatorum ad Galliæ regẽ miſſorum expectandum eſſe unà cum regis reſponſo cenſuerunt. Cæterum inſignis eſt hæc vrbs non tam rerum omnium copia, quàm ædificiorum magnificentia, ſitus opportunitate, incolarum frequentia, & celebritate; cœlum habet purum ac ſalubre;

agrum fertilem, ornatur & munitur Albavio flumine: Vix ulli Hanſaticarum urbium cedit. Serius aliquantò emendata eſt in hac civitate religio, & inter certamina, difficultateſq; multas tamen purior doctrina tradi, legitimeq; adminiſtrari Sacramentum cœnæ cœpit, Anno trigeſimo primùm in templo D. Nicolai à Friderico Henningo, & Henrico Othone, paulò pòſt in alijs templis ab Ekenbergio, Ioanne Lampadio. Erat in Senatu Hieronymus VVitzendorffius eximius ille creſcentis doctrinæ Evangelij patronus, ardebantq; cives eiuſdem lucis amore. Itaque non deſtiterunt à ſenatu contendere, ut exemplo Lubecenſis & Hamburgenſis reipublicæ libera prædicatio veræ doctrinæ concederetur. Quod cum impetrare à ſenatus pateretur, Hamburga accerſivit magiſtrum Stephanum Kempium, qui ſtatus eccleſiæ eius qui nunc eſt fundamenta jecit. Hunc ſecutus eſt Vrbanus Regius & alij. Eſt quoq; hæc urbs non ſolùm muris & foßis cincta, ſed etiam civibus antiquitate generis, & gravitate antecellentibus re

fert

ſita. Scholam quoque habet liberalibus ſtudijs affluentem.

MAGDEBVRGA.

MAGDEBVRGA imperialis civitas in Saxonia ad Albim ſita, olim Longobardorum ſedes: Compoſitum nomen habet à burgo ſive arce, & à puellis, quæ erant tres charites ſeu gratiæ, Veneris, quæ illic colebatur aureo currui inſidens, filiæ: Quod idolum poſtea Carolus Magnus destruxit. Græcè παρθενόπολις vel παρθενοπὴ dici poteſt. Nonnulli Meſonium vocant. Burg verò, græcè πύργος, latinè turris eſt, oppidum & arx. Fuit ergò arx olim, quam Burggravij, hoc eſt, præſides limitanei Romanorum incoluêre. Cuiuſmodi arces multæ paſſim conditæ fuerunt à Romanis præſidibus ad Albim & Salam, ut eſſent præſidia adverſus hoſtium incurſiones. Veneris autem templum idololatricum Carolus Magnus in Chriſtianum uſum convertit, & S. Stephani templum illic condidit, quod tamen unà cum oppido ab Hunnis

vaſtatum eſt penitus. Arcem verò unà cum deſtructo oppido donavit VVitikindo, poſtquam is religionem Chriſtianam amplexus eſt. Eadem ad Editham Othonis primi conjugem per pactum dotalitium devenit. Quæ delectata loci commoditate precibus contendit ab imperatore, ut ſibi urbem ibi condere liceret. Quam veniam cum facilè ab eo impetraſſet, anno Chriſti 940. urbem ædificavit, quam tametſi muro circundare cœpit Otho Imperator, tamen incepta patrare non potuit: Cœnobium tamen ordinis S. Benedicti eo in loco fundavit, ubi nunc eſt templum ſummum, illudq́ S. Ioanni Baptiſtæ, & Petro ac Paulo; tum propter reliquias quaſdam S. Innocentij à Rudolpho Burgundiæ rege miſſas, etiam Innocentio & Mauricio conſecravit, immunitatibusq́ & libertatibus, tum reditibus amplis donavit. Abbatem verò Treviris accitum eidem præfecit. Cœnobiũ viciſsim fundatori ſuo quotannis equum album cum puero & lancea miſit, ut ſuam in illum atq́ adeò in imperium totum obedientiam & pietatem declararet. Eodem tem-

tempore civitatem etiam ipſam præclaris privilegijs ornavit ille, & negociantibus in Albi jura illa tribuit, quæ in privilegio continentur. Anno Chriſti 948. Editha Imperatoris conjunx, è vita ceßit, & in cœnobio prædicto ſepulta eſt.

Anno 950. ante conflictum cum Ungaris ad Lechum ſponſione ſeſe Deo obligavit Otho, ſe partâ victoriâ templum ſplendidißimum Magdeburgi conditurum eſſe S. Mauricio. Cuius quidem voti compos factus animum ſtatim ad erigendum templum cathedrale in vrbe Magdeburga appulit, in quo propoſito ſuſceptoq́; conſilio nefariè impeditus eſt à Bernhardo Halberſtadienſi epiſcopo, quem propterea etiam Quedlinburgi in cuſtodiam tradidit. Epiſcopus verò vt ſeſe ulciſceretur in die cœnæ ſanctæ à Chriſto inſtitutæ habitu epiſcopali redimitus Cæſarem orare jubet ſummiſſè, ad ſe ut veniat, ſimul atq; verò ille ingreſſus eſt, abſq; ullo proceſſu ordinario eum excommunicat epiſcopus, & ab uſu divinorũ cultuum omni removet. Cæſari primùm res ridicula fuit viſa, nihilominus tamen epi-

ſcopum

ſcopum è cuſtodia dimiſit, & Halberſtadi-
um redire paſſus eſt, & quidem eodem e-
iam ipſe venit. Sed cum urbem ingreſſus
ab eo non acciperetur, quemadmodum de-
cebat, iratum eſſe exiſtimans, urbe denuò
egreſſus habitum Cæſareum depoſuit, &
nudatis pedibus epiſcopum adijt, ut excom-
municationis vinculo liberaretur, obſecra-
uit. Hoc impetrato, Cæſaris veſte iterum
indutus denuò in urbem venit. Cui obviã
cum clericis ſuis procedens præſul, honorifi-
cè eum excipit: ſed pœnitentiæ tamen loco
præcipit, ne in animum ſuum inducat de-
inceps, ullum epiſcopatum in ſua diœceſi
fundare. Dilata igitur eſt ſummi templi
ædificatio, quoad in vita hac improbiſſi-
mus præſul manſit. Mortuo autem ſucceſſit
anno Chriſti 967. Hildebardus. Hic Romã
vocatus Othoni non ſolùm benignè conceſ-
ſit epiſcopatus Magdeburgenſis fundatio-
nem, ſed multa etiam de ſua juriſdictione
& diœceſi eidem attribuit. Ita ergo tan-
dem ex ſententia eventus condendi ſummi
templi proceſſit, idq́ adeò exaltatum eſt,
ut Cæſaris pontificisq́ conceſſu præſul eius
archie-

archiepiſcopus, primias Germaniæ, & Metropolitanus habeatur, ad quem alij epiſcopi in Germania omnes reſpiciant, & in controverſiis eccleſiaſticis conſilium ac deciſionem ab eo petant. De qua quidem dignitate decretum parte prima diſt. 99. hoc legitur. Primates & patriarchæ diverſorum ſunt nominum, ſed eiuſdem officij. Ab archiepiſcopis quoties neceſſe fuerit, epiſcopi ad primates appellant, ſed à primatibus ad archiepiſcopos appellare non licet. Debent ergò obedientiam primatibus archiepiſcopi cùm omnibus, quæ ſibi fuerint ab ijs juſtè imperata. Cœnobium quod jam ante ab Othone conditum erat eo in loco, vbi templum ſummum extructum eſt, demoliri opertuit, & extra vrbem collocare in colle ſeu monticulo; à quo Bergenſe nominatum eſt, & Ioanni Baptiſtæ conſecratũ, circa annum Chriſti 935. Cathedrale autem templum S. Mauricio dicatum eſt, qui dux martyrum Thebanæ legionis fuit, & ſacris reliquiis ſui corporis ex Burgundia allatis illud honeſtavit. Eiuſdem templi etiam patrona fuit S. Catharina, propter digitum

gitum eius templo novo illatum. Sic idolomania ethnica converſa eſt in idolomaniã pontificiam, & loco Martis & Veneris cultus S. Mauricius & D. Catharina. Fundator autem huius templi Otho, vitam ſuam in cœnobio, Memleben, quod eſt in Duringia ad Unſtrotum, finijt, cuius cadaver Magdeburgi in templo ſummo terræ mandatum eſt. Huic civitas ſtatuam lapideam in foro erexit, quæ æquitantem cũ & utrinq; ſtantes conjuges Editham & Adelheidam repræſentat. Eſt etiam eidem conſtructum ſacrarium cum altari, ubi in ſaxo exciſa illius effigies, in qua tabellam rotundam in manu tenet, in qua notæ conſpiciuntur novendecim tonnarum auri, quas templo illi donavit Otho anno Chriſti 983. & liberam electionem epiſcopi capitulo tribuit, aliaq́; ad illud augendum contulit. Crevit autem eccleſia vehementer opibus & ædificijs, & ſub Dagone III. archiepiſcopo demum veros canonicos habere cœpit, cum quidem antea monachorum habitu illi inceſſerint. Latuerant autem ad illud uſq; tempus S. Mauri

cij re

cij reliquiæ, in cœnobio Bergenſi. Ea igitur Otho III. in ſummo frigore & nive alta ſolenni proceßione nudis pedibus in templũ cathedrale importavit, & in altari repoſuit, tum ut quotannis feſtum Mauricij martyris celebraretur, ordinavit. Solennis erat Magdeburgi miſſa, qua ad autorem Albertum archiepiſcopum refertur. Hæc in feſto Mauricij celebrabatur, & à magna hominum multitudine frequentabatur. Eadem cauſſam dedit mercatus Magdeburgenſis, & appellari cœpit miſſa dominica, Heermeſſe.

Anno Chriſti 1278. mortuo archiepiſcopo Cunrado, comite à Sternberg, dißidium in electione novi præſulis extitit, & bellum difficile exortum eſt. Et ab hoc fermè tempore bella paßim in epiſcopatibus geri cœpta.

Anno Chriſti 1284. Ericus Marchio Brandeburgicus deſignatus archiepiſcopus, Marchiam, Luſatiam, conſentiente capitulo, fratri ſuo vendidit, ut captos cives ſuos redimere poſſet. Supra dictum eſt Carolum Magnum VVitikindo unà cum duca-

ducatu Saxonico etiam arcem cum vaſta-to oppido Magdeburgo tribuiſſe. Ab hoc igitur Burggraviatus Magdeburgenſis ad Saxoniæ duces devolutus eſt, & tandem circa annum Chriſti 1294. Albertus III. dux & elector Saxoniæ, VVeſtvaliæ & Angriæ, comes Brenæ, Burggravij munus civitati Magdeburgenſi vendidit nongen-tis vel, ut Protuvius alicubi legit, novies mille marcis argenti: Emit eodē tempore ci-vitas etiam prætoris officiū de Dieterico ab Eckerſdorff marcis 1500. At Burggravij qui-dem munus à civitate ad capitulū transla-tum eſt ea conditione, ut nemini à capitulo conferretur, niſi conſentientibus civibus. Prætoris verò officium ab archiepiſcopo civi cuidam Magdeburgenſi, quem communitas vellet, tribueretur: atq; adeò poteſtas ipſa eligendi & abrogandi prætorem penes cives eſſet. Quo quidem modo præturæ officium ſtatim civi cuidam commiſſum eſt. In ar-chivis Saxonicis legitur, Burggraviatum Magdeburgenſem unà cum electorat[u] traditum eſſe Friderico I. electori Saxoni[æ] à Sigiſmundo imperatore, nec feudum illu[d] eſſ[e]

eſſe archiepiſcopi ſed imperatoris. Denuò autem oppignoratum civitati Burggraviatum vnà cum Elvenau, Gettau, Ronnis redemit Ioannes Fridericus Saxoniæ elector anno Chriſti 1538. ſolutis viginti quinq; aureorum millibus, & Burggravij Magdeburgenſis titulum iterum vſurpavit, qui amplius centum annis penes Saxoniæ electores non fuerat. Incidit autem controverſia inter Ioannem Fridericum electorem, & Albertum Magdeburgenſem archiepiſcopum de juribus in Salinis Saxonicis, & in vrbe Magdeburga. De qua cum arbitri Serveſtæ conveniſſent, archiepiſcopus literas Caroli V. imperatoris protulit, quibus res tota ad ipſum imperatorem tanquam feudi & Burggraviatus Magdeburgici dominum revocabatur. Soluta verò obſidione Magdeburgica, Mauricius Saxo Magdeburgam in fidem imperij & ſuam recepit, in qua etiam permanſit illa uſq; ad annum 1579. quo inter Auguſtum Saxonem, & archiepiſcopatus Magdeburgenſis adminiſtratorem Ioachimum Fridericum, Marchionem Brandeburgicum ita conuenit,

nit, ut Auguſtus jure eo civitatis, quod Cæſar ad Mauricium tranſtulerat, cederet, Ioachimus Fridericus verò Auguſto titulū Burggraviatus Magdeburgici cum bonis ad eum pertinentibus concederet.

Anno Chriſti 1307. electus eſt Burchardus archiepiſcopus, qui tempeſtates plurimas ſibi & civitati attraxit. Anno enim Chriſti 1314. vrbem obſedit adjutus à Marchione Miſniæ Friderico duce Brunſuigæ & alijs. Cives adeò non reformidabant hoſtem à quo obſidebantur, ut portas haberent apertas, & miſſis in caſtra nunciis monerent eum, ne citò obſidionem ſolveret: ſed in vrbem mitteret, quoſcunque vellet, liberè, victum & alia quibus opus eſſet, eodem precio cum civibus emeret. Poſtquam menſem vnum duravit obſidio, oravit Marchio Miſniæ, ut ſibi liceret vrbem viſere. Quòd cum facilè impetraſſet, ingreſſus eſt, & acceptus honorificè. Peragrauit omnes vicos vrbis, & cùm veniā bona ciuitatis omnia benè exploraſſet, ad archiepiſcopum in caſtra redijt, inquiens: Dimidiam urbis partem dixiſti deſertam eſſe

eſſe. Ego verò talem reperi ſtatum eius, ut neq; inedia neq; armis expugnari poſſit. Itaq; non eſt, quod diutius hîc commoremur. Sic diſceſſit ille ſtatim, ſed remanſerunt apud archiepiſcopum comites Mansfeldiæ, domini Quernfurdiæ, epiſcopus Cizenſis, qui deſerere illum prius noluerunt, quàm improbitatem & conatus eius iniquos magis cognoviſſent. Ita obſidione urbs liberata eſt, quæ marcis amplius bis mille conſtitit. Interdixit quoq; ruſticis idem epiſcopus, ne cenſus civibus debitos exolverent. Iccircò oportuit cives exire, & vi jus ſuum tueri: VVildemarus Brandeburgi elector miſſis conſiliariis ſuis reconciliare epiſcopum cum civitate ſtuduit, & quidem rem eò adduxit, ut epiſcopus novas arces à ſe conditas demoliri deberet, nec caſtrum ullum ullo tempore vel ipſe vel ſucceſſores eius intra duo ab urbe milliaria conderent, quod utrinq; ſic comprobatum & literis mandatum eſt.

At epiſcopus grauare cives non deſiſtebat, & caſtro Salzæ conſtructo vectigal novum exigebat. Arcem quoq; in Albi conde-

bat in fraudem civitatis, & alia incommoda multa civibus afferebat. Deniq; finem nocendi civibus nullum faciebat. Icirco ipſi tandem tot injuriis offenſi ceperunt illum, & in curiam adductum hebdomadas tres in cuſtodia libera detinuerunt. Conabatur quidem VVoldemarus Brandeburgicus & alij litem componere amicè, ſed cum nemo inveniretur, qui ſpondere pro epiſcopo vellet, ipſe Sacramentum in curiam afferendum curabat, per illudq; jurabat, vel ut alij ſcribunt, à Sacerdote ſibi porrectum Sacramentum ſumebat, eaq; religione ſumma fidem ſuam firmabat. Hoc modo dimiſſus cum demoliturum ſeſe eſſe arces novas, nec incommodaturum amplius civitati promiſiſſet, honeſtè à ſenatu & civibus in ſedem ſuam deductus eſt. At civibus nihil mali amplius ſuſpicantibus, epiſcopus abſolutionem à jurejurando impetravit à Ioanne XXII I. pontifice; & excommunicationem civitati minatus eſt, quo fulmine territi cives, iterum marcas mille ei numerarunt. His acceptis denuò excommunicatione eos terruit, & cum oſten-

oſtenderet, ſibi non integrum eſſe cives ab ea abſolvere, Romam ad pontificem ire juſſit. Miſſi igitur ſunt ſenatores undecim, quorum pars in reditu intercepta in arce quadam VVeſtvaliæ collocata eſt. De hoc cum expoſtularet ſenatus cum epiſcopo, ipſe excuſare ſeſe quidem voluit, ſed non multò pòſt ijdem captivi incolumes domum reverſi ſunt. Conſtitit hæc captivitas marcis amplius bis mille.

Anno Chriſti 1318. cum ingraveſceret annona, epiſcopus ne quid rei frumentariæ importaretur seriè edixit. Hoc edictum, ut abrogaretur, neceſſe fuit marcas 300. ſolvere, & in armatos qui vim prohiberent, ſingulis annis amplius 600. marcas impendere. Alia multa patrabat epiſcopus, quibus non ſolùm Magdeburgenſes, ſed vicinos etiam vehementer offendebat. Hinc nova tranſactio inter epiſcopum & civitatem ſuſcepta eſt, quam etiam reverendum capitulum ratam habuit. A qua tamen non minus quàm à ſuperioribus receſſit epiſcopus. Ex quo factum eſt, ut anno Chriſti 1325. comites Mansfeldici, & alij, cum

Magdeburgenſibus, Halenſibus, & Calbenſibus adverſus eum conjurarint, ſe non ſolùm nihil opis ei amplius laturos, ſed in quamcunq; arcem aut domum ille veniret, ſe illic detinere illum velle. Cùm ergò in vrbem veniret præſul, in curia ſua primùm aſtrictus, poſtea in curiam civitatis adductus eſt. In cuſtodia verò cum vino cereviſiaq; cuſtodes ſuos repleviſſet, ut ſomno oppreſſis illis fuga ſibi conſulere poſſet, peſſulum ab oſtio removit quidem, ſed ſtrepitu excitati cuſtodes prohibere eum, ne exiret, voluerunt. At cum verbis nihil proficerent, manus & pugnos adhibuerunt, quibus ille concidit & expiravit. Mors eius annum integrum latuit, ſed vbi percrebuit, in templo cathedrali ſepultus eſt. Famâ huius cædis archiepiſcopi ad Pontificem & Cæſarem allatâ, civitas excomunicata & proſcripta eſt. Sed quia Cæſar pontifici infenſus erat, propterea quod & ipſe ab eodem excommunicatus eſſet, dato diplomate, non injuſtè factam eſſe illam cædem teſtatus eſt. Papa verò exorari tandem & placari ſe quoque paſſus eſt, & præpoſito S. Mariæ alijſq; p

teſt

teſtatem dedit abſolvendi Magdeburgenſes à cæde, & reſtituendi civitatem in priſtinam libertatem. Viciſſim obligavit ſe civitas ad condendum altaria ſex in cathedrali templo, & ſacrarium ſupra cellam, in qua cæſus epiſcopus erat. Iuſſi verò ſunt cives archiepiſcopo ſuo deinceps ſeſe obligare, ipſe viciſſim jura & libertatem eorum tueri ſeſe velle pollicitus eſt. Neq; eo tamen contentus fuit Papa, ſed ſenatores 36. qui tempore cædis archiepiſcopi fuerant, ſolum vertere ad tempus voluit, qui altero demũ anno ad lares ſuos reverſi ſunt, nempe anno Chriſti 1331. Tùm demum ſolennibus ceremonijs civitas abſoluta eſt. Secundùm hanc tranſactionem Otho archiepiſcopus qui tunc fuit, ſe fidelem dominum civitatis fore, ipſa viciſſim fidem uſitatâ ceremoniâ epiſcopo juravit.

Conſtitutum eſt hoc ipſo archipræſule, ut deinceps ſenatus ex cunctis ordinibus atque tribubus eligeretur. Superſtitio erat id temporis uſitata, ut cùm Mauricius Magdeburgi patronus ſit, etiam vexillum eius tantam vim habere crederetur,

ut quoties in bello contra hoſtem uſurpa-retur, certam victoriam afferret. Quod cum in bello contra Gerardum Hildesheimenſem epiſcopum ſecus eveniſſet, ut victi nihilominus eſſent Magdeburgenſes, etiamſi Mauricium ſecum haberent: interpretatio talis inventa eſt: Vexillum D. Mauricij ſuffragatur non ad invadendum, ſed ad defendendum. Archiepiſcopo Alberto Bohemo Luſatia iterum, conſentientibus nonnullis canonicis, ſex mille marcis acceptis ad Cæſarem devoluta eſt.

Anno 1402. ſeditio exorta eſt in hac urbe, autore quodam ſutore, cui plebs novarum rerum cupida plauſum dedit, & edito campanæ ſigno domus nonnullæ direptæ ſunt & incenſæ. Sed citò extincta eſt flamma. Canonici hoc motu territi metu aufugerunt, ſenatus abrogatus & alius electus eſt. Divina quidem omnia jacuerunt, ſed mortui tamen nihilominus contra edictum terræ mandati ſunt. Cauſam tumultus fuiſſe perhibent monetam, quam mutari oportuit, & controverſia omnis à Günthero Schvvartzburgi comite, & Io-

anne

anne Querſurdenſi amicè compoſita eſt, reparato damno, quod pars lædens parti læſæ dederat.

Anno 1431. civitas à Sigiſmundo imperatore jus illud conſecuta eſt, ut nemo cujuſcunq; conditionis ſit civis vel ſenator Magdeburgenſis ſeparatim vel conjunctim ad tribunal cæſareum, vel ad cameræ judicium citetur: neq; ad aliud quàm ad epiſcopi judicium civile, hoc eſt, ad quæſtorem & Scabinos, veteris urbis Magdeburgenſis vocetur: niſi in caſu denegatæ juſtitiæ, quo uno ad Cæſarem provocare licet. Per idem tempus graſſantibus Huſsitis Magdeburgenſes de muniendâ urbe ſua conſilium ceperunt, id tamen prius archipræſuli & capitulo aperuerunt, ut cum in unis mœnibus habitarent, etiam ipſi portam eam, quam tenebant, munire inſtituerent. Mirè diſplicebat hoc inſtitutum archipræſuli & capitulo. Malebant enim immunitam eſſe urbem, quò facilius cum vellent, potiri ea poſſent. Cives nihilominus, quod cœperant, naviter urgent. Archiepiſcopus igitur ubi monitis & edictis nihil proficit, ſeriò

mandat, ut munitionem eo præſertim in loco, ubi minus eis liceat, iterum demoliantur. Quod facere communitas recuſat, admonita à ſenatu, ne obtemperet capitulo in iis, quæ illius juris non ſint, quæq; civitati exitio eſſe queant. In aliis verò quæcunq; vel grata vel honeſta eis ſint, facilem ſeſe eſſe futuram pollicetur. Vehementer exarſerunt hoc reſponſo capitulares, & collectis theſauris ac rebus precioſis, quas eorum quiſq; habebat, aufugiunt, & capitulum vacuum poſt ſe relinqunt. Civitas verò juri ſeſe ſubjicit, cauſamq; totam conſilio Baſilienſi quod tunc agebatur dijudicandam relinquit. Dum verò differtur concilii deciſio, impatientes moræ Magdeburgenſes, qui nuſquam ferè tuti eſſe poterant, quin invaderentur & diriperentur ab adverſariis ſuis, ſocios & fœderatos ſibi adjungunt, Ioannem Marchionem Brandeburgicum, Heinricum Brunſuigæ ducem, comitem de Reppin, Brunſuicenſes item & Halenſes, irruptionesq; faciunt in vicina oppida, Stasfurtum, Salzam, Otterslebiam & alia. Archiepiſcopus verò in concilio

tàm

tàm pontificis quàm Cæſaris opem implorat, inſtatq́ adeò, ut anno Chriſti 1434. edictum impetret, quo jubebantur Magdeburgenſes omnia, quæ capitulo ademiſſent, reſtituere, & munitionem contra epiſcopi voluntatem extructam abſq; mora omni demoliri, tum archipræſuli obedientiam & reverentiam debitam exhibere. Quòd niſi faciant, proſcriptionem & condemnationem certam expectent, ut prædæ ſint omnibus in quoſcunq; incidant. At interponunt ſe principes hi, de quibus in Halenſi deſcriptione dictum, & controverſiam ſic componunt, vt pax tandem fiat, & archiepiſcopus Guntherus ſolennitate magna in vrbem ingrediatur, & à civibus accipiatur. Illuceſcente doctrina Evangelij puriore etiam Magdeburgæ anno 1522. quidam Auguſtini ordinis D. Melchior Miritius cœpit ſanctorum invocationem, fiduciam bonorum operum, vota monaſtica, ſacrificium Miſſæ, purgatorium ignem, & conſimiles errores refutare.

Anno verò 1524. Nicolaus Sturm conſul conſentientibus nonnullis viris bonis accerſe-

cerſebat Martinum Lutherum VVitebergâ, qui in templo S. Ioannis Dominica VI. Trinitatis de diſcrimine juſticiæ Phariſæorum & Chriſtianorum concionem habuit. Mox miſſæ ſacrificium in omnibus templis abrogatum eſt. Manſit autem Martinus Lutherus aliquot dies, & de reformatione eccleſiæ conſilium ſuum impertivit. Placuit autem ut eò mitteretur Nicolaus Ambſdorffius, qui adveniens paſtor ad S. Ulricũ factus eſt, & eccleſiam benè vtiliterq; conſtituit, ac in 18. vſq; annum ibi manſit, donec Numburgum ad epiſcopatum vocatus eſt. Collega eius fuit D. Ioannes VVeidenſis, qui aliquoties ſub dio in campo Evangelium prædicavit.

Anno 1525. dominica Adventus Domini, primum in templo D. Petri publicum Evangelij præconium factum eſt. Cum eccleſia ſimul etiam ſchola in hac civitate extollere caput, & erigere ſeſe cœpit, ut inter primas Germaniæ ſcholas particulares jure numeretur.

Anno Chriſti 1546. canonici ex vrbe profugerunt ablato theſauro & ornatu ca-

ſpitul

pituli, manſeruntq́ triennium & menſes 6. extra eam, exceptis duobus Sebaſtiano à Plato, & Ioachimo à Morenholt. Sequente anno publicis literis renunciabat ſenatus capitulo, & clericis, tùm occupabat cathedrale & collegiatum templum novum. In fidem quoq́ ſuam accipiebat nouam ciuitatem & Sudenburgum, paulò pòſt etiam VVolmerſtetum, VVanslebiam & Dreilebiam. Capto autem electore Ioanne Friderico foſſas & vallum inter Sudenburgum & vrbem veterem muniverunt, ac portam condiderunt.

Anno Chriſti 1547. Iulij die 27. Magdeburga proſcripta eſt, anno autem 49. repetita & aucta eſt eadem proſcriptio. Inde prædæ facta direptioni, flammæ, ferro, & injuriæ cuiuſvis propoſita fuit. Cauſa proſcriptionis vna erat canonicorum profugorum querela, quam ad Cæſarem & principes deferebant, quaſi bonis ejecti, ſpoliati atq́ in exilium projecti eſſent. Reſtitutionem igitur per omnia ſacra & jura petebant. Altera erat ſocietas quædam ſeu fœdus cum Ioanne Friderico electore Saxoniæ

con-

contra Cæſarem. Tertia, repudiatio gravis & conſtans eius doctrinæ, quæ inſcribeba-tur Interim. Executio autem obſidionis & belli mandata erat Mauricio Saxoni, qui re nulla læſus ab hac civitate, aliena voluntate non ſua decretam jam ante à Cæſare & imperio oppugnationem eius ſuſcepit: partim ut Hiſpani, qui læti & erecti victoria vagabantur, è Saxonia abducerentur: partim ſatius eſſe exiſtimans à ſe obſidione premi Magdeburgum, mitius tamen, quàm ab externis, qui crudeliores multò eſſent futuri, & multum detrimenti rebus communibus allaturi. Hic ergò ad 29. Aprilis civitatem evocat, nec cauſam tamen aliam allegat, præterquam quod Ioanni Friderico Saxoni contrà Cæſaris edicta opem tuliſſent, & propterea Cæſaream majeſtatem atq; ipſum etiam Mauricium graviter offendiſſent. Erat autem munita vrbs 3000. ſtrenuis militibus, ſuppeditabat quoq; commeatus, & res ad bellu neceſſariæ, duces & conſiliarij tam ex ſenatu & civibus, quàm ex alijs delecti erāt. Im comes Mansfeldiæ Albertus, Heideccus. Im

primis

primis roborabat civitatem animi magnitudo & conſenſio in civibus. Itaq; Mauricio reſpondebat, ſe confidere velle in bona cauſa Deo, nec negare ſe interim, cum Saxoniæ electore, & quibuſdam imperij principibus atq; civitatibus fœdus iniiſſe pium, in quo etiam Deo juvante vellet perſeverare. Mox etiam Cæſar ipſe & Brandeburgicus elector eandem civitatem evocarunt. Prodibant in publicum apologetica ſcripta Magdeburgenſium, quibus querebantur ſe non auditos eſſe proſcriptos, tum non niſi injuriâ læſos à canonicis vindictã uſurpaſſe. Dè doctrina autem religionis quæ libro Cæſaris edito comprehendebatur, tum nihil ſe ſtatuere poſſe oſtendebant, quod firmum & ſtabile nihil contineret, ſed ad futuri concilij decreta res tota reijceretur. In adiaphoris verò Romano quidem pontifici nihil concedendum eſſe. Quæ verò occupaſſent ad capitulum pertinentia, ea ſe non aliam ob cauſſam in poteſtatem ſuam redegiſſe, quàm ne in aliorum ditionem venirent, eaq; ſe reſtituere quibus debeantur velle polliciti ſunt. Initium verò

belli

belli factum eſt, cum Georgius dux Mega-
politanus anno 50. Septembris die 16. ſolu-
ta obſidione Brunſuicenſe copias ſuas, quæ
circiter novem ſigna peditum, & ſupra ter
mille & ducentos equites in diœceſin Mag-
deburgicam adduxit. Fuit quidem opinio
nonnullorum à capitulo eum attractum eſ-
ſe, ſed compertum tamen eſt, metu fratris
copias illas ab eo conſcriptas eſſe. Extor-
quere haud dubiè pecuniæ aliquam ſummã
in animo habuit, Magdeburgenſes propul-
ſaturi à ſe vim civium numerum aliquem
contra illum mittunt, qui cum ruſticis con-
juncti in conflictu ab eo fuſi & cæſi ſunt,
& circiter mille ducenti occubuerunt. Du-
ravit obſidio annum unum ac hebdoma-
das 7. nempe à XVI. Septembris anni 1550.
uſq; ad diem IX. Novembris anni 1551.
quo in fidem Cæſaris & Mauricij civitas
recepta eſt. In formula autem fidei conti-
nebatur jusjurandum fidelitatis erga Cæ-
ſaream majeſtatem & Mauricium electo-
rem. Et cum fortè in tranſactione D. Mor-
diſius, Mauricij electoris conſiliarius dixiſ-
ſet, deditam eſſe civitatem, reſpondit D.
Levi

Levinus ab Embden ſyndicus, tranſactionem, non deditionem eſſe factam. Ad quod Mauricius ipſe dixiſſe fertur: Tranſacta res eſt, & erit tranſacta manebitq́. Eſt autem prædicatione digna Mauricij comitas in hac tranſactione, quemadmodum & in obſidione. Reperiuntur literæ Lazari Suendij, & Chriſtophori Corlovicij, quibus apertè affirmat Suendius, Mauricium noluiſſe arctius premi vrbem, quemadmodũ Cæſariani maluiſſent. Soluta jam obſidione & exhauſta civitate, curavit Mauricius tribus navibus octo millia modiorum frumenti in vrbem advehenda, ne commeatus deeſſet civibus, & militi. Interierunt autem obſidionis tempore ex Magdeburgenſium parte 1400. ruſtici, centum ſexaginta tres cives, capti verò 240. cives, ſexaginta milites. Cum in reconciliatione cum Cæſarea majeſtate illud quod crebris ſermonibus vſurpavit Carolus repeteretur, non religionis cauſſa bellum geri, diſertè oſtenderunt Magdeburgenſes, ſe cum Ioanne Friderico Saxone nullam aliam ob cauſam, niſi propter religionem ſocietatem ha-

buiſſe. Idq́ non ſibi tantum, ſed multis aliis quoq; perſuaſum fuiſſe, religionem in hoc bello Cæſaris agi, & libertatem à majoribus acceptam. Concordia certè civium & militum toto penè obſidionis tempore tanta fuit, ut admirationi etiam hoſti fuerit.

Anno Chriſti 1587. adminiſtratore archiepiſcopatus, Ioachimo Friderico Marchione Brandeburgico, apertum eſt ſummum templum, quod annos penè viginti propter canonicorum diſsidium fuerat clauſum, XXX. Novembris prima concio ſecundùm Auguſtanam confeſſionem in eo habita eſt. Quod trabi cuidam in eo templo inſcriptum reperitur, his verbis: Anno Domini 1587. Dominica I. Adventus repurgatum eſt hoc templum cathedrale, & inchoata pura Evangelii prædicatio, & legitima Sacramentorum adminiſtratio, exploſo antichriſto. Veni, audi, vide: ſequente anno reformatio cœnobiorum Papiſticorum in diœceſi ſuſcepta eſt. Primum quoq; torneamentum in hac urbe celebratum eſt anno 935.

MANSFELDIA *nomen Germanicum eſt abſq; dubio, à viro ſcilicet & campo ductum, fortè à prælio, in quo viriliter dimicatum eſt. Sita eſt urbs in ſuperiori Saxoniæ ad Sylvam Hercyniam in radicibus quaſi montis Meliboci. Inculta eſt olim à Slavis VVilzis, quos Carolus Magnus circa annum Chriſti 789. expulit. Id quod indicant reliquiæ nominum Slavicorum VViltzpagi in præfectura Seburgica, & Guiltſchin in præfectura Frideburgenſi. Initium autem æris Cyprij effodiendi in campis Mansfeldicis dedit annus Chriſti 1200. quando metallici duo in monte cupri qui poſtea ſic nominatus eſt, æs invenerunt, quod magni æſtimatum eſt. Caſtrum ſive arx Mansfeldiæ benè munita & magnificè extructa & ampliata eſt anno potiſſimum 1547. quo Magdeburgum obſideri cœpit.*

MARIÆBERGA *vrbs metallica, in montanis ſita, & Miſniæ ducibus ſubjecta, anno Chriſti 1519. ab Henrico Saxoniæ duce condita eſt: cum quidem ſupe-*

riori anno venæ metallicæ valdè opimæ ibi eſſent inventæ. Ordine admodum conveniente & venuſto vicos & domos extructas habet, templum verò longè pulcerrimum.

MAVLBRVNNA Monaſterium Ciſtertienſis ordinis muro & turribus circundatum ſub ducis VVirtenbergenſis præſidio. In hoc colloquium anno Chriſti 1564. habitum eſt inter Theologos Palatini electoris Friderici, & ducis VVirtembergenſis Chriſtophori de præſentia corporis Chriſti in Sacramento altaris. A Palatini partibus erant Petrus Boquinus, Caſpar Olevianus, Zacharias Urſinus, Petrus Dathenus: à VVirtembergici verò Valentinus Vannius, Iohannes Brentius, Iacobus Andreæ, Theodoricus Schnepfius, Balthaſar Bidenbachius. Incoatum eſt X. Aprilis finitum verò XVII. eiuſdem menſis.

MEININGA Franconiæ oppidum, ſ dictum abſq; dubio à Mœno princip Francorum fluvio. Cœnobium habet mir

ſicè auctum à Bertholdo principe Henne-bergenſi, in cuius poteſtatem contractu legitimo anno 1542. venit.

MELLERSTADIVM *Franciæ orientalis oppidum pugna inter Henricum IV. imperatorem, & Rudolphum Suevum anticæſarem celebre eſt. In ea enim tanto animorum ardore & impetu dimicatum eſt, vt ab utraq; parte tam duces quàm milites præcipui perierint.*

MEMMINGA.

MEMMINGA *olim* GRYNENFVRT *pagus veteris Alemaniæ, ſeu Sueviæ vrbs imperialis inter Auguſtam & Campidonum ſita, Druſomagum à Ptolomæo appellata, Germanicè* Manmenge/ *id eſt, virorum multitudo, vt quibuſdam videtur. Vetuſta adeò perhibetur, ut circa annum Chriſti 350. exſtitiſſe credatur. Rempublicam habet benè conſtitutam, quæ partim ab optimatibus, partim à populo adminiſtratur. Cives partim mercimonijs,*

partim lineo & goſſipino panno texendo alluntur. Eccleſia ſtatim à ruſtico tumultu ad normam Auguſtanæ confeſſionis conformata eſt. Schola verò doctrinâ & diſciplinâ honeſtâ & ſalutari conſtat. Exardeſcente in Germania bello, Carolus V. imperator ſenatus formam mutârat, abrogato eo ſtatu qui fuerat. Sed anno 1552. cives eundem reſtituerunt & priſtino more ſenatores deſignarunt.

MERGETHVM.

MERGETHVM latinè Mariæ domus, ſive ſacrarium, ſedes eſt magiſtri ordinis teutonici in Franconia. Cœpit autem ordo ille anno Chriſti 1216. vel 1190. cùm Friderici II. imperat. exercitus in Boruſſia contra infideles bellum geſſit. Crevit & auctus eſt vehementer ex eleemoſynis. Ac primùm quidem pauperibus hoſpitium & victum præbuit, qui pro eccleſia Chriſti amplianda præliarentur. Poſtea in nobilium collegium converſus eſt. Commendator ordinis in Boruſſia fuit quaſi Palatinus ſeu præſes commendatorum provincialium.

Cooptatio in hunc ordinem ſit his verbis: Promittimus tibi aquam & panem in copia, veſtitumq́ tenuem quoad vives. Si quid obtinget amplius, habebis id quoque. Plura tibi non debemus. Simul enſis, calcaria, ſcutum ei tradebatur. Sacerdos verò prodens vel inveſtiens, vt hodie loquimur, receptum equitem, pallium his verbis ei porrigit: Hanc veſtem & crucem damus tibi, & ſi feceris quod pollicitus es, ſpondemus tibi vitam æternam.

MERSEBVRGVM ad Salam.

MERSEBVRGVM *quidem reſpectu Miſniæ trans Salam flumen ſitum Duringiæ vrbs eſt: ſed à Saxonia tamen excludi, ſicut & Hala, non poteſt: cum Miſnia ipſa Saxoniæ pars non minima hoc tempore habeatur. Conditum eſſe à nonnullis putatur, & nominatum à Marſo Germanorum rege VI. qui anno mundi 2188. in Germania floruiſſe dicitur. Sed quantum huic conjecturæ tribuendum ſit,*

facilè intelligit, qui rationes cum autoritatibus confert. Rationes autem, quæ opponi huic opinioni poſſunt hæ ſunt: 1. Reges Germanici à Beroſo enumerati in ſuſpicione à multis ponuntur. 2. Conſentaneum eſt illo tempore Germaniam uſq; ad Salam neq; frequentatam, neq; cultam adeò fuiſſe. Tantum enim à diluvio abierant anni 453. uſq; ad Marſum. 3. Autor fide dignus planè nullus poteſt proferri. Marſorum enim vici, quos Tacitus lib. 1. annalium nominat, ad Rhenum ſiti fuerunt, quorum reliquias tenues ad Albim conceſſiſſe, & in paluſtribus locis conſediſſe, non procul ab oſtio fluminis, ubi Titmarſia eſt, Crantius in Vandalia ſcribit. Sunt qui ad autorem Iulium Cæſarem, vel duces eius originem huius urbis referant. Sed primùm ἀδέσποτον, h. e. autore certo, & probato caret hæc quoq; opinio. 2. Iulius Cæſar ad Albim nunquam pervenit. 3. Tacitus, qui Germaniam vidit, diſertè affirmat, ſuo tempore, hoc eſt, circa annum Chriſti 71. ſub Veſpaſiano imperatore, nullas Germaniæ populis urbes habitatas eſſe, nec con-

conjunctas, ſed diſperſas eorum ſedes fuiſſe. Quod ſi vrbes eo tempore Germania non habuit, nec Merſeburgum exiſtere potuit.

Reliquum eſt, vt vel à Marte, vel à Merbigio nomen huic vrbi inditum eſſe putemus: A Marte quidem, vtpote quem coluit Merſeburgum in ſublimi collocatū, quemadmodum Germanis uſitatum fuit. Veſtigia huius appellationis reliqua ſunt ſupra portam, qua ex urbe in templum cathedrale itur, ubi capella Martis, vel ſacellum eius fuit. Ab hoc igitur idolo, ſi nomen adeptum eſt Merſeburgum, rectè ſcribi & dici poteſt Martiſpurgum. Quanquam nō neceſſe eſt ab Idolo vrbem appellari, cùm nec Lunæburgum à Luna, ſed à fluviolo potius urbi vicino nomen habeat, quamvis fortè Lunam olim illius loci incolæ adoraverint. A Merbigio autem vel Meroveo Francorum rege appellari poteſt, vtpote, qui Duringis etiam dominatus eſt, & arces oppidaq́ in ea paßim extruxit. Cuiuſmodi ad flumen Ieram prope Erfordiam reliquus eſt pagus Merbigsburg, per ſyncopen Mersburg. Iuxta hanc etymologiam ſte-

tit Merſeburgum ab anno C. circiter 438. A Romanis verò quando, & quomodo conditum ſit, non facilè doceri poteſt: licet antiquum Romanorum opus die alte Römiſche Burg *dicatur. Et ut maximè à Romanis caſtrum illud ad Salam vel ante natum Chriſtum conditum ſit: abſq; dubio tamen à Germanis, quibus Romanorum imperium grave fuit, deſtructum eſt, & à Merbigio Franco reparatum. Ex quo non temerè etiam Merſeburgum vocitari & ſcribi poteſt. Quoquo modo ſe res habeat, nomen Germanicum eſſe certum eſt, cujuſmodi omnia ſunt nomina in Burg deſinentia. Illud quidem in dubium venire non poteſt, per Carolum Magnum acceſſionem inſignem ad hanc urbem eſſe factam, utpote, qui religionis Chriſtianæ ſedem primariam illîc collocavit, & fundamenta eccleſiæ jecit, extructo templo S. Ioannis Evangeliſtæ, cum monaſterio regularium monachorum. Et ut præſidium certum, verus Dei cultus illic haberet, comitatum, qui Merſeburgenſis dicitur, adjunxit. Cui Salinas Halæ, qui id temporis, teſte Pir-*

nenſi

nenſi monacho, adhuc pagus fuit, attribuit, & acceßionibus non parvis eundem auxit. Ab hoc tempore comites Merſeburgici in hac vrbe dominati ſunt. Inſigne autem monachorum fuit crux nigra, quod remanſit deinceps etiam in epiſcopatu, expreſſum in campo albo. Sacellum verò vetus poſtea à Friderico epiſcopo ornatum, & D. Mariæ conſecratum eſt.

Conſentaneum eſt Ungaricis irruptionibus etiam huic vrbi plurimum detrimenti allatum eſſe. Quæ res permovit Henricum Aucupem imperatorem, ut eam inſtaurarit, muros refecerit, templum S. Ioannis Evangeliſtæ renovarit, & in caſtello ſedem aulæ ſuæ collocarit. Hic autor epiſcopatus fuiſſe perhibetur, qui etiam fines diœceſis Magdeburgenſis, & Halberſtadenſis terminavit. Poſt Henricum imperator Otho I. ampliavit Merſeburgum ad montem vſque Sixti, & muro, cuius partes quædam reliquæ ſunt, circumdedit. Tum Boſoni præſuli primo caſtellum Romanum, quod palatium Cæſareum, imperatorumq́; comitum & præſulum Cæſareano-

rum

rum ſedes fuerat, tradidit. Quod etiam præſules illi ad annos 250. tenuerunt, donec arcem propriam condiderũt verſus Septentrionem, ubi antea S. Ioannis Evangeliſtæ templum, & canonicorum regularium domicilium extitit. In caſtelli verò veteris ruderibus domus canonicorum, & vicariorum conſtructæ ſunt. Eodem in loco ſacellum S. Martini conditum eſt, & D. Martini caſtrum dictum. Hoc modo Martis idolum penitus abolitum eſt. Donavit idem imperator epiſcopatui oppidũ Zuenkavium anno C. 945. eamq́ donationem confirmavit Henricus II. Condidit quoq; templum S. Laurentij, eoq́ corpora S. Romani, & Maximi tranſtulit. Donavit ſimul Hilperitium in præfectura Luzenſi, item pagum Magadapern ad Rotavium, & caſtellum vetus Martis. Ab Othone autem II. eidem donata eſt ſylva Sceudicenſis cum alia quadam inter Salam & Muldam ſita. Ab Othone III. auctus eſt fundis ad fluvium VVilderbeck, item Sulza ad Eckersbergam inter Unſtrotum, Salam, Ilmam, & Gruba ad VValhuſium. Incidit autem

bo

hoc tempore epiſcopatus in Harpyam Giſelerum, qui archiepiſcopatui Magdeburgico inhians bona multa à Merſeburgenſi ſede ad Magdeburgenſem tranſtulit, atq; adeò epiſcopatum ipſum in abbatiam convertit, & archipræſuli Magdeburgico ſubjecit. Et quidem actum de omni ſalute huius eccleſiæ fuiſſet, niſi Henricus II. eam in priſtinam dignitatem atq; ſtatum vindicaſſet. Hic enim circa annum Chriſti 1005. epiſcopatum inſtauravit, & ob id alter ſeu novus fundator eius fuit appellatus.

Exijt è vita eodem tempore Ridacus Marchio Miſnenſis, & comes Merſeburgi, qui in Othonem I. ſalinas cum quibuſdam alijs bonis tranſtulit: reſervato ſibi uſu fructu ad finem vitæ uſq;. Otho autem eas unà cum pago Dobrebora archiepiſcopatui Magdeburgenſi donavit. Mortuo Ridaco comitatus Merſeburgi ad Eſiconem devenit, qui Ridaci patruelis erat. Is anno Chr. 1007. è vita ceſſit, nullo poſt ſe relicto hærede maſculo. Itaq; comitatus Imperatori Henrico ceſſit, qui eum unà cum civitate donavit epiſcopo VVigberto: reſervato tamen

men ſibi Cæſareo palatio, & juriſdictione in civitate. Frequens eſt in hac diœceſi dicaſterium, præſide, conſiliarijs & cancellario inſtructum & decoratum, in quo eccleſiaſtica & civilia negocia tractantur. Series epiſcoporum, & adminiſtratorum in IV. parte Iſagoges hiſtoricæ exponitur.

METIS.

METIS, quæ & Divodurum appellatur, una ex præcipuis Belgiæ vrbibus, à Mediomatricibus, vel Mediomatricis, qui & Auſtraſij & VVeſtrij nuncupantur, nomen mutuata eſt, vtpote quorum metropolis ſeu caput exiſtit. Dicuntur autem Mediomatrici, quaſi medij inter Trevirenſes & Leucos, qui ſunt Lotharienſes ad Tullū & Nancium. Metis verò & Germanicum Metz ex Mediomatricibus per ſyncopen ſeu conciſionem & contractionem ſyllabarum factum eſt, vulgari conſuetudine. Irrigatur hæc civitas duobus amnibus, Moſella & Selna. Ideò tam natura quàm opere munita eſt. Templum habet ſummum in al-

in altiori vrbis parte exſtructum, cui forum adjacet itidem eminens. Cernitur ibi labrum porphyreticum coloris rubri admodũ capax, item D. Arnoldi Baſilica, in qua imperator Ludovicus Pius, & filiæ aliquot Pipini regis ſepultæ ſunt. Imperij Romani jure & libertate uſa eſt, uſq; ad annum C. 1552. quo Mauricius Saxoniæ dux & Albertus Marchio fœdus cum Henrico II. Gallorum rege pacti ſunt, cauſa vindicandæ libertatis Germaniæ, quam minui à Carolo V. imperatore querebantur: præſertim cùm nullis precibus exorare Cæſarem poſſent, ut captivos principes, Landgravium præſertim Haſsiæ dimitteret. Venit igitur in Germaniam cum exercitu Henricus II. & Metim in itinere non tanquam hoſtis, ſed tanquam amicus & defenſor occupavit, imperioq; eripuit. Promiſerat quidem civibus ſe ſine vllo maleficio traducturum exercitum tuendæ libertatis Germanicæ cauſa, ſed cum fides ei eſt habita, urbem in poteſtatem ſuã redegit. Cæſar verò anno eodem vnà cum Alberto marchione eandem circumſedit, & tormentis validiſsimè verberavit, ſed adverſa

verſa tempeſtate à conatu honeſtiſsimo recuperandæ vrbis depulſus eſt.

MISNA.

MISNA Miſniæ vrbs in Albis ripa à Miſna rivo nominata eſt, à quo etiã regio tota nomen adepta eſt. Lupſurdum à nonnullis dicitur à Lupſ proprio nomine. Tribus cingitur fluminibus, ab ortu Albi fluvio navigabili, à Meridie Trebiſa torrente, à Septentrione Miſna rivulo. Tres quoq; in vno monte arces habet Principis, Epiſcopi & Burggravij, pontem verò altiorem templo, quod tamen de eo ponte intelligendum, qui verſus arcem eſt, non de ligneo illo & artificio inſigni fabrefacto, qui trans Albim eſt. Hoc enim vix artificioſior in imperio Romano reperitur. Condita eſt ab Henrico I. imperatore anno Chriſti 930. qui voluit eo in loco eſſe præſidium militum Riparenſium, h.e. eorum qui tanquã in limite aut ſtatione collocati pro ſalute regionis excubarent, ne incurſionibus Ungarorum vexaretur. Quo loco illud etiam advertendum, ſi à Miſna fluviolo Miſna

vrbs, & Miſnia regio nomen invenit, ecquid dubium eſſe poteſt, etiam Miſnenſem populum ab eodem rivo appellari? Quod ſi tenuerimus, non jam ab exteris, ſed à Germanis, id eſt, à Suevis, Hermunduris, Miſnenſes derivabimus. Quod Strabo etiam diſertè affirmat lib. 7. Ex quo Romæ quoq; in lapide quodam Nicolaus Schônbergius cardinalis Suevus Miſnenſis appellatur. Antea quoq; alijs nominibus vocata eſt, nempè Dalemincia, Sirbia. Urbs ipſa montibus vndiq; circundatur, imò bona eius pars montoſa eſt, nulla penè planicie. Cuius ſitum varietate quadam collium diſtinctū Philipp. Melanchthon intuens dixit: Sparſam illam eſſe cæcâ fortunæ manu, propter inæqualitatem ſcilicet loci modò ſurſum modò deorſum vergentis. Excellit non tam amœnitate quàm ſalubritate aëris. Amœnitatem quidem efficiunt Albis fluvius pulcerrimus, colles circumfuſi, horti, vineta, baſilica. Arx verò incoata ab Erneſto, perfecta & abſoluta eſt tandem ex opulentia metallorum Annæbergenſium ab Alberto Saxoniæ duce anno Chriſti 1471. Epiſcopa-

tus autem anno Chriſti 958. ab Othone Magno fundatus liber, ingenuus, nulli Metropolitano præterquam Pontifici Romano ſubjectus. Ab hoc feudum præpoſitura Budiſsinenſis accepit. Cœnobium ad S. Afram converſum eſt in ſcholam illuſtrem centum puerorum altricem à Mauricio Saxoniæ duce anno Chriſti 1543. Iudicium eccleſiaſticum ab eodem Mauricio Saxone inſtitutum anno Chriſti 1545. in quo cognoſcerentur cauſæ matrimoniales, dirimerentur controverſiæ eccleſiaſticæ, examinarentur & confirmarentur paſtores eccleſiarum, & ageretur cenſura de eorum vita & moribus. Suſcepta eſt in hac civitate religionis reformatio ſtatim à morte Georgij anno Chriſti 1539. cura & induſtria Henrici ducis, perfecta verò diligentia Mauricij & Auguſti annis ſequentibus. Ac primus paſtor reformatæ in hac urbe religionis fuit Ioannes Albinus Francus VViteberga eò miſſus, & à ſenatu cooptatus anno 1540. In Baſilica verò concionatus eſt Georgius Spalatinus, Nicolaus Amsdorfius, Iuſtus Ionas & alij. Eodem an[no]

cœn

cœnobium Parſuſianum in ſcholam converſum eſt. Anno autem 1547. capto Ioanne Friderico à Cæſare mandatum eſt Miſnenſibus canonicis, ut gratiarum actionis loco hymnũ, qui incipit: Te Deum laudamus, canerent. Quo facto circa veſperam hora V. fulmine tactum eſt cathedrale, & vrbanum templum. In cathedrali quidem totum tectum deflagrauit, & turris incenſa, in vrbico autem faſtigiũ templi læſum. Itaq; anno 1549. turris de integro conſtructa eſt.

Multa porrò paſſa eſt Miſna ab hoſtium incurſionibus. Anno Chriſti 1015. obſeſſa eſt à Meſicone filio Boleslai Polonorum ducis, abſentibus Marchionibus Miſniæ Gunthero & Eccardo II. in caſtris imperatoris. Tentata eſt expugnatio labore & contentione ſumma, præſertim in vico VVaſſerburgio, & cum ab injecto igni tabulata illarum turrium arderent, fœminæ accurrentes hydromeli propter aquæ penuriam incendium reſtinxerunt. Cum autem efficere & obtinere nihil poſſet Meſico, & jacturam ſuorum militum non exiguam faceret,

receptui canebat, præſertim cum Albis ex imbribus ſubitò accreſceret & adventare Cæſaris Romani auxilia dicerentur. Huius divinæ liberationis & protectionis memoria longo pòſt tempore ſic cuſtodita eſt, ut quotannis in die nativitatis Mariæ cives in curia, mulieres verò in conſulis domo congregatæ, quaſi proceſſione quadam ſolenni in templum irent, & conjunctis precibus Deo gratias agerent, eidemq́; civitatis ſuæ ſalutem in reliquum etiam tempus commendarent.

Anno Chriſti 1067. in manus Henrici IV. imperatoris venit, ab eoq́; Vratislao duci Bohemorum tradita eſt, ſed anno Chriſti 1076. ab Ecberto II. Duringiæ marchione recuperata eſt, & adhuc in poteſtate Marchionum Miſniæ manet. Eſt in conſpectu Miſnæ trans Albim ſita Zſcheila pagus cum templo collegiato, olim à canonicis quibuſdam poſſeſſo.

MONTFORTIUM, Montfort/ *ve*[tuſta arx infra Veldkircham. Sed]*e comitum Montfortiorum ex Rhetica fam*[ilia]

lia oriundorum. *Vendita eſt anno Chriſti 1379. triginta ſex millibus aureorum Rhenenſium à Rudolpho Duci Auſtriæ Leopoldo, qui ſolus ex gente Montfortiorum reliquus ſobole omni carebat.*

MOGGNTIA.

MOGVNTIA *à Mœno fluvio, qui & Mogonus dicitur, nomen habet. Ibi enim Mœnus in Rhenum influit, & amœnitatem fœcunditatemq́; loci mirificè auget, Germanicè* Meintz/ *in ripa Mœni ſita civitas. Quidam ortum eius ad autorem Trevirum Manni regis Germanorum filiū; alij ad Terbetam Nini & Semiramidis filium referunt. Quorum ego opinionem non refuto, ne cornicum oculos configere velle videar: ſed plus apud me tamen valet Taciti Teſtimonium, qui ſuo tempore nullas neq; vrbes neq; oppida fuiſſe in Germania ſcribit. Quod ſi vrbes tunc nullæ extiterunt in Germania, qua autoritate Moguntiam tanto tempore ante Tacitum fuiſſe affirmabimus? Multò igitur recentior eſt*

huius vrbis ortus, & olim longius à Rheno abfuit, quod ex ruinis cognoſci poteſt. Quanquam negare haud poſſumus, tempore Conſtantij & Iuliani tam Moguntiacū, quàm Nemetes, Tabernas, Vangiones extitiſſe. Quod ex Ammiani Marcellini lib. 15. & 16. manifeſtum eſt. Sed duo ſunt quæ opponi poſſunt, temporis ſcilicet & formæ diverſitas. Iulianus enim anno Chriſti 461 Romani imperij faſces ſuſcepit: Tacitus verò circa annum Chriſti 71. vixit. Deinde pleræq; vrbes Germaniæ pagis ſimiliores quàm oppidis fuerunt. Et poſt Attilæ irruptionem in Germaniam muniri demum cœperunt vrbes. Sed ad Moguntiam vrbem redeo, quam ampliatā eſſe à Claudio Druſo Auguſti Cæſaris privigno legimus: cum quidem antè Auguſtum etiam pons ibi fa-ctus ſit, per quem in Germanos Iulius Cæſar tranſiit. Direptam verò eſſe ſub Valentiniano Marcellinus ſcribit. Vetuſtum e[…] omninò monumentum lapideum glan[…] querna non diſsimile, quod Druſo factu[…] eſt Moguntiæ in colle quodam vrbi vicin[…] cui nomen eſt Aichelſtein / *ex quo conj[…]*
ctura

cturam facere poſſumus, Moguntiam fuiſſe quondam arcem belli contra Germanos. Eſt quoq; antiquitatis documentum inſigne huius civitatis, quod à Creſcente S. Pauli diſcipulo ad fidem Chriſtianam converſa eſt, nec ita multò pòſt epiſcopatus in ea extitit, qui in archiepiſcopatum anno Chriſti 745. autore S. Bonifacio converſus eſt, ut in hiſtoria VVormatiæ dicitur. Nec exigua dignitas ſedis Moguntinæ eſt, quod in deligendo Germano imperatore partes primas tenet, inde uſq; à Pipino rege, quem anno Chriſti 750. S. Bonifacius archiepiſcopus Moguntinus in templo ritu ſolenni inunxit. Circa annum Chriſti 1158. odium exarſit ingens cleri & civium Moguntinenſium adverſus archiepiſcopum Arnoldum, quem etiam furore ingenti trucidarunt, & in fimum projecerunt. Quod facinus Cæſar Fridericus Barbaroſſa ſic vindicavit, ut autores cædis capite multârit, & urbem ferè totã diripi vaſtariq; juſſerit. Iccircò in ruinis jacuit civitas annis 36. donec juſſu Othonis IV. inſtaurata eſt. In hoc tumultu cives univerſi ſteterant con-

tra archipræſulem, exceptis ſolis lanionibus vel macellariis, qui pro illo propugnârant. Itaque ab imperatore Friderico ſingulari quodam priuilegio & libertate donati ſunt, quemadmodum in IV. parte Iſagoges noſtræ hiſtoricæ de epiſcopatu Moguntinenſi explicatur. Concuſſa quoq; & vehementer labefactata eſt Moguntia ſub epiſcopo Dieterico Iſenburgio, qui anno Chriſti 1459. archipræſul quidem electus eſt, ſed à Pontifice Romano oppugnatus. Is enim antipræſulem obtruſit Adolphum Naſſovienſem, cui cives duo Moguntinenſes, noctu egreſſi, vrbem prodiderunt. Ex quo factũ, vt clandeſtino introitu 500. cives occiſi ſint, multiq; capti. Dietericus ipſe vix per murum elapſus evaſit. Ornamento etiam magno eſt Moguntiæ Academia, quæ fundata eſt à Dieterico archiepiſcopo anno C. 1482. Ab Adolpho autem hæc ipſa civitas ab imperio alienata in ditionem & poteſtatem archiepiſcoporum Moguntinenſium redacta eſt.

Anno Chriſti 1552. Albertus Marchio Brandeburgicus relicto Mauricio cum exerci-

ercitu venit Moguntiam & iram ſuam in clerum evomuit, pecunia cives multavit, tormenta bellica eis ademit, epiſcopi arces duas igne perdidit, qui aberat concilij Tridentini cauſſâ.

MONACHIVM.

MONACHIVM, Germanicè München / Bavariæ civitas ad Iſaram inter Oenum & Lycum amnes. Fundamenta eius jacta ſunt anno Chriſti 1462. ab Henrico Bavariæ duce, imperante Othone I. Nomen inveniſſe dicitur à monacho, cuius caput eo in loco repertum ſit, cùm terra fuit effoſſa. Amplitudo eius intus continet paſſus 500. Hodie ſedes eſt Bavariæ ducum, amœritate alijs multis vrbibus antecellens. Multa ibi viſuntur ſummo ingenio arteq; & ſolertia admirabili elaborata atq; perpolita. Eminet inter alia locuples & ingens bibliotheca circiter 4000. voluminum complectens, quorum magna pars manu ſcripta eſt.

MECKELNBVRGVM Obotritorum oppidum à Primislao conditum, μεγαλόπολις, vel μεγάπολις magnopolis, id eſt, magna vrbs à Cranzio appellata. Ab hoc titulum ſibi ſumsêre principes Meckelnburgici, & ditio ipſa Meckelnburgia, vel Magnopolenſis, ſecundùm Cranzium nominatur. Converſa eſt autem in ducatum à Carolo IV. Romanorũ Imperatore, qui Alberto & Ioanni fratribus ducalem dignitatem tribuit, ut duces Magnopolenſes ſcribantur & ſint, multis congentilium ſuorum ducibus potentiores. Henricus Leo primus de Meckelnburgo ſedem Suerinum tranſtulit, propterea, quod Meckelnburgum neq; vallis neq; muris firmari potuit. Hunc ſecutus Guncelinus novam vrbem vicino in loco ad mare cœpit ædificare, quam VViſmariam appellavit Vandalico nomine, quæ brevi tempore incolis ſic aucta eſt, vt omnem memoriam veteris vrbis Meckelburgi aboleverit. Ad Mechelburgicum ducatum adjecit Magnus Meckelnburgi dux, ducatum Vandaliæ, & Stargardiæ, anno Ch. 1431. & 1471. mor-

mortuis abſq; hæredibus VVilhelmo Vandaliæ, & Vlrico Stargardiæ ducibus.

MVLBERGA.

MVLBERGA *ad Albim oppidum cum arce diviſum in duas partes, in quarum vnâ parœcia, in altera verò cœnobium virginum eſt. Fuit in ditione & poteſtate baronum Burgiorum de Dauba, qui antea arcem Lomam prope Hohnſteinum incoluerunt. Sed cùm moleſtia afficerent Miſnenſis præſulis villas, eò adegit eos præſul, vt Mulbergam emerent, & ſedem mutarent. A Burgiorum ſtirpe extincta ad Saxoniæ duces devoluta eſt.*

MVLHVSIVM.

MVLHVSIVM *Duringiæ vrbs vetus imperialis ad Unſtrum amnem ſita loco valdè fœcundo & opportuno: dicta quaſi molaris domus. Capta, exuſta, & vaſtata eſt miſerabiliter anno Chriſti 1181. ab Henrico Leone, ſicut etiam Northuſia. Landgravius quidem Duringiæ Ludovi-*

cius obviam huic Henrico ivit cum exercitu magno, & prælio etiam cum eo dimicavit: ſed cæſi ſunt Duringi, partim etiam capti & vix vindicari clades accepta potuit.

Anno Chriſti 1249. Saxoniæ & Duringiæ Domini conjunctis viribus Mulhuſiam ab imperio avellere, & ſibi ſubijcere conabantur, iccircò mittebant currus repletos militibus, ſed coopertos ad eum modum quo frumentum vehi ſolet. Erant autem in quolibet curru armati duodecim. At Mulbuſini fraude cognita manè adventantibus curribus ſignum campanæ dederunt civibus, qui concurſu facto multos illorum occiderunt, reliquos propulſarunt. Cum Erfurdenſibus & Northuſanis ſæpius ſocietatem periculi, ſalutis, & laboris coiverunt: quemadmodum etiam in bello diuturno & difficili inter Fridericum Marchionem Miſniæ & Erfurdenſes geſto, factum eſt. In obſidione Noveſii anno Chriſti 1474. Friderico imperatori fidelem operam navarunt. Anno autem Chriſti 1293. Adolphi Cæſaris milites nefaria ſcelera in

Duringia fecerunt, & viciſſim à Durin-gis truculenta paſſi ſunt. Iccircò cum non ſatis tutum ſe ibi eſſe Cæſar ille intelligeret, Mulhuſiam cum ſuis profectus eſt, vbi non minus facinora crudelia à militibus iſtis edita ſunt. Quæ cum intolerabilia eſſe putarent incolæ, factâ manu Cæſarianos invaſerunt & ſtraverunt, ut vix Cæſar evaſerit.

In tumultu ruſticano tuba ſeditionis Thomas Monetarius Mulhuſiam venit anno Chriſti 1525. ubi admiſſus in ſuggeſtum acerbè in Magiſtratum invectus eſt. Et ſenatus quidem concionandi poteſtatem ei ademit, ſed nihilominus plebem concitavit, effecitq́ʒ, ut ſenatus, qui tunc erat, abrogaretur, novusq́ʒ crearetur. Mox tumultuatum eſt, monaſterium oppugnatum, & Thomas ipſe Ioannitarum aulam occupavit, aliena bona atqʒ fortunas invaſit, in ſenatum ivit, nec prius conquievit, quàm ad arma incautos convocaviſſet. Poſtquam verò principes ad Franckenhuſiam magnam tumultuantium partem oppreſſerunt, Mulhuſiam quoqʒ 19. Maij obſidione cinxe-

cinxerunt, qua etiam per proditionem potiti ſunt. Mulctata eſt miſerè florinis 40000. & inſuper principi cuilibet annis ſingulis dare juſſa eſt 300. florinos. Tum caſtrum etiam demoliri & damnum nobilibus penſare. Quæ pœna tamen poſtea mitigata eſt.

Anno Chriſti 1551. ſoluta obſidione Magdeburgenſi, copiæ Mauricianæ in agrũ Duringicum infuſæ ſunt, & 30. Novembris ſigna peditum circiter 22. cum equitibus 1500. Mulhuſiam ingreſſæ hybernarunt ibi, non abſq; incolarum incommodo. Harũ pars quædam ad viceſimum primum Ianuarij ſolutis ſtipendijs abierunt: reliqui ductore ſuo capto ſolutionẽ vi extorſerunt, ſenatu pecuniam ſuppeditante. Eccleſiam reformare cœpit hæc civitas anno Chr. 1542. cum Iuſtus Menius primam concionem ſecundùm Auguſtanam confeſſionem ibi habuit, & ludum etiam aperuit, in quo literis doctrinisq; pueri & adoleſcentes inſtruerentur. Rector illius primus fuit Hieronymus VVolfius Oetingenſis celebritate famæ cunctis penè notus.

Anno

Anno autem 1547. iterum hic ludus eſt abrogatus. Tandem anno 1566. totus in hac civitate corruit papatus. Sacerdotes enim ad Minoritas metu colloquij cum Evangelicis ſuſcipiendi claves ſenatui tradiderunt. Hic abjecta omni cunctatione templum illud in vſus reformatæ religionis ſecundùm Auguſtanam confeßionem convertit. Cuius quidem mutationis memoria & recordatio, ut in animis poſterorum relinquatur, quotannis in die Magorum canitur: Cecidit Babylon illa magna. Remanſerunt tamen pontificiæ religionis cultores, qui cùm loci nihil ſibi relictum viderent, ad Cæſarem confugerunt, & edicta quædam de reſtitutione in integrum impetrarunt. Sed confiſi cives Deo, & adjuti Saxoniæ electoris Landgravijq́; Haßiæ ope in propoſito ſuſceptoq́; emendatæ religionis conſilio conſtanter perſeverarunt. Eminuit in hac reformatione Eccleſiæ imprimis opera, vigilantia & fides egregia M. Hieronymi Tileſii Superintendentis, qui tamen eo ipſo anno 17. Septembris die vitam hanc mortalem reliquit.

Anno

Anno Chriſti 1580. introducta eſt in hanc urbem ſchola nova, ne ſeminarium deeſſet Eccleſiæ & Reipublicæ neceſſarium & ſalutare. Incidit autem hæc introductionis ſolennitas in 27. Maij diem, quo Noa ex arca egredi juſſus ſoteria ſacrificavit, & ſignum gratiæ Dei arcum cœleſtem accepit, ne cladem ſimilem gentis humanæ deinceps metueret. Quare eodem etiam die renovatur memoria Gymnaſii aperti, & gratiæ Deo aguntur pro tanto beneficio lucis doctrinæ, literarum, & religionis tandem poſt longas tenebras & graves cum pontificijs dimicationes in hanc urbem importatæ.

MVMPELGARDVM.

MVMPELGARDUM in comitatu Mompelgardenſi à montis ſive horti pulcritudine & amœnitate nomen habet, & quidem tempore Caroli Magni pars fuit Franciæ Occidentalis, eademq; habet inſignia cum comitatu Phirretarum. A vulſa autem à Franciæ regno comites pro prios

prios habere cœpit circa annum Chriſti 904. Fuit etiam ſub ditione ſuperioris Burgundiæ circa annum Chriſti 1262. mortuo Theodorico comite ◡. A Montisbelgardenſi comitatu ad Novocaſtrenſes devenit. Inde ad VVirtembergenſes comites translatus eſt per matrimonium Eberhardi iunioris & Henricæ vel Henriettæ, Henrici comitis Mompelgardenſis ultimi filiæ, circa annū Chriſti 1395. Hic iiſdem ducibus confirmatus eſt à Carolo V. tanquam imperij beneficium in conventu Spirenſi anno 1544. Celebris eſt in vrbe Mompelgardenſi habita diſputatio de Cœna Domini & aliis controverſis capitibus religionis inter Iacobū Andreæ Cancellarium Tubingenſem, & Theodorum Bezam anno Chriſti 1586. in quo Beza multa abſurda Calviniſtici dogmatis propalavit.

NEVSTADIVM ad Orlam.

NEVSTADIVM ad Orlam *fluvium oppidum, cum vicina vrbe Iena, & co-*

mitatu Orlamundenſi, & VVimarienſi anno Chriſti 1301. ad Fridericum Admorſum Miſniæ marchionem per dotalitium pactum cum Eliſabeta comitiſſa Arnshaugenſi conjuge ſua devenit. Arci vicinæ nomen eſt Arnshaug, cœnobium verò Eremitarum fundatum eſſe dicitur anno 1292. Huius incolæ monachi anno Chriſti 1522. abjectis erroribus pontificiæ religionis, e-mendationem rituum & doctrinæ admiſerunt. Interim errore quodam ſeducti imagines ejecerunt & exuſſerunt: Nonnulli eorum vxores duxerunt. Non multò pòſt idem expilatum & ſpoliatum eſt à civibus, exportatis omnibus quæ inventa ſunt.

Parochiale verò templum, ad Neuen-hof dictum, ante vrbem ſitum eſt. Intr-vrbem verò aliud eſt, in quo vera relig-docetur, & cultus divinus exercetur.

NORIMBERGA.

NORIMBERGA *quaſi Noricorum mons, condita eſt à Noricis in Her-nia ſylva, ut eò tanquam in latebras p-fugerent, cum ab Hunnis latè Germa-*

vaſ-

vaſtaretur. Sita eſt in colle natura firmo & ab hoſtium incurſione atq; impetu tuto, vbi Pegneſſus & Regneſſus confluunt in ſolo horridiore aliquantò & arenoſiore, loco medio fermè non ſolùm Germaniæ, ſed totius etiam Europæ, vt Cunradus Celtes exiſtimat. Interiit autem Attila Hunnorũ rex anno Chr. 454. Ex quo initium huius vrbis æſtimari poteſt. Ampliata verò & exornata eſſe videtur, imperantibus Henricis, quemadmodum vrbes aliæ paſſim in imperio. Arx ſive caſtrum eſt in hac vrbe monti impoſitum, in quo Romani imperatoris præſides juriſdictionem olim exercuerunt, ex quo Burggravij Noribergenſes illi nominati ſunt. Hi muniverunt etiam illam præſidio ad propulſandas rapinas & latrocinia, quæ provincias vicinas valdè vexabant. Rempublicam verò conſtituit Ludovicus cognomento Bavarus, imperator factus anno Chriſti 1315. qui ad certas leges vitæ incolas adſtrinxit. Imperio autem adjuncta eſt multò citiùs, & libera facta à Cunrado II. qui anno Chriſti 1027. ad imperium evectus eſt. Forma guberna-

tionis primò fuit democratica, quæ propter ſeditionem civilem converſa eſt in ariſto- craticam, imperante Carolo IV. Hanc fir- miter retinet cavetq́, ne in tanta incola- rum multitudine ac diverſitate tranquil- litas & pax turbetur. Quod admirationi fuit Ferdinando imp. qui intuens tantam hominum copiam in una politia, quæſivit ab Antonio Tuchero, ecquo modo tanta multitudo regi & in concordia retineri poſ- ſet? Cui reſpondit ille, Bonis verbis & gra- vibus pœnis. Aiunt quinquaginta duo mil- lia civium in hac Republ. numerari: Fri- dericus I. imperator puerorum multitudi- nem aliquando conſpicatus in hac civitate, primum admiratione quadam affectus eſt, deinde juſſit omnes pueros infra decimum annum vocari in foſſam arci propinquam. Quo cum veniſſent, à matribus comti & ornati, quoad cuiusq; facultas tulit, Cæſa aſpectu eorum ſatiatus, placentulis & tor- tulis donatos dimittit, aureum numum cuiq; pollicens, ſi denuò accerſerentur. Qua- tuor millia amplius puerorum huius ætat in foſſa fuiſſe dicuntur. Ordines in hac Re- pub-

publica numerantur tres, patrum, mercatorum, & plebis, quæ operarios complectitur. Patres ex familijs veteribus & honoratioribus conſtant, ex quibus ſenatus legitur atq; completur. Is continet 26. viros, quorum 13. magiſtri civium vocantur; reliqui 13. Scabini: quibus tres Iuriſconſulti conducti ſemper aßident. Conſules ſingulis menſibus mutantur, nec amplius vno menſe vnus Rempublicam adminiſtrat. Leguntur ex eodem ordine ſenatorum etiam quinque viri, qui cauſſas criminales cognoſcunt & dijudicant, tum prætor quoq; & quæſtores ærarij ſingulis annis bini. Semel etiam in anno, præſertim cum res ardua incidit, ex tota civitate aliqui advocantur, vt in commune conſulant. Mercatorum ordo immunis eſt ab oneribus publicis. Plebi interdictum eſt conventiculis & convivijs ſolennibus, ne ex congreßibus huiuſmodi ſemina dißidiorum aut ſeditionum emergant. Tria igitur ſunt, quæ Rempublicam Norimbergenſem continent, εὐνομία ſive εὐταξία, æqua & juſta legum conſtitutio ſive ordo; εὐλογία moderata oratio ſi-

ve amica civium compellatio, & ἀδεκάςα animadverſio nemini parcens aut meritam pœnam remittens. His accedit quartum ornamentum atq; præſidium, eccleſiæ & ſcholarum cura diligens & accurata. Nam & privatas ſcholas in vrbe habet & Gymnaſium publicum Altorfii impenſis magnis alit, in quo literæ & diſciplinæ omnes vigent. Ex his ſummi precij bonis effloreſcit & redundat communis civium comitas, conſenſus, & humanitas in pace, in bello verò gravitas & tolerantia. Etſi autem manſit hæc civitas in fide & clientela imperij, ſine querela, tamen ab Henrico V. qui patri factus eſt rebellis, oppugnata, capta, direpta & ſolo penè æquata eſt, propterea quod patri ipſius fidem & operam præſtitiſſent. Idcircò jacuit in ruinis annos fermè 40. uſq; ad annum Chriſti 1139. quo Cunradus III. imperator eam inſtauravit, ambitu, ædificijs ac templis auxit, tum ipſemet quoq; incoluit. Extruxit idem Scotorum cœnobium S. Aegidio dicatum, idq; Benedictinis aſſignavit. Henricus VI. imperator circa annum Chriſti 1194. muri

urbem

vrbem circumdedit, & Burggraviatum inſtituit. Rudolphus autem Habſpurgius, qui anno Chriſti 1273. ad imperij faſtigium evectus eſt, tantum honorem ei habuit, ut primum conventum ibi celebrarit, & Burggravij munus arbitrarium ante, in hæreditarium converterit. Attribuit autem illud Friderico comiti à Zollern, ſororis filio feudi loco, à quo in familiam marchionum propagatum eſt, qui Burggravij Norimbergenſes inde nominantur. Hi de vicinis comitibus identidem præfecturas & oppida emerunt, Culmbachium, Ansbachium, Crailsheimum, Suabachum, Cadelsburgum, Kitzingam, Curiam, Guntzelhuſium, & alia. Ab eo tempore opibus & potentia in imperio floruerunt. Civitas verò ipſa negociationum crebro uſu mirum in modum crevit, fermè ab anno Chriſti 1300. quo primùm ad gentes exteras proficiſci cives cœperunt. Fridericus autem Burggravius primus elector Brandeburgicus, vendidit ſenatui & vrbi Norimbergenſi florinis 240000. arcem in vrbe & pagos aliquot in vicinia, VVerdam, Schinclingum, Snep-

ſenreitum, molas quatuor & ſylvas duas, cum omnibus juribus & reditibus: retento tamen jure feudali in eccleſiaſticis & politicis. Iure item provinciali Burggraviatus, venationis, tuti & liberi comeatus extra urbem, aliisq́; regalibus. Etſi autem pacis ſtudioſa ſemper fuit hæc civitas, tamen vitare communes temporum varietates ſortunaq́; viciſſitudines minimè potuit. Nam Carolo IV. imperante tribuni civium è medio tollere ſenatum veterem conſtituerant, & quidem in feriis pentecoſtes, ut novum eligere ad arbitrium ſuum poſſent. Senatores verò cognitis inſidiis opem Caroli IIII. implorarunt. Cives contra Guntheri Suartzburgii patrocinio ſe obtenturos eſſe id quod conarentur ſperabant. Mortuo autem Gunthero Carolus IV. urbem obſedit, eâq́; in poteſtatem ſuam redactâ, ſenatum veterem, repudiato novo, reſtituit, ſeditionis autores punivit, & tribunitiam poteſtatem in omne tempus abrogavit. Promulgavit hic imperator primùm in hac civitate auream bullam, qua dignitas & quaſi nervi totius imperii continentur. Etſi autem

autem tempore belli Germanici reſtituta eſt tribunitia poteſtas in hac Republica, tamen à Carolo V. paulò pòſt iterum abolita eſt, & reſtitutus ariſtocraticus ſtatus. Geſſit anno Chriſti 1390. bellum difficile de juriſdictione cum Alberto marchione, qui ob fortitudinem cognominatus eſt Achilles Germanicus. At Albertus quidem ſocios belli habebat principes ſeptendecim, inter quos numerabatur etiam VVilhelmus Saxoniæ dux. Norinbergenſes verò juvabantur à fœderatis civitatibus multis. Pugnatum eſt varia fortuna, & octo quidem prælijs victor evaſit Albertus, nono verò ſuccubuit, Norimbergenſesq́ omnem ſuã laudem fortitudinis & induſtriæ priſtinæ recuperarunt. Initio belli interrogavit quiſpiam Norimbergenſes, quare contra principem non magnis viribus pollentem tantas copias ducerent: Cui reſponderunt illi: miraberis minus, ſi non opes & potentiam ſed animi magnitudinem in hoc principe conſideraveris. Fuit enim acris bellator Albertus, nec manu ſolùm promtus, ſed ſucceſſibus etiam felix. Nullum diſcrimen

horruit, ſed primus in acie, poſtremus in conflictu extitit. Datum eſt & acceptum vtrinq; tantum detrimenti, ut vaſtatis agris direptiiſq; oppidis & vrbibus, deficere comeatus & nervi penè omnes inciperent. Itaq; cum biennium jam duraſſet bellum, tandem vrgente Imperatore Friderico, ſopitum eſt, & moles belli tota in Italiam converſa, quo cum ſelectiſſimis copiis imperator ille proficiſcebatur.

Anno Chriſti 1502. exorto inter Burggravium & Norimbergenſes de juriſdictione diſſidio, cum cives die quadam dominica circa ſolſtitium æſtivum ad feſtivitatē encæniorum ituri eſſent, marchio de ſuis adornavit quoſdam, qui in Norimbergenſium ſylva tranſeuntes cives nihil tale metuentes invaderent. Hi cum prodirent, & à Norimbergenſibus conſpicerentur, manus quædam civium armatura levi erupit tumultuariè tanquam ad encænia profectura, minimè ſuſpicans Marggraviorum vim aut impreſſionem magnam eſſe futurā. Multi etiam curribus eò vehebantur, pa-rum de eventu ſoliciti. Mox ad manu

ven

ventum eſt, & incauti cives ſic à Marggravijs circumventi ſunt, ut magna eorum pars cæderetur & funderetur. Sed & de Marggravijs non pauci ceciderunt. Hic exitus fuit cruentus encæniorum, amplius mille viris ex utraq; parte occiſis. Marchio tamen victor evaſit, Norimbergenſibusq́; vexillum eripuit. In vrbe verò clamor & terror magnus fuit. Qui enim exierant, eorum pauci redibant. Pœna hæc erat temeritatis & inconſultæ cupiditatis repellendi Marchionis copias in ſylua vagantes, quæ eos tantùm præſtolabantur, qui ad encænia ituri erant.

Anno Chriſti 1553. Albertus marchio Caſimiri filius, quem ætas noſtra Alcibiadem Germanicum cognominavit, in Franconia miras turbas dedit. Extorſerat jam utriq; epiſcopatui VVurceburgico & Bambergico, tum Norimbergenſibus etiam obligationem, qua cavebatur, ne oppida, arces & caſtella ſuperioribus annis ab ipſo occupata repoſcerent, & inſuper pecuniæ vim magnam penderent. Hanc verò Cæſar tanquam iniquam, & juribus imperij repugnan-

pugnantem ſuſtulit, tum epiſcopis & Norimbergenſi Reipub. poteſtatem recuperandi bona à Marchione occupata dedit. At cum in Metenſi obſidione Albertus ſeſe cum Cæſare conjunxiſſet, illam obligationem denuò confirmavit. Itaq; ſoluta obſidione domum reverſus Albertus, conſcripſit exercitum, & incendijs rapinisq; multo atrocius quàm ante graſſatus eſt. Etſi autem elector Palatinus ſeſe interpoſuit, pacem inter diſſentientes facturus: tamen navare & obtinere nihil potuit. In tanto igitur diſcrimine epiſcopi & Norinbergenſes opem Ferdinandi regis, Mauricii electoris Saxoniæ, & Heinrici ducis Brunſuigæ implorarunt. Interim Albertus epiſcopatum Bambergenſem occupat, omniaq; inflammat & evertit, quibus potiri poteſt. Præſul Bambergius Forchemium perfugerat, cui VVurtzburgius ſigna militum ſex ſubſidio mittit, cum equitibus quadringentis. Hi ad Bommersfeldium caduntur ab Alberto, multiq; capiuntur. Mox Bamberga ipſa in poteſtatem eius venit. Mittebantur quoq; equites Sileſii, & Bojemici, qui ad Berlingun

gum fuſi ſunt, non habita ulla ratione pacis, quæ Francofurti tentabatur. Norinbergenſium urbes duæ, Lauſinga & Altorfium exuruntur crudelem in modum. Veniebat in eius poteſtatem etiam Suinfurtum, Bambergenſes pecunia grandi multabantur, dareq́ cogebantur obſides 86. quos captivos ſecum abducebat in Saxoniam Albertus & duriſsimè tractabat. Ex quo etiam magna pars extincta eſt. Ajunt Norinbergenſium vicos centum, caſtella & villas ſeptuaginta amplius ab eo direpta & combuſta eſſe. Mauricius igitur Saxo, & Henricus Brunſuicenſis hac injuria permoti armis & bello illum comprimere ſtudent. Ventum eſt tandem ad pugnam, in qua victus eſt Albertus, Mauricius verò cum multis principibus & comitibus victor interiit. Nec dum tamen bellum conquievit. Henricus enim Brunſuigius & ſocii episcopi, Norinbergenſesq́ fugientem & bis jam cæſum victumq́ Albertum perſecuti ſunt, & Lichtenfelſum expugnarunt, tum Culmbachium, Plaſſenburgum, Lichtenburgum, & Beireutum recuperarunt. Oppugna-

pugna-

pugnarunt quoq; Suinfurtum & exuſſerunt. Scholam Altorfii, anno Chriſti 1575. die 29. Iunii aperuerunt Norimbergenſes, privilegiis Cæſareis ornatam. Rector primus fuit Valentinus Erythræus, qui paulò pòſt diem ſuum obiit. Repurgatam à Luthero doctrinam maturè amplexa eſt hæc reſpub. Nam 23. Febr. primam concionem apud eos habuit Andreas Oſiander, anno Chriſti 1522.

NORTHVSIA.

NORTHUSIA Imperialis urbs Cheruſcorum in Miſniæ & Duringiæ confinio ad ſylvam Hercyniam, quæ Duringos diſterminat à Saxonibus: ſic dicta ab aquilone ad quem reſpicit, quaſi aquilonis ſeu ſeptentrionalis domus. Conditor eius fuit Merovigius Francorum rex, qui latè in Duringia dominatus eſt. Alii ad authorem Theodoſium ſecundum referunt, ab eoq; Theodoſianam appellatam eſſe autumant. Reparata certè vel aucta & inſtaurata ab eo eſt, privilegiisq; ornata. Reperiuntur adhuc

huc ſupra portam quandam huius urbis verba iſta aureis literis in ſaxo quodam inciſa: Anno Domini 410. Theodoſius ſecundus nobiliſsimus Hiſpanus Rom. Imperator anno imperii ſui quarto hanc urbem fundavit, libertatibus armisq́ imperialibus ditavit. Helff Gott/Maria berath.
Duo autem ſunt, quæ dubium lectorem facere in hoc elogio poſſunt, primum chronologia: Theodoſius junior demum anno Chriſti 427. imperare cœpit, ſecundùm Othonis Friſingenſis chronicon. Et tametſi antea cum patruo Honorio regnavit annis 15. juxta Abbatis Urſpergenſis chronicon, vel ſecundùm Onuphrium, anno Chriſti 408. vix annos octo natus imperium ſuſcepit, & per Pulcheriam virginem, ſororem ſuam illud adminiſtravit, tamen numerus 410. annorum à nato Chriſto, quonam modo tribui imperio Theodoſii ſecundi poteſt? Secundò ſuſpecta eſt non minus idololatrica S. Mariæ invocatio, utpote quæ tunc in eccleſiam Chriſti nondum invaſerat. Carolus Magnus anno Chriſti 778. ſtatuam Rolandi ſororis ſuæ filii herois ingentis perpetuæ recor-

recordationis cauſa in ea collocavit, & privilegia quædam ſolennia illi tribuit.

Anno Chriſti 1324. in ipſa ſacra paſchatis hebdomade ſeditio ſuſcitata eſt Northuſiæ, autore quodam cive novarum rerum cupido. Is aſcita in ſocietatem plebe primùm ædes conſulis oppugnavit, tum alia aggreſſus eſt nefaria. Hinc exturbati ſenatores & alii innocentes cives relictis omnibus ſolum exilii cauſa verterunt. Mox etjam uxores & liberi eorum ejecti ſunt. Hi ad imperatorem Ludovicum profugerunt, qui reſtitutionem quidem imperavit, ſed nihil obtineri apud inſanam & tumultuantem plebem potuit. Conati ſunt quoq; Goslarienſes, Mulhuſini, & Greuſſenſes litem componere, ſed fruſtra laborârunt. Archiepiſcopus Moguntinus Matthias pœnam excommunicationis minatus eſt ſeditioſis, niſi expulſos in urbem ad lares ſuos redire paterentur. At operam inanem inſumſit: quin comites etiam Honſteini vicini frumentum atq; ligna eis denegarunt. Tandem epiſcopus Moguntinus circumſidebat urbem, comburebat molendina, obſepiebat vias,

vias,ut neq; exire neq; introire tutò quiſquam poſſet. At ipſi viciſsim exurebant canonicorum ædes, nec compeſci eorum furor intra complures annos potuit. Anno demum 1329. autor tanti tumultus manifeſtè deprehenſus eſt, & nova ſeditio repente exorta, effracta urbis porta & in aula regia quæ ſic appellatur petulanter multa patrata ſunt, parum abſuit, quin prodita civitas, in alienam poteſtatem veniſſet. De his autem pernicioſis ac turbulentis civibus, re patefacta, ſupplicium ſumtum eſt, & alii gladio puniti, alii rota contuſi ſunt. Accidit autem ut imperator Ludovicus Friderico Landgravio filiam ſuam in matrimonium collocaret, dotiſq; loco florinorum 10000 ſummam à Mulhuſinis & Northuſanis perſolvendam deſtinarit. Ac Mulhuſini quidem tranſegerunt cum eo tolerabili conditione, Northuſii verò non. Iccirco obſedit urbem imperator, ſed veteri villa exuſta abſceſsit. Brunſuigæ verò ducis copiæ remanſerunt, & porta potiti clamabant, Sequere Honſtein. Venerunt hoc modo ad S. Baſilii cœmiterium uſq;, ſed cives

proditione cognita animi quadam magni-
tudine incitati fortiter hoſtes repulerunt,
nonnullos in puteum præcipitarunt, alios
ceperunt, & qui ad aperiendam hoſtibus
portam miniſtros ſeſe præbuerant, eos rotis
comminuerunt. Hoc modo compreſſa ſedi-
tione pax reparata eſt.

Anno Chriſti 1368. diſsidium exti[...]
inter Northuſios & Honſteinios comites, [...]
quibus illi emerant Snabelburgum in con-
ſpectu urbis poſitum, idq́ cum dedecore [...]
mitum, quemadmodum ipſi interpretaban-
tur, demoliti erant. Utrinq́ damni multu[...]
eſt datum: Ac Northuſii quidem mili[...]
conducto Heringam oppidum uſq́ excur[...]
runt. Honſteinii verò impetum eorum [...]
tardare ſtudebant, & in congreſſu com[...]
Honſteinius Heinricus à cive quodam N[...]
thuſio captus eſt. Cùm autem comes [...]
men ſuum edere civi Northuſio nollet, [...]
miſſus eſt ab eo hac conditione, ut ſeſe [...]
rum ſiſteret. Dictus eſt ei dies tanq[...]
gregario equiti, ſed amicorum monitu [...]
rogari eum petiit. Interim Duringiæ L[...]
gravius Fridericus ſeſe interponens cau[...]
co[...]

gnovit, & ad eum modum compoſuit, ut Northuſii mille quingentas argenti marcas comiti penderent, accepti damni cauſa, cives verò mulctam hanc moleſtè ferentes penſitare ſenatui ad exſolvendam promiſſam pecuniæ ſummam nihil voluerunt, & propterea Senatores in anguſtias redegerunt, comprehenderunt, & morte mulctarunt.

Anno Chriſti 1 4 8 0. nova controverſia Northuſiis cum Hercyniis comitibus Schvvartzburgiis, Stolbergiis & Honſteinis orta eſt. Etſi enim hi fœdere quodam inter ſe conjuncti erant, tamen propter ſubditū quendam ſuum à Northuſanis captum & propter delictum gladio punitum comites cauſam diſsidendi ab illis quæſiverunt, violati fœderis eos arguentes. Itaq; nocendi opportunitates quaſcunq; arripiebant, & nihil ex ſuis ditionibus importari in urbem ſinebant. Northuſii periculum ſibi à vicinis impendére cernentes urbis partes immunitiores paſsim firmarunt, & confiſi clementia ac patrocinio principis Saxoniæ & Duringiæ Landgravii VVilhelmi,

tum finitimarum civitatum, Erfordiæ &
Mulhuſiæ non magnoperè ſibi à comitibu
metuebant. Pacem quidem ſuadebant u
triq́ parti comites Mansfeldii & alii, ſed
componi lis tempore longo non potuit. Mi
ſit Northuſiam quoq; VVilhelmus Durin
giæ Landgravius auxiliares cohortes con
tra comites, qui omnes vias reconciliand
gratiæ reſpuebant, licet incommodis mult
afficerentur, & ſumtus facere non exiguo
cogerentur. Communem calamitatem in
cendii cum Mulhuſiis cepit, cum anno Chri
ſti 1181. Henricus Leo impetum in Durin
giam fecit, & Northuſiam cepit, igne
injecto miſerabiliter ſuccendit & exuſſit
Multa memorabilia & in domeſticis &
in publicis rebus effecta ſunt in hac civi
tate, conventus imperii complures acti ſunt
ſub Philippo imperatore anno Chriſt
1206. ſub Heinrico VII. anno 1322. ſub
Cunrado IV. anno 1251. Collegium virgi
num fano ſplendidiſſimo in ea conſtruxit
Mechtildis Heinrici II. Auguſti conjunx
Celebris quoq; eſt aula vel curia principum
& equitum, quam Northuſiæ inſtitu

Lan

Landgravius Duringiæ & marchio Miſniæ Heinricus cognomento Illuſtris, in qua hortum ingentem curavit adornandum ſolertiſſimè, in quo tentoria ſeu papiliones extructi ſunt: In tentoriis multitudo erat mulierum formoſarum, equitum & miniſtrorum. Inerat quoq; arbor diffuſa ramis, & foliis argenteis atq; aureis. Ac in horto ſaltabatur pudicè, & cùm duo equeſtri certamine congrederentur, is qui lanceam ſuam in adverſario fregerat, utroq; in equo manente, præmium accipiebat argenteum folium: qui verò alterum dejecerat, huic tribuebatur folium aureum. Hic ludus, hæque delitiæ durabant circiter dies octo, de qua quidem feſtivitate extant Lotichii verſus hi:

Campus erat, virides claudebãt undiq; ſylvæ,
Aureaq; in medio diffuſis frondibus arbor
Stabat, erãt aurum rami, folia aurea ramis,
Aureus & cortex, at ſola argentea radix.
Hanc circum nitidi preciũ victoribus, enſes,
Et galeæ inſignes criſtis, virideſq; coronæ:
Nec minus Heroũ per gramina mollia Natæ,
Candida virgineo quatientes corpora motu,
Ducebant choreas, quas inter filia Magni

Cæſaris in thalamos Alberti ducitur uxor.

Eſt præterea reſpublica Northuſana benè conſtituta, cives morati, eccleſia ad Auguſtanæ confeſſionis normam directa, & ſchola ad liberalem diſciplinam accommodata. In bello Germanico anno 1547. in offenſionem Cæſaris & ducum Saxoniæ Mauricii & Auguſti ceciderat. Iccircò per ſupplicem libellum ſeſe purgavit, & ne priuſquam audiretur, aliquid de ſe ſtatueretur rogavit. Auguſtus quidem ea de re ad fratrem ſcribens teſtimonium innocentiæ illi impertit, & ut audiatur monet. Hortatur quoq; ut præſidia electoris removeat, & deinceps quò ſe ille vertat, inquirat, & ſibi pateſaciat.

NVMBVRGVM.

NVMBVRGVM *urbs ad Salam in confinio Duringiæ & Miſniæ ſita, quaſi Novumburgum, latinis, Neopyrgum dicitur à voce græca πύργος, qua turris ſignificatur. Eſt autem Burgum oppidulum muro cinctum, & portis clauſum. Unde e-*

ja

[i]am natæ ſunt voces Germanicæ Burck/ & Bürger. Huc translatus eſt anno Chriſti 1028. epiſcopatus Cizenſis à Cunra-rado Saliquo imperatore. Collegii verò ca-nonicorum & cœnobii benedictini autor fuiſſe perhibetur Eccardus ſive Ecbertus primus marchio Miſniæ & Duringiæ, in quo etiam humatus eſt cum conjuge Suan-hilde. Eſt quoq; cœnobium ſancti Georgii poſt cathedrale templum canonicorum re-gularium domicilium.

Duringiæ chronicum nominat arcem Newenburg/ quo veniſſe ajunt Cæſarem Fridericum an. 1130. ad Ludovicum Ferre-um Duringiæ Landgravium affinem ſuum, & cùm arcem diligenter inſpexiſſet, dixiſ-ſe fertur: Hic nil niſi murus deſideratur. Huic reſpondit Landgravius: de muro non ſum ſolicitus, utpote quem conficere mirâ celeritate poſſum. Mox quæſivit Cæſar, quàm citò locus tantus muro bono circun-dari poſſet? intra triduum ait Landgravi-us. Riſit Cæſar, mirum id eſſe inquiens, et-iamſi omnes laterarii ſive operarii adhibe-rentur in totâ Germaniâ. Statim menſa

*apparatur, & dum Cæſar cibum cœpit,
clam jubet Landgravius omnes ſuos comi-
tes, & dynaſtas in Duringiâ cum ſubditis
ſuis benè armatos in arcem advocari. Hi
cum adeſſent, manè efficit Landgravius, ut
ordine bono in ſuo quisq; ornatu, & milita-
ribus armis circa arcem conſiſtat, quaſi in
aciem proditurus. Aſtant Domini, & no-
biles cum armigeris tenentes manibus
gladios ſtrictos, & ubicunq; turris aut mu-
rus eſſe magis conſpicuus debebat, ibi co-
mes vel baro cum vexillo collocatus erat.
His itaq; clanculum adornatis, Cæſarem al-
loquitur Landgravius: muri, quos pollici-
tus ſum, inquiens, parati ſunt, ſi vide-
re eos vult majeſtas tua, gratum id mi-
hi eſt futurum. Ludiſne me, ait Cæſar?
Minimè verò, ait Landgravius. Mox ve-
nit in locum Cæſar, & conſpicit murum
non quidem ex lapidibus, ſed ex viris forti-
bus, beneq; armatis conflatum atque com-
pactum. Miratur itaq; vehementer, affir-
matq; ſe pulcriorem murum vidiſſe nun-
quam. Gratias igitur agit affini Landgra-
vio pro exhibito tam jucundo ſpectulo. In-*

cendii

cendiis mirè deformata eſt hæc urbs, ſemel anno Chriſti 1473. in die Timothei tota conflagravit. Et iterum anno 1487. dimidia exuſta eſt. Anno 1518. unâ cum templo parochiali univerſa penè interiit. Belli verò incommodum grave paſſa eſt eadem anno Chriſti 1239. quo Adolphus Cæſar Numburgum deſtruxit, ſed reparavit illud Fridericus Marchio, præſidiuq; neceſſariis munivit, ſimul atq; Adolphum abiiſſe cum exercitu ſuo cognovit.

Mercatus eſt Numburgi celebris hoc tempore ad Petri Pauli diem, qui olim tertio die ante ferias paſchales celebratus eſt. Poſtea verò autoritate Cæſarea in dictum diem Petri Pauli tranſlatus. Electus erat Anno Chriſti 1542. ſolenni & ordinario proceſſu capituli Numburgenſis præſul Iulius Pflug nobili loco natus. Verùm cùm is aliam religionem profiteretur, quàm fert Auguſtana confeßio, repudiavit eum Ioannes Fridericus Saxoniæ elector, & Nicolaum Amſdorfium Theologum cælibem ex nobilium ordine in ſedem epiſcopalem per Martinum Lutherum introduxit. Manus

ei impoſuit ſimul cum Luthero Doctor Nicolaus Metlerus, paſtor Numburgenſis, & VVolffgangus Steinius paſtor VVeiſſenfeldenſis. Extat Lutheri apologeticum ſcriptum, quo juſtè rejectum eſſe Pflugium ab epiſcopali munere defendit. Erant jam tum manus quorundam injectæ in bona epiſcopatus, quod multis bonis viris mirè diſplicebat. Iulius verò injuriam ſibi factam exiſtimans ad Cæſarem Carolum V. querelam affert. Is bono animo illum eſſe jubet, ipſius cauſam ſuam eſſe profitens. Quin Mauricius etiam ipſe Saxoniæ dux Pflugii cauſam probat, & alieniore animo ab electore eſſe incipit. Hæc ipſa ſemina diſsidii inter Mauricium & electorem extiterunt, tum Cæſarem etiam ipſum adverſus eundem electorem inflammabant. Ab hoc tempore curæ fuit Cæſari, & Mauricio, ut repudiatio Ambſdorſio, Pflugius in priſtinam dignitatem reſtitueretur. Capto igitur electore ſtatim negocium Mauricio datum eſt à Cæſare, vt in diœceſin Numburgicã Pflugius reduceretur. Quod etiam factum eſt per Auguſtum ducem Saxoniæ, & Petrum

de

de Columna cum cohortibus militum 24. Numburgum & Cizium miſſos, anno Chriſti 1547. menſe Majo. Et quidem manſit in hac ſede Pflugius vſq; ad vitæ exitum. Ambſdorfius verò Magdeburgum profugit, quod tunc plerorumq; exulum erat Aſylum.

Anno Chriſti 1560. conventus fuit in hâc vrbe principum Auguſtanæ confeſſioni adjunctorum, Friderici Palatini comitis Rheni electoris, Ioannis Friderici Saxoniæ ducis, electoris Brandeburgici, ducis VVirtembergici, Megalburgici, Badenſis, item legatorum. Acceſſerunt eodem etiam legati Cæſaris, pontificis Romani, regum Galliæ, Daniæ & aliorum dynaſtarum. Auditi ſunt imprimis Cæſarei legati Otho comes ab Eberſtein, Felix Bogislaus baro ab Haſſenſtein, & Chriſtophorus Meela regni Boiemici vicecancellarius, qui verbis Cæſaris hortati ſunt principes ad concilium Tridentinum vt venirent, quo religionis diſſidio atroci finis aliquando imponeretur, & concordia gigneretur. Reſponderunt autem principes, ſe admonitionem de concilio reveren-

verentiâ debitâ accipere, nec concilium liberum ac juſtum defugere: modò confeſſionis Auguſtanæ ordinibus æquè, atq; juratis epiſcopis voces deciſivæ concederentur. Poſteâ deliberatum accuratè eſt, viſitandum eſſet concilium nec ne? & concluſum tandem Theologos quoſdam, & politicos Erffurdiæ convenire debere, qui apologiam gravem ac refertam argumentis ac rationibus componerent, quare ad indictum concilium principes Auguſtanæ confeſſionis venire neq; ipſi neq; eorum legati poſſent, & deberent. Quod factum eſt, & ſcriptum publicatum. Tertio loco auditi ſunt Pontificis Romani legati Zacharias Delphinus, & Franciſcus Commendunus, qui vehementer commendarunt pontificis conſilium in componenda religionis controverſia, & liberum concilium, in quo lis omnis decideretur, polliciti ſunt. Singulis principibus Brevia pontificis exhibuerunt, quæ tamen à nullis lecta in hoſpitium ad eos remiſſa ſunt. Quartò ſuſcepta eſt Auguſtanæ confeſſionis formula, & poſtremò reſponſum legatis pontificijs datum, quo primùm juris-

dictio

dictio & poteſtas indicendi concilij penitus papa denegabatur. Deinde ad benevolentiæ officia quæcunque illis præſtanda ſeſe paratos eſſe oſtenderunt principes, niſi à papa eſſent miſſi.

OFFENBVRGVM imperiale oppidum Briſgavorum, quaſi Offonis caſtellum. Ab eo enim conſtructum eſſe perhibetur, cùm ex Anglia in Germaniam profectus eſſet. A parvis initijs eò proceſſit fortunis & opibus, itaque locupletatum eſt, ut imperij municipium ſit factum.

OLSNICIVM ad Elyſtrum, nomen habet Henetum, ex quo vetuſtas eius cognoſci poteſt, quòd videlicet ab Henetis, quando in his regionibus dominati ſunt, condita ſit. Quidam ſcribunt olim uniones eſſe inventos in eo loco Elyſtri, qui Olſniciū alluit. Subjectum fuit omnibus temporibus arci Voigtsbergo, quæ non à Druſo, vt quidam fabulantur, Cæſaris Auguſti duce, ſed à Voigtis, ſive advocatis, ſive prætoribus Romanorum, & Germanicorum Cæſarum con-

conſtructa eſt. Direptum & incenſum eſt hoc oppidum à Bojemis, cum in his regionibus crudelem in modum graſſati ſunt.

Anno Chriſti 1466. ab Erneſto Saxoniæ electore occupatum eſt, cum dominum de Plauen armis adortus eſt, & imperata facere coëgit. Anno Chriſti 1519. vrbs tota, exceptis tantùm duabus domibus, conflagravit.

ORLAMVNDA *oppidum ad Salam, & Orlam flumina. Vnde etiam nomen habet, nempe ab Orla & Mund, quo oſtium fluminis ſignificatur, quòd non procul inde Orla in Salam influit. Olim arx ibi fuit munita, & pulcra, quæ nunc in ruderibus jacet. Sedem illic habuêre comites de Orlamunda, qui tenuerunt etiam Nauſtadium, Humelshaynum, Ienam, Calam, VVimariam, & alia finitima loca, quæ per Frdericum marchionem Alberti filium ad Saxoniæ duces translaaa ſunt.*

Anno Chriſti 1223. Ludovicus Landgravius copijs magnis in Hermannum comitem de Orlamundâ invaſit, & arcem Schau-

Schauendorff inter Orlamundam & Rudelſtadium ædificavit.

Anno Chriſti 1520. cœnobium VVilhelmitarum ordinis conflagravit, propterea fratres diſperſi ſtationem deſeruerunt. Parœcia Orlamundenſis tanti æſtimatur, vt à Friderico Saxoniæ electore VVitebergenſi Academiæ attributa ſit. Iccircò miſſus eò eſt D. Andreas Carolſtadius, qui imagines deſtruxit. Sed jam Academia jure ſuo eſt exuta.

OSSATIVM Miſniæ vrbs inter Muldam & Albim Slavicum nomen habet, non ab Oſis populis, quippe qui eam partem incoluere, quæ eſt Moraviæ vicina verſus Sileſiam & Poloniam, vbi ſunt Oppeln & Neuſſa vrbes.

PEGAVIA urbs ad Elyſtrũ, qui ex parte quadam eam etiam interluit, nomen ſortita eſt à fluvio Pica, qui Germanis eſt Elſter / vel à Græca voce πηγὴ, qua fons ſignificatur, Cœnobium habet Benedictini ordinis ad S. Iacobum à VViperto Groicenſi fun-

fundatum, anno Chriſti 1106. Idem com[…] ædificare quoq; cœpit D. Petri templum, & cœnobio quidem partem magnam S. Crucis ex terra ſancta allatam donavit.

Anno Chriſti 1135. aula principum in hac vrbe celebrata eſt, in qua Fridericus Marchio in ludo equeſtri ictus eſt in ſinu, ut decumbere diu coactus ſit. Monachi neſcio quâ invidiâ ardentes utriq; Friderico & Dicemanno aſſcribunt multa maleficia, quæ in ſacrum ordinem admiſerit.

Fridericum enim aiunt cœnobium Reinhartsbornenſe multis incommodis affeciſſe, quæ deplorarit tũc, cum læſus in ludo equeſtri decubuit. Dicemannum autem aiunt Pegaviam expugnaſſe, & flammâ perdidiſſe, tum cœnobium & templum S. Iacobi confregiſſe, res pretioſas omnes eripuiſſe, & Sacramentũ malè tractaſſe, eamq; ob cauſam à Deo punitum eſſe, ut Lipſiæ in templo confoſſus ſit.

Anno 1526. cives Pegavienſes Evangelij doctrinam amplexi ſunt: ſed ab eius profeßione repulſi ab epiſcopo Miſnenſi, & Georgio Saxoniæ duce in eas anguſtias adducti

*ucti ſunt, ut abſolutionem petere, & eccle-
ſiæ Romanæ ſatisfacere cogerentur.*

PENICA.

PENICA, *vix anni trecenti ſunt, cùm ſylvæ fuerunt, vbi Penica hodie eſt. Latronibus etiam infeſta vicinia tota fuiſſe traditur ante Marchionem Miſniæ Fridericum fortem, qui pulſis latronibus, arces, & latibula eorum demolitus eſt. Situ͂ autem eſt hoc oppidum ad Muldam, ubi pagus primùm fuit, vetus Penica dictus, & ad eum S. Mariæ templum, ſive ſacellum fuit ædificatum, ad quod tanquam ad oraculum accurrerunt homines è longinquis etiam locis. Et quia in tanto hominu͂ concurſu opus fuit rebus ad victum cultumq́ necesſariis, factum eſt, ut multi eò ſe contulerint, & ſedem rerum ſuarum ibi collocarint. Ex quo ædes condi, templum ampliari, oppidum extrui, & muris cingi cœpit. Templu͂ quidem anno 1499. turris verò 1476. ædificata eſt. Antiquiſſimi conditores & domini huius vrbis fuiſſe perhibentur comites Leiſnicenſes.*

Anno autem Chriſti 1455: conſules & ſenatus certus deſignatus eſt. Manſit autem in poteſtate, & ditione comitũ Leiſnicenſium uſq; ad annum 1365. Pons lapideus ex collatione peregrinantium ſive accurrentium hominum conſtructus eſt ad cavendum periculum, quod ex eluvione fluminis tranſeuntibus impendebat.

Cellas habet hoc oppidum extra portas in rupibus exciſas, & excavatas, anfractibus miris circumductas, quibus æſtivo tempore cereviſiæ dolia multa aſſervantur, gelidæq; inde efferuntur. Ollas quoq; format artificioſas, & ante hoc tempus unam ingentem habuit dolia cereviſiæ tria complectentem, in quam dux quidam Saxoniæ admotis ſcalis deſcendit, & cum aſcendere nollet, ollam confregit, & abſq; ſcalis exiit. Apparet autem comites Leiſnicenſes in hac urbe conſediſſe fermè ab anno Chriſti 1334. Extinctã verò familia Leiſnicenſium comitum, ditio ad Saxoniæ duces, & Miſniæ Marchiones devenit, anno ſcil. 1538 quo in jus ditionemq; Georgii, & poſt eum Henrici, tandemq; Maurицii ducum Saxo-

e conceſſit. Anno autem 1543. Mauritius permutatione factâ dominis Baronis à Schönburg ditionem, & oppidũ tradit, acceptâ viciſſim ab ijs arce Hohenſtein, cum oppidulis nonnullis finitimis ad Albim ſitis. His enim delectabatur Mauritius, quòd apta ipſi viderentur ad uſus ſu-, & opportuna propter Boëmicos montes, ibus adjacent. Vixerunt eo tempore Schönburgij quatuor Iuniores, Ioannes, Erſtus, Georgius & VVolfgangus, qui ſub tela erant Ioannis Georgij Mansfeldiæ mitis, Chriſtophori Henrici Stolbergenſis mitis, & Ludovici Fachs doctoris, qui atificandum eſſe principi potenti cenerunt.

PHORCA vel PFORTZHEMVM oppidum ſupra Spiram in ſylvæ Martianæ litu. Nomen invenit à porta Harcyniæ, bi Ioannes Capnio natus eſt, & Grammacam Hebræam edidit. Sedes eſt Eccleſiæ hriſti, & ex Reuchlini nomine celebri cebritatem aliquam habet.

PLAVA.

PLAVA *in Voigtlandia ad Elyſtrum quaſi cærulea, vel cyanea vallis, anno 1494. nota eſſe cæpit. Culta eſt ab Henrico divite Voito nobili, qui ſe dominum Plauenſem, VVeidenſem, Geravenſem, & Graicenſem nominavit. Habuit is filios quatuor, vno nomine Henricos dictos, horum unus Geræ, ſecundus Plauæ, tertius VVeidæ, quartus Graicæ habitavit. Legitur diſtichon in arce Voigtsberga:*

Caſtra locans Druſus prætoria nomina monti
Fecit, poſteritas ſervet & illa ſibi.

Quod ſi ita eſt, Druſum conditorem habet hoc oppidum, quod Pirnenſi monacho videtur veriſimile. Eſt autem vrbs cum ditione tota ab Erneſto Saxoniæ electore occupata, excuſſo Henrico Plauenſi domino cum quo tamen elector ſic tranſegit, vt accepta pecuniæ ſumma, Henricus ditionem Druſingam & Engelburgum in Boheſemia emeret anno Chriſti 1466.

PRA

PRAGA.

PRAGA *Boëmiæ metropolis ampla valdè & populoſa civitas ad Muldaviæ ri-*
s in valle amœna collibus & vinetis cir-
ndata & valdè ſalubri. Huius funda-
enta dicitur jeciſſe Lybuſſa vatidica, quæ
ɛciſis arboribus domum ligneam miræ al-
tudinis in monte Viſcegrad vel Hetzſchin
ui illic eſt ad fluviolum ædificavit. Illic
ſella lignea ſedens vaticinia edidit. Idq́;
ctum anno Chriſti 717. Vrbis verò ipſius
nitium refertur ad annum Chriſti 723. quo
iuſdem Lybuſſæ juſſu à limine, quod Bo-
emis eſt Praha vel prah nomen inditũ eſt,
uod multi caput demiſſuri coram ea eſ-
ent. Deinde anno Chriſti 729. muro cin-
ta eſt, & tandem anno Chriſti 1008. à du-
e Vdalrico amplificata, aucta & ornata
ſt, promiſſa ad eam rem cenſus remiſsione
ædificantibus civibus. Quo tempore etiam
ons firmior factus eſt. Diviſa eſt in tres
partes ſeu civitates: Veterem, Novam &
Parvam. Harum vnaquæq; ſuum habet ſe-
natum & juriſdictionem peculiarẽ. Digna

ſpectatu multa ſunt in hac civitate imprimis arx regia & ſedes imperatoria in hunc uſq; diem. Secundò Academia anno Chriſti 1361. à Carolo IV. fundata, cuius collegia ampla ſunt & magnifica. Cœtus verò diſcentium qui ingens fuit circa annum Chriſti 1409. miſerè diſsipatus eſt Bojemicæ nationis ambitione, quâ adverſus exteros uſa eſt. Tertiò pons conjungens antiquam civitatem cum minori è Saxo quadrato conſtructus ſupra Moltam, quo vix in Europa reperitur præclarior & firmior. Conſtat enim ex arcubus ſeu fornicibus ſedecim eximiis & robuſtis, habetq; in aditu pariter & & exitu turres altas ac pervias. In longitudine quidem cubitus Pragenſes 872. comprehendit. Aedificari cœptus eſt à Githa Vladislai primi regis filia annoChriſti 1171. tertio anno abſoluta. Quartum inſigne eſt horologium in turri prætoriana artificio tanto fabrefactum, ut ſimile vix in orbe terrarum inveniatur. Experta eſt non minus quàm aliæ civitates fortunæ variæ commutabilemq; rationem. Etſi enim ducatus primò, deinde etiam regnum fuit peculia-

culia-

*liare, tamen anno Chriſti 930. ab Hen-
co Aucupe Romano imperatore circum-
ſa eſt, duxq́ illius in eas anguſtias addu-
us, ut Cæſari ſeſe dedere, tributumq́ an-
uum penſitare coactus ſit, ſecundùm Si-
bertum. Deinde iterum non quidem ar-
is, ſed proditione capta eſt à Ioanne Lu-
lburgio ſub anno Chriſti 1316. Sed præ-
r alia incommoda multa quæ paſſa eſt,
ehementiſſimè afflicta fuit in bello Huſſi-
co, cùm Ioanne Huſſo damnato & exuſto
ojemi cœperunt tumultuari. Præterquam
nim quod templa diripuerunt, & quicquid
ccurrit occiderunt: etiam Pragæ in curiã
ruperunt, ſenatores ſeptem primarios de
eneſtris præcipitarunt, ut haſtis illaberen-
ur eorum, qui infra conſiſtebant. Quo hor-
endo ſpectaculo ſic commotus eſt VVences-
aus rex, vt apoplexia extingueretur.*

*VVenceslao ſucceſſurus in regno Bojemiæ
Sigiſmundus Pragam obſidet. Cui cum re-
ugnarent cives, arcem S. VVenceslai occu-
avit, ibiq́ ab archiepiſcopo coronam re-
ni accepit, anno Chriſti 1420. in Ungari-
mq́ abiјt. Mox Ziſca Pragæ & in finiti-*

mis locis templa diruit, imagines revellit, & tumultuoſè alia multa egit. Pragenſes verò Sigiſmundo Brunnæ Moraviæ oppido commoranti ſupplices facti veniam petũt, & in gratiam quoq; ab eo recepti ſunt ea lege, ut catenas & repagula tota ex vrbe removerent, & magiſtratui priſtino parerent. Quod ſi tunc Pragam rex ipſe veniſſet, gratulationibus ſummis acceptus eſſet, & Huſſiticos tumultus in vrbe ſuſtuliſſet. At cùm mutato conſilio Vratislaviã proficiſceretur, ibiq; ſeditioſos, qui ſenatores obtruncaverant, ſupplicio capitis afficeret, territi ſeveræ animadverſionis exemplo Pragenſes ab eo deſciverunt, & datis literis in totum regnum cunctos monuerunt, ne Sigiſmundum admitterent, qui & Dalmaticam linguam odiſſet, & toto animo omniq; ſtudio in eam rationem incumberet, qua regnum vniuerſum perderet, quemadmodum Aeneas Sylvius narrat.

Cùm Cæſar Carolus V. bello perſequeretur Ioannem Fridericum electorem Saxoniæ anno Chriſti 1547. rebelles facti Boëmi, & à rege ſuo Ferdinando alienati alium re-

gem

em Caſparem Pflugium deſignare voluerunt. Itaq; miſsis legatis ad Ioannem Fridericum Saxonem auxilium contra quoſcunq; hoſtes ei polliciti ſunt. Et eos quidem qui nondum ipſorum conſilium approbarāt, ſe facile in ſuam ſocietatem allecturos eſſe ſpondebant. Interim Carolus cum exercitu triginta fermè millium peditum, & circiter quinquies mille equitum Egram venit, indeq́; in Miſniam quantis poterat itineribus contendebat, donec fuſo Saxonis exercitu, ipſoq́; capto in victoris poteſtatem tota Miſnia redacta eſt. Cuius quidem victoriæ ſocius Ferdinandus frater, etiam in Boëmos ſuos rebelles animadvertere inſtituit. Nec difficilè ei erat rebelles ſuos comprimere, cum Mauricij Saxonis atq; adeò Cæſaris ipſius auxilia ſecum haberet, & nonnulli inter ipſos Boëmos à factione illa abhorrerent. Erat autem in hoc tempore colluvies rebellium ferè tota Pragæ. Inde enim cogitaverant regni libertatem & opes adverſus hoſtem quemcunq; tueri. Arcis tamen cuſtodia, in regis Ferdinandi poteſtate permanſit toto illo rebellionis

tempore. Proinde cum inde in ſubjectam vrbis partem, quam rebelles tenebant, tormenta bellica dirigerentur, non diu conſiſtere illi potuerunt. Quare miſſis de deditione legatis ab armis deſtiterunt. Rex intromiſſis militum cohortibus autores ſeditionis ſibi dari poſtulat. Hi verò partim fuga elapſi erant, partim ſpe conſequendæ veniæ remanſerant. Eorum ergo alij morte damnati, alij exilio & bonorum jactura multati ſunt. Ita pacata civitas deinceps in fide & obedientia regis ſui perſeueravit.

RATISBONA.

RATISBONA *civitas imperialis ad Danubium pervetus & populoſa à Tiberio Cæſare condita, à quo etiam Tiberina, & Auguſta Tiberij nominatur, quaſi dicas caſtrum regium, Germanicè* Regenſpurg / *quod eſt Regiſpurgum, à quo etiam Reginopurgum fuit dicta. Ratisbonæ autem nomen à Rhetis Germaniæ populis ſumtum eſſe videtur. Hi enim à Noricis hac vrbe quaſi quodam limite ſeparantur.*

Sunt

Sunt qui malint à Rego amne nominatam eſſe. Pontem ſupra Danubium conſtruxit Trajanus arcubus XX. diſtinctum, qui imperante Henrico V. circa annum Chriſti 1115. in lapideum converſus eſt, & pilis fornicibusq; altis auctus. Epiſcopatus à Carolo Magno ibi fundatus eſt. Paruit olim regibus Bojorum, quorum etiam ſedes fuit. Sed imperante Friderico I. libera facta eſt. Cum etiam circa annum Chriſti 791. incendium paſſa eſſet ingens, ab Arnolpho imperatore inſtaurata & ſplendore amplitudineq; inſigni ornata eſt. Templa & ſacella tot habere hæc vrbs dicitur, quot dies habet annus ſolaris. Religionem Chriſtianam ſtatim importavit Marcus S. Pauli comes & Lucius Cyrenæus Simonis filius. Poſtea hanc ipſam à labe & corruptelis vindicatam reſtituit Carolus Magnus. Theſaurus magni precij in cœnobio S. Emerentiani aſſervatur, nempe liber Evangeliorum aureis literis conſcriptus. In ſuburbio, quod riparia vocatur, reliquum eſt Bojorum principis prætorium. Celebre eſt Alberti Magni nomen, qui epiſcopus in

hac

hac urbe fuit, ſed inde Coloniam commigravit, ut literis vacare magis poſſet. Urbs frequens comitijs imperialibus. Memorabile quoq; eſt colloquium, quod anno C.40. VVormatiæ incoatum, anno Chriſti 41. in hanc civitatem translatum eſt. In eo enim, delecti ab utraq; parte Catholicorũ & Proteſtantium ſive Evangelicorum Theologi, juſſu Caroli V. præſidibus verò Friderico principe & Granvellano, Eccius & Philippus Melanchthon, de peccato primùm diſſeruerunt, tum de abuſibus eccleſiæ tollendis, & reformatione inſtituenda deliberatum à Cæſare & principibus imperij. Ac proteſtantes quidem conſilium ſuũ de modo conciliandi controuerſias & emendandi errores atq; abuſus in eccleſiam invectos, ſatis luculentè demonſtrarunt, tum quid in libro de Concordia in controverſis articulis facienda, à Cæſare propoſita probarent vel improbarent, diſertè explicarũt. Sed cum pontificij tam per ſe tam per Contarenum pontificis Romani legatum obtinerent, ut nihil in præjudicium pontifici Romani, qui caput ſit eccleſiæ & Concilio-

rum

rum, decerneretur, quod vim aliquam haberet, fruſtra omnis opera inſumebatur. Non enim alio animo Pontificij ad colloquendum conveniunt, quàm ut damnatos ante 1000. annos, quemadmodum ipſi loquuntur, adverſarios, pro damnatis habeant. Nec diſputare aliter de ullo dogmate illis integrum eſt, quàm Romanæ eccleſiæ fert autoritas. Cæſar tandem decretum promulgavit, in quo primùm actionem omnẽ ad futurum concilium rejecit, vel generale vel provinciale. Quod ſi à Pontifice impetrari non poſſit, conventum imperio ſeſe indicturum promiſit. Deinde proteſtantibus edixit, ne quid novi inſtituerent, præter conciliata dogmata. Epiſcopis verò edixit, ut ſuas eccleſias emendarent. Et cum de Eccleſiaſticis etiam reditibus querelæ eſſent prolatæ, juſſit Cæſar ſuos cuiq; reditus eſſe permittendos, nullo religionis reſpectu.

RAVENSPVRGVM.

RAVENSPVRGVM *in Algovia ſive Alemania civitas imperatoria ad Schuſſiam amnem in valle amœnâ & jugis viti-*

vitiferis circundatâ, non minor ferè Reutlingâ. Turrim habet tibicinariam, quæ collapſa anno Chr. 1552. tibicini nihil detrimenti attulit, ſed vxorem eius gravidam & filium peremit. Hæc anno ſequente reparata eſt.

REGIOMONTIVM.

Regius mons *vel* Regiomontium, Königsberg/ *Boruſſiæ inferioris metropolis ad Pregeli oſtium ſita, in oppida tria diſtinguitur, quib. aula ducalis, Academia, templum cathedrale & epiſcopi Sambienſis domicilium continetur. Emporium eſt celebre. Ac dux quidem Boruſſiæ primus ex ordinis magiſtro factus eſt Albertus Marchio Brandeburgicus anno Chriſti 1525. Academia verò nova in hanc vrbem introducta eſt ab eodem duce anno 1544. Rectore primo Georgio Sabino Brandeburgenſi. Fovit hanc Albertus dux, quoad vita ſuppeditavit, liberaliter & copioſè factis impenſis, & accerſitis vndiq; eruditis Profeſſoribus. Doctrinam eam profitetur hæc civitas, quæ in Auguſtana confeſſione comprehenditur.*

REVTLINGA.

REVTLINGA *Sueviæ oppidum imperiale ab exſtirpando nomen inveniſſe dicitur, quod arbores ex ſylva quæ ibi fuit exſtirpatæ ſint, & urbs condita ad amnem præterfluentem Echetz, & fluvium Neccarum. Templis, ſchola, monaſteriјs, curiјs, ædificiis aliisq́ rebus ad vitæ uſum cultũq́ neceſſariis inſtructa. Imperiј civitatibus adſcripta eſt à Friderico II. imperatore, eodemq́ autore etiam muro valloq́ circundata, & ex pago urbs effecta, circa annum Chriſti 1215. Obſidionem paſſa eſt à falſo rege Henrico contra Fridericum Imperatorem ab Innocentio Papa emiſſo ſub anno C. 1247. A qua tamen obſidione brevi liberata eſt. Iccircò ciues beatæ virgini votum fecerunt, ſimul atq́ opem eius præſentem ſenſiſſent. Non ita multò poſt hoc voto ſe liberarunt, & ſacellum ei conſtruxerunt. Hæc eſt urbs illa, quæ cum Norinbergenſi Republ. ſeſe conjunxit & Auguſtanæ confeſſioni anno Chriſti 1530. ſubſcripſit. A qua nec poſtea cum anno Chriſti 48. interreligionis*

gionis formula ſtatibus & civitatibus obtrudi debebat, transverſum unguem diſceſſit, in animo & ore propheticum illud verbum habens: Maledictus homo qui confidit homini, & carnem ponit brachiū ſuum. Interim verò Cæſari nihilominus obedientiam & honorem debitum conſtanter tribuendum eſſe cenſuit.

ROCHLICIVM.

ROCHLICIVM, vel à Slavis ſic nominatum, quaſi ludus latruncularius Schachtſpiel/ quo delectatæ fuerunt gentes plurimæ: Cuius notam in inſigni ſuo gerit oppidum: vel à Germanis ſic dictum quaſi Rötlich à rubro ſcilicet lapide, qu[illegible] illic conſpicitur, ſicut Weiſſenfelß à ſax[illegible] albo. Situm eſt fermè in media Oſtlandi[illegible] cuius primi incolæ abſq; dubio fuerunt He[illegible] munduri, Saxones, Slavi: Pago ſeu vil[illegible] ſimilius olim, quàm oppido. Slavi quide[illegible] Sorabi circa annum Chriſti 400. infuſi[illegible] has regiones, pagos & caſtella multa co[illegible] didêre. At his à Carolo Magno ejectis, G[illegible]

mi[illegible]

mani priſtinam poſſeſsionem recuperarunt. Turres duæ videntur extructæ eſſe à Marchione VVilhelmo Coclide circa annum C. 1390. à quo etiam alia deſtructa caſtella Grimenſe, Leiſnicenſe, & alia reparata eſſe creduntur, ſecundùm Cellenſe chronicū. Primùm quidem foſſa, deinde muro circundatum eſt hoc oppidum ex lapidibus vetuſtis, vnde antiquitas eius cognoſci poteſt. Imperante Henrico II. vrbs nominatur Rochlicium, quam Guntzel comes exuſsit. Metalla habet, à quibus natum eſt dictū illud vulgare: Rochlicium arx ſuper marmore, ſylva, & patibulum ſuper auro conſiſtit. Nec adhuc copia cupri deeſt. Gubernatum eſt olim à VVitikindo juniore, quem Carolus Magnus huic terræ præfecit, ex qua etiam conjugem habuit Iulandam de Röchlitz vocatam. Huius ſucceſſores, comites, marchiones & Landgravij dicti ſunt, qui etiam domini terræ Pliſſenſis appellantur. Manſit autem appellatio comitum Rochlicenſium ad Cunradum Timonis filiū, qui ad hæreditarias ditiones ſuas VVetini, Lansbergi, Brene adjunxit Marchiam

Miſnenſem & Luſaticam. Ex quo marchio-
num Miſniæ titulus vno nomine ditiones,
& comitatus complures cœpit complecti.
Urbs ipſa loco commodo inprimis & fœ-
cundo ſita eſt, arcem habet, & ſylvam ad
occaſum, campum ad dealbandum linum
verſus meridiem, quem decurſu leni Mul-
da ambit, & in orientem vergit, vbi pons
lapideus eſt, qua Miſnam, Dreſdam, Fri-
bergam itur: pratum amœnum ad ortum
inter vrbem & Muldam, murum anti-
quum verſus Septentrionem, ædificatam
á Friderico Balthaſaro, & VVilhelmo mar-
chionibus. Poſt murum ſunt agri in plani-
tie fertiles, quorum pars ad paræciam ſpe-
ctat, ſylva quidem in monte celſitudin
tantæ ſita eſt, ut vix celſior in Oſtland
reperiatur, ubi etiam ſecundùm Geor
Agricolæ opinionem, Sudetorum monti
initium, pons verò exciſo quadrato, &
polito ſaxo, ſicut & templum conſtat:
cus continet ſeptem paſſus 259. vndiqu
ſic munitus ut tutò tranſiri poſſit. M
ſtratum habet ſuperiorem & inferior
Superior ex Saxoniæ dux Miſniæ Ma

ex VVetinenſi ſtirpe inde uſq; à Timone, Dedone, Dieterico & Cunrado ſucceßione continua. Inferior eſt ſenatus vrbanus, qui viris 24. conſtat, ex quibus ſeptem cum conſule annis ſingulis leguntur ad gubernationem: ſervata vicißitudine vſitata, ne ijdem perpetuò publicis oneribus graventur. His delectis perſonis ordine, & quidem proportione geometrica diſtribuuntur munera Reip. prout cuiq; apta eſſe maximè videntur.

Religionem huius civitatis olim eandem fuiſſe cum vicinis, Duringis, & Chattis dubium non eſt: Primùm quidem ethnicam prorſus, quæ tamen paulatim in Chriſtianam converſa eſt: præſertim quando VVitikindus junior comitis Rochlicenſis filiam Iulandam uxorem duxit, & idola paßim deſtrui cœperunt. Ab eo igitur tempore etiã templa, & cœnobia condita ſunt, quemadmodum monaſterium in monte S. Petri ad Halam à Cunrado I. marchione Miſniæ fundatum eſt: Nimecenſe ad Bitterfeldiam à Timone, Cellenſe vetus ab Othone Cunradi filio. Zſchillenſe à Dedone, alia ab alijs.

Templum quidem huius oppidi antiquum eſt; ſed chorus anno 1470. ædificatus eſt, & interior pars templi fornicata, anno 1476. Vetuſtatis documentum in calice huius templi repertum eſt, in cuius pede deaurato hæc verba legi potuerunt: Henricus & Matiltis me comparaverunt. Ex quibus judicari poteſt penè ab anno 919. quo Henricus I. imperator factus eſt, templum hoc extitiſſe. Indicio quoq; vetuſtatis eſſe poteſt Cunegundis templum, quæ Henrici II. imperatoris conjunx fuit, circa annum Chriſti 1000.

Pontificia porrò doctrina diutius manſit in hac Eccleſia, quàm incolarum voluntas pia tulit. Hi enim ardebant cupiditate religionis per Lutherum reformatæ, & qui dem cum periculo vitæ & fortunarum con cionatores evangelicos fovebant. Icciro Saxoniæ dux Georgius anno 1527. jejun tempore Rochlicium venit cum Vincent à Schleinitz præſule Merſpurgico, domi Hugone à Penick, & Erneſto à Schönbur adduxitq; quæſitores duos, ut ſeverit magna in eos, qui Evangelium ampl eſſe

eſſent, animadverteret, ſed mitigatus eſt animus à conſiliarijs ſapientibus, ut ſine ſanguine certamen componeretur. Concionatores tamen eò adducti ſunt, ut nonnulla revocarint, quæ poſtea veritati cœleſti conſona ſunt inventa.

Scholam habet haud ignobilem, quæ etiam Muſicæ nomine benè audiit, & ex qua prodiêre multi ingenio, & eruditione antecellentes viri, Petrus Appianus Mathematicus, patriâ quidem Leiſnicenſis, ſed in Rochlicenſi ſchola eruditus. M. Lucas Matheſius, M. Ioannes Matheſius, Thomas Matheſius, & alij multi. Fortuna modò duriore, modò benigniore conflictata eſt. Anno 1020. à Gunzelo Hermanni Rochlicenſis comitis patruo æquata eſt ſolo, interfectis omnibus, qui aufugere non potuerũt. Anno 1298. Marchio Miſniæ Fridericus fortis arcem Rochlicenſem clandeſtino introitu occupavit, cunctosq́ Suevos in ea inventos cepit. Anno 1366. collapſus oppidi murus, conſentientibus & approbantibus VVilhelmo, & Friderico fratribus, Landgravijs & marchionibus inſtauratus eſt,

& ambitus urbis ampliatus: ſed ædifica-
tione non penitus abſoluta, murus denuò
corruit. Anno 1435. Muldæ eluvio tanta
extitit, ut aream templi S. Cunigundis &
S. Petri attigerit. Memoria cauſa ſigna
crucis lignea poſita ſunt. Anno 1450. à
Boëmis multata eſt hæc civitas, vicina
verò complures, Dobela, Mitvveida, Lo-
matium exuſta. Anno 1529. forum lapidi-
bus ſtratum, & ampliatum eſt, dirutis
quatuor domibus. Anno 1530. Academia,
provinciale judicium, & Scabinatus ob
ſævientem peſtem Lipſiâ Rochlicium trans-
lata ſunt.

Anno 1534. novum cœmeterium antè
portam ædificari cœptum, ad quod opus ſe-
nator quidam Ioannes Konis omnes facul-
tates ſuas legavit. Anno 1537. circa Bac-
chanalia Rochlicium venit vidua Ioann-
Georgij Saxoniæ ducis filij, Philippi Heſſor-
Landgravij ſoror, manſitq́ annos decem
Sequente anno acceſſit eodem Philipp-
Landgravius, qui torneamentum in fo-
inſtituit, & multos equeſtres ludos ad-
buit.

A-

Anno 1538. in aſtate torrida die Mercurij ante Urbanum à multis viſæ ſunt maſſæ igneæ inſtar dolij mediocris de cœlo cadere: difficultas tamen annonæ nulla eſt ſecuta, ſequente verò anno humiditas ingens extitit. Statim enim poſt Laurentij pluere cœpit, nec ferè ante Bacchanalia deſiit. Anno 1540. circa Dominicam Quaſimodogeniti ante meridiem hora 2. ſol totus fuit obſcuratus, ſecutaq́ eſt ſiccitas tanta, ut à Paſchate ad trium Regum uſque parum admodum pluerit. Itaq́ exaruit gramen, fœnum, legumina, & parum pabuli inventum eſt, dum ne in autumno quidem proſcindi aratro ager potuit, & ſementis fieri. Frigus tamen ad trigum Regum uſq́ nullum fuit. Eodem anno die Saturni poſt Ioannis Baptiſtæ terra ter contremuit.

Annus 1540. tantam habuit ſiccitatem, & ardorem, ut ſylvæ in pluribus locis arſerint, & deflagrârint. Quot itidem anno 1447. accidit, cùm menſibus tribus, & dimidio conflagrârunt.

Anno 1547. cum Mauricius Saxoniæ

dux Chemnicij cum exercitu, Auguſtus verò Mitvveidæ cum ſex peditum cohortibus, equitibus ſeptingentis excubarent, Albertus Brandeburgicus Rochlicium miſſus eſt, in die Matthiæ, ut eam vrbem cuſtodiret, ne in poteſtatem Ioannis Friderici veniret, cui magis quàm Mauricio favebat vidua, quæ illam ex pacto dotalitio tenebat. Commoratus eſt autem ibi cum duobus equitũ, quinq; verò peditum millibus ad dies octo. Cum autem in diem viveretur, & nuptiæ ſecretarij cuiuſdam cum virgine ex aulico gynæceo ducta celebrarentur, Ioannes Fridericus Saxoniæ elector, qui Aldenburgierat, derepente nihil tale metuentes obruit, multos occidit, Marchionemq; cum Landgravio per pontem fugientes cepit. Civibus verò incommodi nihil accidit. Templum quidem ex pulvere per incuriam incenſo, flagrare cœpit, ſed citò extincta eſt flamma. Horrea tamen circiter 80. exurebantur, propterea, quod marchionis milites in ijs latebant. Impenſarum quoq; quas in alendo milite marchionis cives fecerant compenſatio nulla ſecuta eſt. Elector h

exp

expeditis Aldenburgum rediit. Sed partem tamen aliquam ſuarum copiarum Rochlicij reliquit, quæ uſq; ad Dominicam Palmarum manſerunt, & multa quidem conſumſerunt, ſed nihil exolverunt.

Auguſtus Saxoniæ dux eodem anno die Iovis ante Dominicam Exaudi cum exercitu Rochlicium venit, & caſtra in prato novo locavit. Tum pecuniæ ſummam aliquam à civibus exegit. Anno 1552. Veneris die poſt trium Regum circa horam 2. noctis fulminis ictus tantus extitit, ut urbs tremuerit, die verò Aprilis 20. hora pomeridiana octava terræ motus deprehenſus eſt. Anno 1553. die Lunæ poſt trium Regũ cum ventorum vi magna etiam tonitru, & fulgur extitit, cuius impetu horrea, & domus nonnullæ deſtructæ ſunt, & pagus etiam incenſus. Anno 1555. Dominica poſt natalem Chriſti horâ pomeridianâ nonâ coorta tempeſtas tanta eſt, ut in urbe & ſuburbio domos everterit, templa etiam & domos 16. in diverſis locis incenderit. Anno 1559. Ianuarius, Februarius, & Martius adeò fuerunt tepidi, ut arbores in Martio

floruerint, ſata verò nimis ſuccreverint. Secutus eſt Aprilis frigidus adeò, ut perierit quitquid immaturè viguerat. Anno 1562. autumnus adeò fuit fertilis, ut fructuum vbertas omnium hominum memoriam ſuperârit. Anno 1563. templum hoſpitalis S. Crucis ædificari cœptum eſt. Anno 1568. bis tremuit terra, anno 1569. hybernum frigus ingens, & durum ad Paſcha uſque fuit. A Paſchate ſiccitas duravit ad Viti uſq; diem. Poſteà tempeſtas pluvioſa exorta eluvionem magnam quinquies induxit.

ROSTOCHIVM.

ROSTOCHIVM in ducatu Meckelburgico ad Arni fluminis ripam quinquies mille paßibus ſupra Oſtium maritimum ſita. A roſa nomen habere videtur, quaſi roſetum, Græcè ῥοδόπολις. Cœpta eſt ædificari à Pribislao Henetorum principe circa annum Chriſti 1160. Inde aucta incolis, ædificijs, templis, opibus, & privilegijs, in juſtam amplitudinem excrevit. Academia anno 1490. velut Colonia ex Erffur-

den[ſ]

denſi, & Lipſienſi deducta, à Ioanne & Alberto ducibus Megalopolenſibus, & à ſenatu urbis Roſtochienſis condita eſt. Privilegiis verò Martini V. pontificis ornata. Collegiata eccleſia in hac urbe inchoata eſt anno 1487. quo tempore plebs tumultuans canonicos ex templo profligavit, & cancellarium principis occidit, aliaq́ nefaria patravit. Verùm hic furor poſt annos tandem quinq; compreſſus atq; ſedatus eſt, interponentibus ſeſe Ioanne Daniæ rege, & Marchione Brandeburgio. Anno 1455. diſsidere cives à ſenatu cœperunt propter acciſam in provinciali conventu ordinum ducatus à conſule abſq; ſenatus, & communitatis conſenſu promiſſam. Allegabant enim illi privilegia ſua exemtionis, & ſemel ſuſcepto onere, ne perpetuò debitores eſſe cogerentur, metuebant. Placuit tamen ſi principes caverent, ne quid ea res privilegiis ipſorum noceret, aliquid annumerandum eſſe. De quo colligendo & exolvendo, cum non conveniret inter cives & ſenatum, delecti ſunt ex communitate 60. viri, qui cum ſenatu negotium conficerent. Interim

terim verò Ioannes Albertus princeps à conſulibus quibuſdam & ſyndico advocatus cum exercitu in vrbem venit, antiſenatū abolevit, & vrbem tranquillavit. Arx eſt foſſis & aggeribus munita à principibus Meckelburgicis verſus meridiem ad vrbis mœnia ædificata. De qua cum inter principes & civitatem controverſia eſſet orta, imperatori tanquam ſequeſtro res tota commiſſa eſt, manente utriuſq; partis jure. Tentata eſt tranſactio, quæ eò uſq; proceſſit, ut Roſtochienſes promiſerint, ſe deinceps ad ſubeunda communia provinciæ onera, non habita ratione privilegij exemtionis paratos fore. Quam quidem declarationem amplectentes principes ſic dirimi litem paſſi ſunt, ut libertas, & privilegia omnia cum imperio mero & mixto jurisdictioneq; omnimoda civitati conced rentur, ac mœnia munitionesq; vrbis reſ cerentur: jus quoq; patronatus, quod an tea habuiſſet, retineret. E contrario pri cipibus etiam ſumma jura, quæcunq; de rentur, integra eſſent. His ita pactis confirmatis, ſecuta eſt jurisjurandi ce

formula, qua fidelitatem civitas principibus juravit ſub dio. Quicquid item commiſſum erat, deprecata eſt, & pro arcis demolitione decem aureorum millia ſe ſoluturam eſſe pollicita eſt. Antea diviſa & ſeparata fuerunt jura principum & civitatis in Academia, vt principes ſuos conſtituerent profeſſores, ſuos item civitas. At deinceps conjuncta cura, & impenſa vniuerſitas ſuſtentatur. Lætitia ex hac tranſactione tanta exorta eſt, vt in omne tempus reliquum annis ſingulis hymnus, Te Deum laudamus, canatur, & omnes nolæ pulſentur. Fuerat jam annis fermè centum quinquaginta à prima ſcilicet fundatione usq; Academia in vrbis poteſtate, ſed hoc modo in vnum corpus redacta eſt principibus ſimul & ſenatui ſubjecta. Religionem profitetur ſinceram ſecundùm Auguſtanæ confeßionis normam, & artium diſciplinarumq; liberalium omnium profeſſores habet præclaros, & omni laude cumulatos. Collapſa penè erat tota, cum anno Chriſti 1576. Ioannes Albertus dux Meckelburgius ex cœnobiorum reditibus 3000. florinos

nos annuos ad eam inſtaurandam & augendam contulit.

ROTENBVRGVM ad Tubarum Franconiæ oppidum, à turrium & tegularum rubore dictum, olim paruit Francorum ducibus: ſed poſt Friderici I. tempora imperij urbibus annumeratum eſt, & cella penaria Franciæ habetur.

Aliud eſt Rotenburgum ad Salamſitum, quod anno Chriſti 1554. à militibus Henrici Brunſuicenſis ducis vexatum atq; direptum eſt.

ROETE oppidulum non procul ab vrbe Lipſia ad Pliſſam cum arce, ubi ſedem habuêre Pflugij nobiles. Huc confluere ſoliti ſunt magno numero ad pyrum tanquam ad rem ſacram, paulò poſt annum Chriſti 1500. Iccircò templum ibi eſt conſtructum, quod pertinuit ad virgines ſacras, quæ fuerunt Lipſiæ.

ROTVVILA vetus imperij oppidum ad Nicrum ſeu Neccarum flumen,

Rot

Rott/i.e.cohorte & Vil ſeu villa nominatum, quaſi dicas cohortum Cimbricarum manſionem. Eo enim in loco conſediſſe dicuntur Cimbricæ cohortes, poſtquam à Romanis fuſæ ſunt.

Villa verò dicitur, quia olim pagus fuit. Ex villa autem facta civitas primū trans Nicrum ſita fuit. Inde propter inundationes crebras torrentis Preimij in altera ripa, & poſt exuſtionem in loco editiore extructa eſt, & foßis ſic munita, ut impetum hoſtium propulſare poßit. Dicaſterium ſive Conſiſtorium imperiale, vel ut alij appellant, judicium imperij eſt in hac urbe conſtitutum à Cunrado II. Imperatore, circa annum Chriſti 1146. quando is cum Saxone Lothario certavit de imperio. In hoc enim certamine cum Rotvvilenſium fidem egregiam in ſe expertus eſſet, hunc honorem ſive gratiam eis retulit, ut imperiale judiciū ad eos tranſtulerit, in quo duodecim aſſeſſores ex equeſtri ordine, vel deficientibus illis, ex civibus delectos cum quæſtore ſeu præſide Sulzenſi comite eſſe voluit. Cognoſcuntur igitur in hoc judicio cauſſæ

majo-

majores gravioresq́; & tractantur perduellium proſcriptiones. Circa annum Chriſti 1463. diſſidere à duce VVirtembergenſi Eberhardo Barbato cœpit, & cum minus roboris atq; præſidij haberet, quàm ut armis cum eo contenderet, fœdere ſeſe cum Helvetijs civitatibus Berna, Tiguro, Urio, Lucerna & aliis conjunxit, idq́; poſtea identidem renovavit atq; confirmavit. Lycoſthenes ſcribit anno Chriſti 1545. Rotvvilenſes cives multos propter Evangelij confeſſionem ſolum vertiſſe, relictis poſt ſe bonis ſuis. Iccircò Diabolum horrendum in modum inambulaſſe per urbem & terrorem injeciſſe incolis.

RVSVINVM vel Ruſpen, vel Roſvvangen ad Muldam Fribergicam traditum eſt cellæ cœnobio à fundatore Othone, cum fodinæ metallicæ Fribergenſes exortæ ſunt, pro pago Oberlauſnicio, ub[i] Friberga vrbs eſt condita.

SALINGESTADIVM Franconiæ opp[idum] à Salingis vel Salijs, h. e. Fran[cis] co[...]

conditum & nominatum. Hos enim Germani Salios vocitarunt â Sala fluvio, ex monte pinifero erumpente, & verſus Septentrionem per Voigtlandiam, Duringiam & Saxoniam in Albim decurrente, à Salicis leges etiam Salicæ appellatæ ſunt, vel à Sala fluvio, vel à Palatio, quod Gallis eſt Sal, meminit Marcellinus.

SALISBVRGA.

SALISBVRGA, *Bavaria ſuperior & inferior vno nomine appellatur Noricum* Nordgaw/ *item Vindelicia* Beyern/ *Ab occaſu habet Oenum fluuium, à Septentrione Danubij partem eam, quæ eſt ab Oeno ad Cetium montem, ab Ortu montem Cetium, à Meridie partem Pannoniæ ſuperioris, quæ ſub monte Cetio eſt.*

Huius primaria vrbs eſt Salisburga à Salinis dicta, quarum copia non procul ab vrbe reperitur in oppidulo Halle / *quod à rivulo* Saltze *fluvij alluitur. Olim vocata eſt Iuvania vel Iuvavia quaſi* Helffenburg/ *à caſtro ſcilicet, quod Iulius Cæſar eo*

in loco dicitur condidiſſe, ut legionum ſive præſidiorum eius portus atq; refugium eſſet. Converſa eſt tandem in vrbem, quæ & ipſa Iuvaniæ nomine appellatur, autore Munſtero. Vaſtata eſt miſerandum in modum hæc vrbs ab Herulis Gothicæ gentis hominibus, qui inopinato introitu ea potiti epiſcopum Maximum cum quinquaginta quinq; præsbyteris imprimis trucidarunt, tum cives ſpoliarunt, & bonam eorum partem abduxerunt.

Anno autem Chriſti 476. VVoldemaro Oſtrogotho regnante inſtaurata eſt, & novum illud nomen Helffenburgi adepta. Tandem verò circa annum Chriſti 1112. Rupertus VVormatienſis præſul ex familia regum Gallicorum ortus ſedem epiſcopalem ibi conſtituit. Hic converſis ad religionem Chriſtianam Boijs, etiam Salisburgi fidem in Chriſtum prædicavit, & epiſcopatum annis 62. vel vt alij volunt 44. gubernavit, Templum S. Petri, & cœnobium S. Benedicti condidit, & alijs rebus multis civitatem auxit atque ornavit. De epiſcopatu autem Salisburgico parte Iſagog. IV. dictum ſatis.

SALTZA.

SALTZA Duringiæ vrbs olim vicus fuit donatus cœnobij Hombergici præfectis, quos Voitos appellant, ob diligentiam & fidem in commiſſo officij munere navatam. Ex quo comites ſeu domini de Saltza dicti ſunt, cuiuſmodi fuit Guntherus nobilis baro de Saltza, dominus in Dulſtat, & in Uſhofen. Inſigne eorum fuit cornu arietinum in clypeo rubro. Ex eadem familia prodijſſe putatur Hermannus de SaltZa, qui quartus ordinis Teutonici Magiſter in Boruſsia per annos 30. fuiſſe perhibetur. Caſtellum habuit Tripurgum, quod nunc oppido incluſum eſt: ex quo crebræ irruptiones latronum factæ ſunt in finitima loca. Quamobrem obſeſſum illud eſt anno Chriſti 1211. à Cæſare Othone IV. & Hermanno Landgravio Duringiæ, & captum. Latrones verò in gratiam recepti. Nomen invenit à flumine oppidum interlabente Saltza, & amplificata ornataq́; eſt vrbs ſtudioſè ab incolis. Anno Chriſti 1243. tres domini de SaltZa fuerunt, qui diſsidere

inter ſe cœperunt, & unus partem ditionis, quam poßidebat archipræſuli Moguntino vendere voluit. Quod diſſuaſerunt quidem reliqui duo, ſed perſuaſus eorum alter tandem ſuam quoq; partem eidem vendere decrevit. Tertius & quidem natu maximus ſibi quoq; conſulturus Friderico Duringiæ Landgravio partem ſuam vendebat. Hanc diſtractionem improbantes Moguntini præſules, etiam pro tertia parte ſeſe numeraturos eſſe pretium quod Landgravius ſolviſſet, pollicentur. Mox præfectum Landgravij eÿciunt. Quod indignè is ferens, collecto exercitu, vrbem circumſidet. Huic illudunt Moguntini, & ſtantes in mœnibus ſubligacula ſua detrahunt & nates denudatas demonſtrant, non poſ ſe ſe capita nudare dicentes, ne capillos in volvant. Incenſus hac contumelia Landgravius Sagittarios ſuos admovet propiùs Illi verò nihil de clamoribus ſuis remittentes, in mœnibus, ſi nihil aliud poßit, quàm hoc, inquiunt, diu eum præſtolari oportere antequam intromittatur. Magis irritatus his vocibus Landgravius ignem jacul in

in vrbem jubet, & ipſemet primus ardentibus tædis damni plurimum infert, Quem ſecuti milites oppidanos vehementer vrgent, ut numero magno cadant. Cupiunt quidem portas aperire oppidani, ſed prohibentur à Moguntinis tantiſper, donec, cognita ſeveritate Landgravij archipræſul de compoſitione cum eo ſic tranſigit, vt arx & oppidum dividatur, & vterq; partem dimidiam obtineat. Tandem vltimus dominus de Saltza, è vita exijt, hæreditasq; eius ad Landgravium Fridericum Balthaſaris filium feudi dominum devoluta eſt. Altera verò pars quæ ad Moguntinam ſedem pertinuerat, anno 1374. ad Duringiæ Landgravios quoq; translata eſt. Iccircò Erneſtus, & Albertus Saxoniæ duces fratres quoq; in fidem ſuam Salcenſes cives anno 1482. receperunt, & mercatus jura eis confirmarunt.

Paſſa eſt hæc vrbs incommoda magna ab inundationibus, eluvionibus, exuſtionibus, & bellis. Nam anno Christi 1379. tanta aquarum moles extitit, vt domos, & incolas vrbis multos abripuerit. Annis

verò 1438. 1506. 1517. ex bellis & incendijs detrimentum ingens cepit. Templa habet inſignia, quorum cathedrale S. Stephani ſtetiſſe dicitur anno 1196. S. Bonifacij verò annó 1494. ædificari cœptum eſt. Anno autem 1539. ſub Henrico Saxoniæ duce abuſibus abolitis, reformata religio importata eſt, & in die Laurentij prima miſſa idiomate Germanico decantata. Eſt etiam Saltzæ prætoria domus, quæ Reinhartsbornenſis aula vocitatur. Hæc ædificata eſt à domino de Saltza, qui arcem conſtruxit in Reinhartsbornenſi fundo ad Aldenburgum. Quod cum ferendum ſibi minimè eſſe cenſeret abbas illius cœnobij, auxilium & patrocinium à Ludovico Landgravio petijt. Hic cepit dominum de Saltza, nec dimittere voluit, niſi domo, quam Saltzæ habebat, cederet. Inde ea cœnobio donata, nomen aulæ Reinhartsbornenſis retinet.

SCHAFHVSIA.

SCHAFHVSIA *ad Rhenum in Germanico ſolo ſita, excepto ponte ex vrbe, qui*

ui ad Helvetios ſpectat, vrbs Helveticis
agis annumeratur, dicta à Scapha, vel à
Navi, Schiff/ quod naves omnes ex A-
onio & Veneto lacu ſecundo Rheni flumi-
e deſcendentes illic exonerari oporteat.
nitium à cœnobio duxit imperante Hen-
ico III. Incrementa verò à Rheni defluxu
umſit, qui eo in loco primùm navigabilis
ſt: cum quidem ſuperiùs propter rupes, ſa-
a, impetum & ſonitum horrendum tranſ-
i minus poſsit. Ita ergò fit, ut propter por-
orium ex Salis præſertim vectura, quæſtũ
nagnum faciat. Fuit quidem in poteſtate
bbatis cœnobij, ſed paulatim ab eius ju-
iſdictione liberata eſt, & à Romanis Im-
eratoribus privilegijs & immunitatibus
lonata. Auſtrio autem duci vendita eſt à
Ludovico Bavaro imperatore, manſitq́; in
oteſtate Auſtriacorum ducum anno 861.
Poſtea ad imperium redijt & novis privile-
ijs ornata eſt. Erepta verò eſt ex Frideri-
i Auſtrij manibus à Sigiſmundo impera-
ore, propterea quod is papam Ioannem
X XII. è concilio Conſtantienſi abduxit.
Conatus quidem fuit Ferdinandus III. Au-

ſtrius imperator eam ab imperio avellere, & Sigiſmundo Auſtriaco tradere: ſed nulla ratione nulliſq; minis, ut ei fidem daret, perſuaderi ſibi paſſa eſt. Cùm autem elabendi viam meliorem non inveniret, cum Helvetijs civitatibus, Tiguro, Bernæ, cæteriſq; fœdere facto ſeſe conjunxit, & communibus armis Auſtrios oppugnavit. Repetitum hoc fœdus eſt ſæpius, donec anno Christi 1501. in ſocietatem perpetuam à fœderatis civitatibus Helvetiæ recepta eſt.

SCHILDA Miſniæ oppidum cum cœnobio conditum à Dieterico marchione Luſatiæ & Landsbergi fratre Othonis.

SLEVSINGA.

SLEVSINGA in comitatu Hennebergenſi ſita, celebris habetur pluribus de cauſis, Primùm quia ſedes eſt comitum & principum Hennebergenſium nequaquam ex Italia importatorum, ſed ex veteri domo cum Franciæ proſapia propagatorum. Secundò quia commendatorum ordinis Ioanni.

nitarum ſedes ibi eſt, anno Chriſti 1291. à Bertholdo comite non quidem ex alienis, ſed ex propriis facultatibus fundata. Tertiò propter cœnobiũ nudipedum anno Chriſti 1502. inſtitutum. Quartò propter fortunæ varietatem, quam communem cum aliis florentibus civitatibus habuit. Nam belli incommoda cum aliàs, tum vel maximè anno Chriſti 1304. experta eſt, cum Bertholdus Hennebergenſis cum affine ſuo VValtero Barbienſi comite diſſenſit. Erat enim VValterus iſte vicarius Hermanni Marchionis Brandeburgici in arce Coburgenſi, cui Henrici Hennebergij in Hartenberg filia fuit deſponſata. Ex eo diſſidio ortum eſt bellum, in quo primum VValterus ſuccubuit, ſed mox novis firmatus copiis Sleuſingam obſidione cinxit, multa exuſſit atq; diripuit. Bertoldus hac nova injuria laceſſitus perſequi bello VValterum cogitat, at is collectis vaſis diſcedit. Bertoldus verò nihilominus eum perſequitur eo uſq;, donec ad pugnam iterum veniatur, in qua VValtherus victor evadit. Bertoldus igitur auxilio Landgravij Haſſiæ fre-

tus denuò inſequitur VValterum, multos
eius pagos vaſtans, & arcem VVilsber-
genſem ad dies decem circumſidens. Hæc
animoſitas Bertoldi movit VValterum,
vt componi diſsidium æquis conditionibus
pateretur. Anno autem Chriſti 1353. lo-
ta vrbs miſerandum in modum conflagra-
vit & exuſta eſt, die ſcilicet Iovis à nati-
vitate Mariæ. Quintò ornamentum ma-
ximi precij accepit hæc civitas, cùm ab
Henrico imperatore anno 1310. Bertoldus
Hennebergenſis comes in comitijs Franco-
furti, præſentibus omnibus Septemviris, &
inſpectantibus cunctis ordinibus ſolennita-
te maxima imperij princeps deſignatus eſt,
omniaq́ privilegia, dignitatem & liberta-
tem principibus imperij convenientem ad-
eptus. Non parva etiam acceſsio fuit, cùm
anno Chriſti 1542. VVilhelmus Henneber-
giæ princeps de epiſcopo VVurceburgico
Cunrado Meiningam vrbem emit. Cuius
quidem contractus confirmationem à Fer-
dinando rege impetraturus Sleuſingam
imperij feudum fieri paſſus eſt. Maximum
autem κειμήλιον ſive ornamentum Sleu-
ſing

ſingæ eſt ſchola, quam Georgius Erneſtus princeps poſtremus in hac familia illuſtri aperuit, anno Chriſti 1543. Mox etiam formulam religionis in Auguſtana confeſſione comprehenſam idem amplexus eſt. Sed anno 1574. demum eccleſiaſticum judicium conſtituit. Triginta ſtipendia ad alendos ſtudioſos fundavit, alimenta benè meritis paſtoribus, eorumq́ viduis & quibuſdam in Academias miſſis ordinavit. Eandem ſcholam anno 1577. inſtauravit, & rebus neceſſariis auxit.

SCHMIDEBERGA.

SCHMIDEBERGA *vel* Schmideburga, *ab arce vel burgo, quod olim ibi fuit, Chalcis Saxonica à Melanchthone dicta. In monte enim ſita non eſt, licet montibus undiq́ circumdata ſit. Ab officinis ærariis, ſeu ferrariis abſq́ dubio nomen habet, quæ illic extiterunt, quod ſcoriæ indicant, & lapis ferreus, qui reliquus eſt. Conſentaneum eſt, conditum eſſe oppidum poſt Huſſitarum in hanc regionem irruptiones,* quan-

quando diſsipati homines colligere ſeſe cœperunt, & domicilia nova conſtruere, vel deſtructa reparare. Fuit anno Chriſti 1562. Francofurti quidam Schmidebergenſis in legatione Turcica cum Baſſa Budenſi, qui captus & in Turciam abductus, orator factus ibi erat.

SCHORNDORFFIVM.

SCHORNDORFFIVM oppidum in VVirtembergia celebre ab inſtrumento ruſtico, quo terra foditur, & populari lingua Schora dicitur, nomen invenit. Fuit enim ante annos 1190. villa, in qua ruſticus inſtrumento ante dicto humum fodere ſolitus eſt, cui cum plures agricolæ ſeſe aggregarent, villa inde extitit, quæ Schorndorff nominata eſt, auſpiciis Aurbachenſis familiæ nobilis potiſsimum converſa in oppidum. Civitatis jus à Friderico II. imperatore circiter annum Chriſti 1230. adepta eſt cum inſignibus palarum duarum foſſoriarum decuſſatim compoſitarum, quibus VVirtembergici proceres, qui de Arnsbach

enſ

enſibus oppidum emerunt, cornu nigrum adjecerunt. Quanquam ſunt qui de Aurbachenſibus, poſſederintne Schorndorffium unquam, nec ne, dubitent. Situm eſt in valle Ræmſia, quæ ab amne Ræmſa illic fluente nomen habet, loco amœno & fœcundo. Subſtructiones & munitiones tantas habet, vt etiam hoſtem potentem debilitare poſſit, ſi ſubvertere eas conetur. Arcem item cum monaſterio, curiam & ſcholam, & quod præcipuum ornamentum theſaurusq́; maximus eſt, eccleſiam ſanctũ Dei verbum purè ſonantem, legitimumq́; Sacramentorum uſum tuentem retinet. Obſidionem paſſa eſt à Carolo IV. imperatore, cum Eberhardum Greinerum patri Eberhardo Rixoſo rebellantem compreſſit. Et iterum communes belli ærumnas experta eſt ſub duce Vlrico, quando pauper Cunradus mota ſeditione ducatum quaſſavit. In bello autem Germanico edicto Caroli V. præſidium Hiſpanicum recipere coacta eſt.

SENFTENBERGA oppidum Luſatiæ ſub Bojemico regno, ſed Saxoniæ ducibus

bus paret. Vnde etiam Georgius Saxoniæ dux curatorem ſuum ibi habuit. Anno Chriſti 1525. vrbs conflagravit, ſequente anno ex parte quadam etiam arx.

SMALCALDIA.

SMALCALDIA *Vulcania Chalcis* à Melanchthone dicta, quaſi æris fuſio, vel officina æraria ſiue fuſoria, templum habet cathedrale, in quo canonici duodecim aluntur, fundatum à Bertoldo principe anno Chriſti 1319. immune ab omnibus oneribus, jure præſentationis natu maximo principi reſervato. Pertinuit quidem ad Hennebergiã ditionem, ſed ab ea alienata ad marchiones Norimbergenſes tranſiit, & ab Eliſabetha vidua Ioannis Hennebergii principis redemta eſt anno Chriſti 1360. menſe Decembri. Celebris fuit in hac civitate conventus principum & civitatum proteſtantium anno Chriſti 1530. menſe Decembri, in quo fœderis formulam conceperunt, quo ad mutuam defenſionem obligarentur contra vim injuſtam, ſi qua fort

inferr

inferretur. Hæc formula à quibuſdam ſtatim ſubſcripta eſt, à legatis verò nonnullis dilata ſubſcriptio eſt ad ſextam hebdomadam, ut referre ad ſuos poſſent. Vox eſt memoria digna, quam ſapiens quidam de hoc fœdere protulit: Bonum eſt facere fœdera, ſed væ ei qui ſervat. Veritatem dicti eventus comprobavit. Anno Chriſti 1537. conventus proteſtantium principum & præcipuorum Theologorum Auguſtanæ confeſſionis, menſe Februario, in eadem vrbe fuit, in quo deliberatum eſt de concilio Mantuæ indicto, & conſcripti ſunt à Martino Luthero articuli futuro concilio exhibendi, qui nominantur Smalcaldici articuli. Scripta eſt etiam refutatio dogmatum Suencfeldij & Sebaſtiani Francken. Anno Chriſti 1540. Calend. Martij iterum Smalcaldiæ convenerunt legati proteſtantium principum & civitatum, Theologi item Ionas, Pomeranus, Melanchthon, Cruciger, Bucerus, quorum conſentiens fuit vox atque ſententia, à formula Auguſtanæ confeſſionis, & adjuncta apologia diſcedendum non eſſe. Iccircò formulam aliam conciliandæ

doctri-

doctrinæ cum pontificiis ſcribendam mini-mè cenſuerunt. Ab hac vrbe etiam bellum Germanicum, quod Carolus V. Imperator, & Ferdinandus Rex ſociis huius fœderis in-tulerunt, Smalcaldicum appellatur. Quo nomine etiam Carolo V. valdè inviſum eius nomen fuit, adeò quidem, ut diripiendam & inflammandam cum omnibus civibus tra-dere Hiſpanis & Huſſaris, victo Saxone & Landgravio, voluerit. Sed deprecatus eſt pro ea princeps Georgius Erneſtus, factusq; ſupplex in caſtris, eum placavit. In quo non parum adjutus fuit à Mauricio Saxone, de quo meritus & ipſe in Ungaria fuerat.

SNEBERGA.

SNEBERGA, *nomen montis in quo ſita eſt Sneberga, vetus eſt, ab accolis, à nive, quæ diutius ibi manſit, illi inditum. A monte autem Snebergo vrbs Sneberga nomen adepta eſt. Et primùm quidem propter metalli bonitatem, quod ibi circa annum Chriſti 1476. primùm apparuit, ca-ſæ quædam extructæ ſunt, in quibus metal-*

lic.

lici operarij domicilia ſua habuère. Ab eo tempore vberiores factæ identidem venæ metallicæ cauſſam dedêre vrbi ædificandæ in eo loco, & quidem tumultuariè magis, quàm ordine illo, quo cæteræ vrbes metallicæ fuerunt conditæ. Incidit igitur initiũ huius vrbis fermè in annum Chriſti 1477. quo primum templum ex lapide extructum eſt. Quemadmodum autem fortunæ ſeu potius benedictionis divinæ vices ſunt: ſic metallarij etiam proventus alio atq; alio tempore majores minorésve fuerunt. Anno quidem 1478. pars vna ſepties aut octies mille, alibi ducenties mille florinis valuit. Anno autem 1582. ſenſim decrevit pretium, tandemq́; augeri denuò cœpit.

Anno Chriſti 1479. leges, juriſdictio, judices, & Scabini ab electoribus & ducibus Saxoniæ, Erneſto & Alberto, Sneberge dati ſunt. Anno verò 1481. diploma libertatis eidem tributum & confirmatum eſt. Incredibilis penè ſumma eſt argenti ex venis Snebergenſibus effoßi, de qua Philippus Melanchthon ſic ſcribit: Ab anno Chriſti 1471. die Dorotheæ ad annum 1550.

ex venis Snebergenſibus diſtributa ſunt
ijs, qui venas coluerunt impenſis ſuis plus
123355. tonnis auri. Et loco decimarum ſo-
lutæ principibus amplius. 20559. tonna au-
ri. Tantundem ijſdem ſolutum eſt de ſi-
gnatione argenti, vom Schlegel. Sum-
ma omnium facit 164473. tonnas auri.
De Georgij quidem fodina, Georgius Agri-
cola ait: Ex Georgij fodina Snebergiana
foſſores tam multum argenti, quarta anni
parte eruerunt, ut in ſingulas centeſimas,
viceſimas octavas partes diſtribuerentur
panes argentei, ſilberne Kuchen / qui va-
lerent 1100. aureos Rhenanos. Tantum ar-
genti nuſquam olla vena fudit, quantum
D. Georgij Sneberga. Hæc eſt fodina illa
quam fama de Alberti ducis Saxoniæ me
ſa argentea nobilitavit. Hic enim princ
illectus magnitudine argenti in eam fo
nam deſcendit cum conſiliarijs, & ſu
argenti maſſa cibum ſumſit. Cumq; n
unquam præclarius & ſplendidius vidiſ
in hæc verba erumpit: Imperator no
Fridericus potens quidem eſt, & opulen
non tamen credo eũ jam tanti pretij n

ſam habere. Capto Ioanne Friderico electore Saxoniæ ſubductis rationibus inventum eſt, Snebergenſes proventus metallicos ſingulis annis fuiſſe florinorum 100000. quandoq; etiam 60000. vel 50000. vel minimum 40000. Crevit his proventibus Reſpub. Snebergenſis, & ornata eſt majorem in modum. Cives habet moratos, ſenatum prudentem, Eccleſiam & ſcholam benè conſtitutam ſecundùm Auguſtanæ confeſſionis formulam.

SOLTVVEDELA veteris Marchiæ urbs ædificari cœpta à Longobardis anno mundi 3653. Nomen adepta eſt à Sole cuius fanum ibi fuit Soltvel dictum à Sole ſcilicet & VVel, veteri vocabulo Germanico, quo domus ſignificatur. Eſt autem vaſtata hæc vrbs in bello, quod Tiberius, vel ſecundùm alios Claudius Druſus Nero Tiberij frater contra Longobardos, Senones, & alios germanis geſſit. Et loco eius à Carolo Magno condita Soltvvedela nova, quæ hodie extat, deſtructa ſolis ſtatua, quæ numinis inſtar colebatur.

SPIRA.

SPIRA civitas imperialis vetus quidem quoad originem, recens verò quoad appellationem. Olim enim Nemetum vrbs appellata eſt. Quin & populi in ea habitantes dicti ſunt Nemetes. Fortè ex Græco verbo νέμειν, quod eſt paſcere, quòd vitã pecuariam coluerint. Anno autem Chriſti 1082. Spiræ nomen demum adepta eſt, à pago & fluviolo propinquo, quorum uterq; muro vrbis incluſus eſt à Rudigero epiſcopo. Tali igitur acceſſione aucta & ampliata civitas vetus nomen amiſit, & Spira dici cœpit. Quin ab imperatoribus etiam Romanis Cunrado II. Henrico III. Henrico IV. & V. multum decoris & libertati ea conſecuta eſt, quod demonſtrant monumenta & epitaphia, quæ hoc diſticho comprehenduntur:

Filius hic: pater hic, avus hic, proavus iſte
iſtic,
Hic proavi conjux, hic Henrici ſenioris.

Epiſcopatum habuit antiquum. Etſi e
vnus tantùm præſul in hiſtoriis recenſe

eſſius, qui anno Chriſti 340. in Colonienſi ſynodo fuit: tamen dubium nullum eſt, non ita multò poſt Apoſtolorum tempora etiam in hac civitate Evangelium eſſe prædicatum. Quanquam veriſimile eſt Arij dogmate latè diſſeminato lucem veritatis in multis Germaniæ civitatibus obſcuratam eſſe. Iacuit ergo in ruinis etiam Spirenſis epiſcopatus. Anno autem Chriſti 610. Dagobertus Gallorum rex miſericordia permotus eum reparavit, & eccleſiaſtem ſuum aulicum illi præfecit. Ex quo fundator alter huius diœceſis habetur.

Anno Chriſti 1333. Ludovicus Bavarus Imperator comitia Spiræ habuit, quibus cuncti ordines imperij adfuerunt, deliberatumq; eſt de pace per totum imperium reſtituenda, de reprimendis graſſantibus & tumultuantibus.

Anno Chriſti 1526. conventus imperij à Carolo V. eodem eſt advocatus, ubi VVormatienſe edictum renovatum eſt quidem, ſed interceſſerunt Saxoniæ dux elector, Landgravius Haſſiæ, & aliquot civitates, quæ executionem illius rejiciendam eſſe in

concilium publicum nationale vel vniuer-
ſale cenſuerunt. Interim ſingulis ordinibus
permanendum eſſe in ijs, quæ defendi apud
Deum & Cæſarem poſſent. Decreta quoq;
fuerunt auxilia Ludovico Ungariæ regi,
ſed ea dum adornantur, confligit cum Soly-
mano Ludovicus & interit.

Anno Chriſti 1529. iterum conventus
imperij in hac vrbe fuit, in quo ſuperius e-
dictum Spirenſe abrogatum eſt, & VVor-
matienſe repetitum. Cui cùm principes
Evangelici ſeſe opponerent, proteſtatione
adhibita, proteſtantes ſeu proteſtantium
ſtatus inde appellati ſunt. Hæc proteſtatio
in religionis negocio exhibita eſt die Apri-
lis 19. Etſi autem aſperiora viſa ſunt pla-
risq; Evangelicis huiuſmodi, Cæſaris decre-
ta: tamen quâ mente in religione ipſe eſſet,
ſatis declaravit anno Chriſti 1544. quo ite-
rum in Spirenſibus comitijs demonſtravit,
ſe omnes vias perſequi, quibus religioni
diſſidium placidè componi poßit. In quem
finem etiam concilium Tridenti indicen-
dum curavit. Sed vix major honos vlli ci-
vitati poteſt tribui, quàm datus eſt Spi-
à M

à Maximiliano I. qui anno Chriſti 1495. forenſe imperij tribunal, quod Cameræ Imperialis judicium ſupremum vocavit, in hac civitate primus communi procerum imperij approbatione fundavit Francofurti ad Mœnum die 31. Octobris. Ante illud enim tempus litigatores in aula imperatoria diſceptabant, & jus ſuum perſequebantur. Francofurti verò idem imperator judicem & aſſeſſores huius judicij conſtituit, inauguravit, & loco certo reſidere juſſit, tum ad juſtè, legitimeq́ de controverſiis omnibus judicandum jurisjurandi religione eos adſtrinxit. Quoties etiam aliquid in hoc judicio deſideratum eſt, id communicato cum principibus electoribus conſilio correctum eſt ad eum modum, qui vtramq́ religionem profitentibus tolerabilis ſit.

STETINVM.

STETINVM cis Viadrum vrbs vetuſtiſſima vallis & mœnibus roborata, commoditate ſitus, commerciorum, & victus, tum morum elegantia commendatiſſima.

A Danis oppugnata fortiter hoſtium impetum propulſavit. Sed cum per cuniculos tentata eſt expugnatio, ſub mœnia penetravit hoſtis. Quocirca deditio ei oblata eſt, quam etiam accepit rex, & VVerslao præfecto urbem ſub Danorum imperio regendam permiſit, Cranzius lib. 5. Vandaliæ. Novi Evangelij quemadmodum tunc vocabatur cupida à Martino Luthero concionatorem idoneum petit, & impetrat Paulum à Roda, quem adventantem gaudio magno accipit. Hunc ſecutus eſt Nicolaus ab aula, von Hoff. Ita eccleſiæ reformatæ fundamenta in hac urbe jacta ſunt. Paulum à Roda ſemel audivit concionantem dux Bugislaus, qui dixit, ſi hoc eſt novum Evangelium, quod hic concionator docet, non invenio, quid in eo deſiderem. Etſi autem adverſa multa inco... ata Evangelij curſui objecta ſunt, vici... tandem tamen is, cuius verbum à civibu... amabatur & pluris quàm omnia pericul... & minæ, æſtimatum eſt.

Anno Chriſti 1541. pædagogium ill... ſtre in hac urbe apertum eſt à Philippo...

Barnino ducibus Pomeraniæ, collatis ad uſum illius reditibus eccleſiæ S. Othonis, & B. Mariæ. Conſtituti ſunt quatuor curatores, & tres diaconi, quibus res tota commiſſa eſt. Paulus verò à Roda ordinem & leges præſcripſit, ſecundùm quas ludus gubernatur.

STOLPENA arx & oppidum ad Biſchoffsvverdam dicta quaſi dominica ſedes Herrnſitz/emta ab epiſcopo Miſnenſi Brunone II. & ad epiſcopatum translata. Ab eo fermè tempore ſedes fuit præſulum Miſnenſium, vel eorum officialium.

STRAVSBERGA Marchiæ oppidum anno Chriſti 1254. à Ioanne Marchione primo electore Brandeburgico ampliatum, & muro, vallo, & foſſa munitum. Nomen invenit à lacu propinquo, qui Strauß nominatur, & à montibus lacum circumdantibus. Cœnobium habet S. Dominici, quod fundavit Marchio Brandeburgicus Otho probus, anno Chriſti 1254.

STVTGARDIA. *In medio penè duca-
tus VVirtembergici ſita eſt Stutgardia,
ſedes ducum montibus & vallibus cultis
circundata. Arcem habet magnificam &
ſplendidam, templum item collegiatum &
alia, fana duo, ad D. Leonhardum vnum,
in quo ſepultus eſt magnus ille Capnio, ſive
Reuchlinus, literarum per Germaniam in-
ſtaurator: alterum, veteris hoſpitalis, in
quibus æquè atq; in arcis templo ſonat re-
ligio ſecundùm Auguſtanæ confeſſionis for-
mulam primigeniam & incorruptam.*

SVINFVRTVM.

SVINFVRTVM *imperialis civitas in
umbilico Franciæ orientalis à Suevo-
rum trajectu nominata, quando in Rhe-
tiam tranſierunt, quod imperante Ti-
berio factum eſſe Tacitus ſcribit. Huius
civitatis marchio creatus eſt Bertoldus
Hennebergenſis comes ab Othone III.
quod autores fide digni confirmant, Cun-
radus Celtes, Cuſpinianus & alij. Accedit
hoc etiam teſtimonium, quod Bertoldus
ille eandem civitatem ſuæ conjugi loco do-*

tal

alitij, vel donationis propter nuptias tribuit. Quod facere minimè potuiſſet, niſi eam in poteſtate ſua habuiſſet. Ita factum eſt, ut etiam mortuo Bertoldo vidua eius Heila Suinfurtum poſſederit. Ad eam enim Henricus imperator miſit duos epiſcopos, quibus mandavit ſeriò, ut caſtellum quod eſt Suinfurti incenderent atq; diruerent. Vidua cognito Cæſaris edicto tam acri exhorruit primùm, mox reſpondit ſe in templum ituram, nec inde diſceſſuram quæcunq; fortuna ſequeretur. Hoc reſponſo permoti epiſcopi mitigarunt Cæſareum edictū, & templo pepercerunt. Muros verò vrbis cum ædificiis demoliti ſunt, pollicentes interim, ſe ſi per Cæſarem liceret, ſuis impenſis eos reparaturos eſſe. Mortua Heila Suinfurtum ad alium dominum, qui Otho, marchio de Suinfurt appellatus eſt, devenit. Dithmarus lib. 5. Non ita multò pòſt tamen ſub Hennebergenſium ditionē recidit, & intervallo quodam remota eſt ab eo loco, quo ante ſita fuit, isq; adhuc veteris vrbis nomen retinet. Circa annum Chriſti 1254. cum bellum exarſiſſet inter

VVur-

VVurceburgium præſulem & Hennebergium comitem, vehementer afflicta, multiſq; incommodis affecta eſt hæc civitas, immò direpta & vaſtata penitus, ut in ruinis ad tempus jacuerit. Tandem verò ita convenit inter epiſcopum & Hennebergium, ut reparata cum omnibus ſuis juribus ac reditibus partim epiſcopum, partim Hennebergium agnoſceret. Potentiâ enim ſuperabat epiſcopus comites. Iccircò ſuum commodum augere illorum incommodo ſtudebat, ſperans ſe aliquando tota urbe potiturum eſſet.

Anno Chriſti 1203. cœnobium S. Benedicti penè collapſum in domicilium Teutonici ordinis militum converſum eſt. Circa annum Chriſti 1513. diſſidere cives à ſenatu cœperunt propter novam aut duplicata exactionem. Quod maturè à ſenatu ad vicinos principes relatum eſt, quibus curæ fuit, ut diſſidium ſine incommodis magni componeretur. Adduxit inprimis tutelar huius civitatis princeps VVilhelmus Hennebergius quinquaginta equites, alij ali ut trecenti amplius equites, & ducenti di

dites convenirent, mox portæ claudebantur præter vnam, cives verò in curiam abſq; armis vocati veniebant. VVilhelmus verò Hennebergius circa curiam equitibus 150. volabat, ſignoq; dato 300. equites, qui in ſuburbio præſtolabantur, accurrebant, ut 450. equites & 200. pedites curiam circumdarent. Hennebergius verò aſſumtis octo viris curiam ingreſſus eſt, & 28. cives cepit, qui ſeditionis autores eſſe perhiberentur. Miſit eodem etiam Laurentius VVurceburgius præſul legatos, qui providerent, ne cives contra æquitatem gravarentur. Sed hi intromiſſi non ſunt. Ad extremum quatuor ex captivis ſupplicio capitis in foro afficiebantur, eorumq; capita ſingula ſingulis portis affigebantur. Cæteris propter interceſſores vita donata eſt. Multata eſt eadem civitas paulò ante 13000. florinis à Cæſare, propter injurioſiùs tractatos Iudæos. Multa item inſumſerat in bellum ad Noveſium, & ad Gandavum, nec pauca impenderat in vrbis munitionem & exornationem. Inde igitur exhauſto fiſco exactionibus majoribus cives onerati ſunt.

Anno

Anno Chriſti 1553. in extremum diſcrimen adducta eſt civitas, cum in Germanico bello Henricus Brunſuigius Albertum Marchionem Brandeburgicum perſequens ad eam cum exercitu venit. Hanc cum benè muniviſſet Marchio inflammatis circum circa pagis, ne commeatus hoſti advent anti ſuppeteret, re infecta Brunſuigius diſceſſit, relictis poſt ſe nonnullis copijs, quæ urbem obſidione premerent. Sequenti verò anno menſe Iunio Albertus denuò collecto milite cum ſignis ſeptem peditum & octingentis fermè equitibus urbem invaſit. Sed tertio die ſuos eduxit Kittingam, aſportatis omnibus, quæ transferri potuerunt. Brunſuigij ergò nudatam præſidio urbem ingreſſi diripere quæ relicta fuiſſent voluerunt: ſed ne mora officeret ſuccenſa urbe marchionem inſecuti ſunt. Ita miſerandum in modum urbs inflammata & exuſta eſt. Fuit ſpectatrix huius cladis & incendij Olympia Fulvia Morata latinè & Græcè ſic erudita, ut ſcripta ſoluta & numeris aſtrictæ orationis in utraq; facultate poſt ſe reliquerit. Nupta erat Andr

Grun

Grundlero medico Suinfurdiano, qui & ipſe eruditionis laude eximia excelluit, & ex Ferrarienſi aula, ubi in cultu literarum probè educata eſt, & caſtè pieq́ vixit, eam in uxorem duxit. Idcircò cum marito Suinfurtum venit, & in hanc horribilem turbam, colluvionemq́ incidit, unde vix induſio arrepto aufugere nuda & inops potuit. Mortua deinde Heidelbergæ 26. Octob. anno 1555. cum annum ætatis 28. explevisſet. Fertur enarraſſe paradoxa Ciceronis Ferrariæ. Grundlerus poſtea in collegium Heidelbergenſis Academiæ cooptatus artem medicam publicè docuit.

SVNDIVM.

SVNDIVM *vel* STRALESVNDIVM *Ciſmarini ducatus Rugiæ metropolis, nomen habet à voce* Sund, *quæ Danis faucē anguſtam ſignificat, cuiuſmodi fauces Maris complures reperiuntur, ut Orſund, Grunſund, & à Strala vel Strele inſula Sundio vicina, ut idem ſit Straleſund quod Strele faux Cranzio interprete. Aedificatio eius inco-*

incoata eſt à Iaimaro Rugiæ principe, abſoluta verò à filio eius VVislao, & jure, libertate, ſylva, agris, paſcuis, portu, & immunitate vectigalium donata. Crevit centum fermè annorum ſpacio, opibus & facultatibus, ex frequentibus commerciis cum aliis gentibus maritimis, ut vim hoſtilem non facilè pertimeſcat. Circa annū Chriſti 1316. obſeſſa eſt ab Erico Danorum & Byrgero Suecorum regibus, tùm à decem principibus, ac VVislao Rugio, ſed horum omnium conatus non ſolùm ſuſtinuit, verùm etiam eliſit, & capto Erico Saxoniæ duce libertatem ſuam ſtrenuè defendit, anno C. 1404. à Bugislao decimo inſimulata eſt civitas, quaſi principum mandatis obedire & accerſita coràm principe ſeſe ſiſtere nollet, aliaq́ in ſe admitteret intolerabilia. Tranſactio ſæpè tentata eſt, ſed ſucceſſu parum felici, donec datis arbitris controverſia ſic compoſita eſt, ut ſupplex civitas deprecaretur admiſſa, fidelitatem ducibus ſuis Pomeranicis promitteret, & alia faceret quæ in pactione expreſſa erant. Eccleſiam habet conformatā ad Auguſtanā

con-

nfeſsionis doctrinam, & politiam in tan-
populi, & negotiantium frequentia non
alè conſtitutam. Principibus Pomeraniæ
ret, nec abſtrahi ſeſe ab ijs, quos domi-
os ſuos agnovit, paſſa eſt.

TAVCHA ditionis Lipſicæ uno tan-
tum milliari ab vrbe diſtans oppidum
nno Chriſti 1221. conditum ab Alberto
rchiepiſcopo Magdeburgio. Obſeſſum, op-
ugnatum & deſtructum à Dieterico Mar-
hione anno 1289. reparatum ſub impera-
ore Friderico II. Diu in nobilium familia-
um poteſtate fuit, tandem verò in Lipſi-
nſis Reipub. jus ditionemq́ conceſsit.

TENSTADIVM Duringiæ vrbs ab
abietibus, quarum copia olim illic fuit
icta: populoſa inprimis, agrisq́ dives, fru-
enti boni, & glaſti, ſive Iſatidis ferax.
uburbanum habet lucum ad occaſum qui
ruchborn nominatur ab abyſsis multis,
uæ in diſrupta terra viſuntur. Inde copio-
erumpens aqua, non ſolùm rotas mola-
s circumagit, ſed vicos etiam vrbis am-

bit, & rigat. Hæc dicitur vrbs illa eſſe, quæ Saxoniæ electorem tranſeuntem cum auli-co comitatu inſtructa menſa & placentis recentibus excipere ſoleat honorificè.

TETSCHENA *arx regia, & oppidum ad Albim quatuor milliaribus ſupra Pirnam. Ditio eſt comprehendens Chemni-tium, Königsvaldum & alia oppida. Aiunt S. VVenceslaum ibi eſſe educatũ, ſedes Sal-huſiorum, & eccleſiæ veræ hoſpitium.*

TIGVRVM.

TIGVRVM *vrbs libera Helvetiæ pri-maria & vetuſtate antiquiſſima, à Tigurinis nomen adepta eſt. Hi cum Tugi-nis quartum Helvetiæ pagum tenebant, & vnà cum civibus in Italiam infuſi mul-tum damni ei dederunt. Ex quo liquet an-te Chriſtum natum Tigurinos Alpium tu-mulos Noricos inſediſſe, & Helvetiam inco-luiſſe. Appellatur eadem à nonnullis Tu-gium & Turegum in ducatu Alemanico pago Turganenſi. In monumentis vetuſt-ſin*

ſimis extat poſterius nomen in verſu, qui cuidam portæ vrbis inſcriptus eſt:

Nobile Turregum multorum copia rerũ.

Germanicè Zürich mutatione literarum non magna. Sita eſt ad exitum lacus magni, & dividitur ab amne Limago, Limmath in civitates duas, majorem & minorem, quæ tribus pontib. junguntur valde amœnis. Exuſta eſt cum aliis vrbibus, cùm in Galliam profecti ſunt cives cum Rauracis, Tulingis & Latobrigibus, vt ſedẽ magis opimam & fertilem quærerent. Iccircò ne quis in fuga ſubſidium ſibi relictum putaret & domum redire poſſet, omnes vrbes oppidaq; ſua incenderunt. Nihilominus tamen à Iulio Cæſare fuſi & fugati in priſtinam ſedem redire coacti ſunt, & vrbem ſuam de integro adornarunt. Imperante Conſtantio Chloro à Germanis deſtructa eſt hac vrbs: à Diocletiano autem reparata, amplificata ac muris, turribus foſſisq; munita magis. Subdita fuit Romanis annis circiter 500. vſq; ad Valentiniani III. imperium. Poſtea ab Alemanis & Francis orientalibus Rhenum trajicientibus vnà

cum Gallia, Belgica & Helvetia penitus vaſtata eſt. Iacuit ergò in ruinis uſque ad Clodòvei V. Regis Gallorum tempora, qui compreſſis & domitis Alemanis arcem & vrbem Tigurinam reparavit. Ab hoc tempore civitas ñon ſolùm aucta & ornata eſt, rebus ad victum & cultum neceſſarÿs, ſed religionis etiam Chriſtianæ fundamenta quædam in ea jacta ſunt. Non parum etiã ad ornandam hanc vrbem contulit Carolus Magnus, qui monaſterium ibi exſtruxit, quod vltimum eſt inter viginti tria, quæ àb eo condita ſunt. Aedificavit ibidem quoq; templum, & in palatio ſuo, quod illic habuit, libenter & multùm habitavit. Conſtruxit etiam Baſilicam inſignem & amplam in editione colle trans Limagum circa annum Chriſti 760. in quo hodie domicilium eſt muſarum liberalibus ſtudÿs linguarum, artium & diſciplinarum affluens, cœtum diſcentium & docentium fovens. Manſit autem in poteſtate Francicorum regum & imperatorum Germanicorum, habuitq; per annos circiter 300. advocatos ſeu præſides ab imperio datos, ſ[...] qu[...]

quibus tamen reparari tota anno 450. non potuit. Sed ſub Carolo Craſſo demum ædificatio eius abſoluta eſt, & claudi portæ cœperunt. Præfectura autem imperialis Tiguri penes principes Leringenſes fuit uſq; ad annum Chriſti 1218. Iccircò titulum etiam illi vſurparunt judicum & advocatorum in omne Turregum jurisdictionem imperialem habentium Dei & imperatorum gratiâ. Ab eo tempore in tutela imperatorum Rom. fuit, & à pleriſq; omnibus amata eſt, propter ſidem eximiam in bellis & aliis difficultatibus navatam. Gubernata eſt longo tempore à XII. viris, quibus tandem anno Chriſti 1335. imperium abrogatum eſt propter inſolentiam & peculatum. Poſt eos deſignatæ ſunt tribus XIII. & vnus conſul, ex quarum numero deliguntur in hoc vſq; tempus 50. viri, qui quotidie Rempub. adminiſtrant. 200. verò deliguntur cùm res graviores tractandæ ſunt. Hæc gubernationis forma ab Imperatore Ludovico IV. confirmata eſt, & adhuc commoda ſalutariſq; civitati habetur. Venit in certamen grave cũ Auſtriæ duce,
 epi-

epiſcopis Argentinenſi & Baſilienſi, Fribur-
go Briſgoiæ, Colmaria & Seleſtadio fœdera-
tis. Quo quidem in caſu opē Caroli Boëmiæ
regis imploravit, verùm cum nihil auxilij
ab eo impetraret, neceſsitate compulſa ſeſe
cum Helvetiæ civitatibus Lucerna, Urij,
Suitia & Untervvaldia conjunxit, com-
muneq; fœdus anno Chriſti 1352. firmatum
eſt. Nihilominus ab Alberto Auſtriaco cir-
cumſeſſa eſt, equitibus 2000. & peditibus
20000. Cum autem expugnari non poſſet,
accuſata eſt ab eo apud Cæſarem Carolum
IV. qui omni ratione in id incubuit, ut à
fœdere Helvetico eam avelleret. Quod cũ
obtinere non poſſet, unà cum Alberto illam
oppugnavit. Hinc difficultates multæ illi
objectæ ſunt, donec Cæſar Carolus IV. in
ſocietatem fœderis eã recepit, & pactam cũ
Helvetijs ſocietatem confirmavit, privile-
gijsq; plurib. donavit. In hac fide & fœdere
Romani imperij manſit uſq; ad an. C. 1400.
quo VVenceslaus imperator ſenatui popu-
loq; Tigurino vendidit omne jus Advocatiæ
imperialis, βοηθείας, Vogtey/ quod in ea
uſq; ad illud tempus obtinuerant imperato-
re

res Romani. Conceſſit etiam & tribuit liberam poteſtatem eligendi ex ſuo numero & ordine advocatum in omne tempus. Hæc libertas à conſequentibus imperatoribus etiam, & à Carolo V. anno 1519. confirmata eſt. Anno C. 1408. fœdus fecit cum urbe Glarona, ſalvo tamen jure fœderis prioris. Anno Chriſti 1423. etiam cum civitate Berna fœdus æternum pacta eſt. Bellum habuit difficile cum Suitenſibus, Glaronenſibus & reliquis fœderatis Helvetijs, cuius cauſæ duæ recenſentur. Una fuit jus quoddam: altera fœdus ſcorſim cum Auſtriaca domo ictum. Pugnæ complures commiſſæ ſunt, & utrinque non parum damni datum & acceptum. Sed tandem tranſactis partibus compoſita eſt controverſia.

Anno Chriſti 1523. de religione diſputatio habita eſt Tiguri inter D. Ioannem Fabrum vicarium Conſtantienſem, & M. Huldricum Zvvinglium, concionatorem Tigurinum. Hanc ſtatim ſecuta eſt mutatio religionis. Nam ſacerdotes cœperant uxores ducere, imagines è templis ejectæ ſunt, & cum à ſœderatis civitatibus monerent-

rentur Tigurini, ne quid in religione mutarent, hoc reſponſi dederunt: ſe libenter ceſſuros eſſe, ſi ex verbo Dei erroris alicuius convincerentur. Cives verò omnesq; incolæ & in agris habitantes homines jurejurando ſeſe ad tuendam religionem reformatam obſtrinxerunt.

TOPLICIUM Bojemiæ oppidum inter Graupam & Toxam ſitum, ubi thermæ ſunt, hoc eſt, aquæ ferventes, & fumantes erumpunt, quæ ſalubres eſſe, & ſanare morbos nonnullos creduntur. Sermo eſt latè diſſipatus, cum olim quæſtui haberi cœpiſſent thermæ, evanuiſſe eas, donec ille abrogaretur.

TORANTUM arx Miſniæ inter Dreſdam & Dipolſvvaldam in ſylva ſitum, occupatum à Ludovico Landgravio, tutore filij ſororis ſuæ, quæ alterum conjugium cum Poppone Hennebergenſi comite inibat anno Chriſti 1217.

TOR

TORGA.

TORGA *Miſniæ vrbs electoralis ad Albim, Slavica lingua ſignificat lucernam, inde ſic dicta, quod in illuſtri loco poſita tanquam lucerna ſeu ſpecula totius regionis luceat. Hanc à Ptolomæo Argeliam ſive Argeviam appellatam eſſe plæriq; opinantur. Sed quid? quod ante Slavos nullæ vrbes in his regionibus conditæ ſunt. Comitum ſedes, qui Torgani inde cognominati ſunt, fuit. Recenſentur nominatim Torgani comites Lutholdus & Ioannes: ſed eſt illis ademta vrbs, & redacta in jus & ditionem Cæſarum Adolphi & Alberti in bello quod cum Friderico ſtrenuo Marchione Miſniæ geſſerunt. Victo autem ad Luccam Alberto Cæſare, & ad internecionem redactis Suevis, Fridericus Marchio miſſo ad Grimanos & Torganos caduceatore deditionem poſtulavit. Hi quo plura indigna toto biennio, quo in poteſtate fuerunt, perpeſſi erant, eò lætioribus animis ſuum victorem dominum receperunt, & pro opportunitate temporis ad eum optimates*

ſuos gratulandi cauſſa miſerunt anno Chriſti 1307. Inde adhuc ab illius poſteris tenentur. Legitur Torgam circa annum Chriſti 960. adhuc fuiſſe pagum & piſcatorum domicilium. Ex quo origo huius urbis & incrementa judicari poſſunt.

Anno Chriſti 1491. pontem lapideum conſtruere in Albi inſtituerunt Saxoniæ principes. Et jam tum arcus tres paraverant. Accidit autem percommodè, ut tum bullas de libero butyri & lactis uſu à pontifice Romano impetrarent principes ea conditione, ut quicunq; groſſum Miſnicum & ſemiſſem penderet, poteſtatem veſcendi lacticinijs haberet. Collecta eſt pecunia grandis, cuius ea pars quæ in ditionibus Friderici electoris III. & ducis Ioannis obvenerat, ad fabricationem pontis conferebatur. Reliqua in Alberti ducis regione coacta in novum templum cathedrale apud Fribergam inſumebatur. Anno Chriſti 1493. condita eſt ſchola, cuius gubernator primus extitit M. Schmidebergius canonicus Fribergenſis, vir gravis. Antequam verò abſoluta eſt ædificatio, in curia quodam

am loco eruditi ſunt pueri. Eodem anno
ncta ſunt fundamenta ſacrarij ad S. Cru-
em ante Lipſienſem portam: quod & ip-
um ex collectis propter lacticiniorum uſum
ecuniis extructum eſt.

Anno Chriſti 1503. Iulij die 12. extin-
cta eſt poſt partum Sophia Ioannis Saxo-
niæ Ducis prima conjunx Magni Megal-
burgij ducis filia, & Torgæ humata.

Anno 1513. Dominica poſt Martini
Ioannes Saxoniæ dux & elector cum Mar-
garetha Anhaltina nuptiale ſacrum Torgæ
celebravit. Anno 1527. Ioannes Fridericus
Saxoniæ dux ſponſam ſuam Sibyllam du-
ciſſam Iuliacenſem, Bergenſem & Cliven-
ſem, à nuptiis Bergæ ſuperiori anno peractis
Torgam adduxit. Anno 1533. Ioannes Fri-
dericus elector cœpit ædificare arcem, &
anno 1535. abſolvit. Anno 1536. Februa-
rij die 27. Torgæ nuptias celebravit Phi-
lippus Pomeraniæ dux cum Maria Ioannis
Friderici electoris ſorore. Anno autem
1544. turris magna in arce condita eſt.
Anno Chriſti 1548. menſis Octobris die 8.
connubij jure & ritu legitimo juncta eſt
in

in templo parochiali Auguſto Saxoniæ duci Anna Chriſtiani Daniæ regis filia per Georgium principem Anhaldinum, præpoſitum Magdeburgenſem & Miſnenſem. Eſt autem Torga electoratus Saxonici urbs primaria, in qua omnes conventus & πανηγύρεις aguntur.

TREVIRIS.

TREVIRIS *olim Auguſta Trevirorum vocata quaſi metropolis inter Germaniam primam & ſecundam, ad Moſellam fluvium ſita eſt, urbs inprimis vetuſta & monimentis compluribus nobilitata. Exſtat epitaphium Græcum Treviri poſitum cuiuſdam puellæ Euſebiæ; quod argumento magno eſt olim à Græcis hominibus hunc Rheni tractum excultum fuiſſe. Hanc urbem Franci anno Chriſti 417. Rheno tranſmiſſo ceperunt & igne deleverant. Sed vix quicquam laude dignius in hac civitate reperitur, quàm quod in exilium profectos ob orthodoxæ religionis & veritatis profeſſionem viros Paulinum, Priſcilia-*

ianum, Athanaſium & Hieronymum ſuſce-
pit & fovit. Maturè enim Evangelij lux
operâ & miniſterio Materni in Ubijs ful-
gere cœpit, & incrementa paulatim ſum-
ſit uſq; ad Caroli Magni ætatem, qua ma-
ior veritatis Evangelicæ lux accenſa eccle-
ſiam multis modis auxit, & archiepiſcopa-
tus illud munus ampliſsimum quod in hunc
uſq; diem viget, induxit. De Trebeta au-
tem conditore huius vrbis nonnulla ſunt,
quæ dubium facere lectorem poſsint. Eſt
enim ille natus ex Chami poſteritate, non
ex Iapheti ſtirpe, qui Germanorum ſator
eſt. Hic fertur profugus, neglecta Aſia, A-
frica, Italia, Hiſpania, & Galliæ parte
optima, Germaniæ locum informem terris,
aſperum cœlo, cultu aſpectuq; triſtem, vt
Tacitus ait, petijſſe, & receptus eſſe ad-
miſſusq; à Mano Tuiſconis filio in ſocietatem
tanquam exul, impiæ matris Semiramidis
inceſtam conſuetudinem & immanitatem
fugiens. Si modò conſentaneum vero eſt,
hominem externum alienumq; à politia &
ecclesia Iapheti in has regiones, itinere
tam longo, tamq; difficili profectum eſſe:
cum

cum in Aſia ſatis amœnum regnum parare potuerit. Si quoq; vero ſimile eſt, Germanicam gentem aut partem illius ullam à Chami poſteritate ortam eſſe, dubitari etiam poteſt, apta ne ſatis aut conveniens eſſe videatur etymologia Trevirorum à Trebeta: tum credibile ſit nec ne, urbem tot ſeculis ante natum Chriſtum in Germania extitiſſe? cum Tacitus urbes nullas diu poſt Chriſtum natum in Germania fuiſſe ſcribat. De Treviris porrò Iulius Cæſar memorat, eos in amicitia populi Romani fuiſſe, ſed à Cæſare per Titum Labienum in Romanã ditionem inductos eſſe. Conſtantinus Cæſar palatium in hac urbe condidit, in quo non tam ipſi Imperatores, quàm eorum præſides habitarunt. Quod Auſonius verſibus præclaris extulit & prædicavit. Hinc in ditionem Francorum regum conceßit, in qua uſq; ad Caroli Magni imperium permanſit.

TRIDENTVM.

TRIDENTVM *ad ripam Atheſis in profundißima valle intra montes ſita,*

hetica primæ vrbs eſt à Gallis condita, aldè pulcra, partim ab Italis partim à ermanis incolitur. Sub imperio tamen Romano eſt, & ad comitatum Tyrolenſem per. inet, ſed regitur ab epiſcopo ſuo. Nomen à ribus torrentibus invenit, qui prope urbem vicinis montium jugis decurrunt. Concilium ibi habendum indixit Cæſar & Papa, uius initium eſt factũ anno Chriſti 1546. Eodem invitati principes Evangelici à papa per nuncios apoſtolicos venire recuſarunt anno Chriſti 1561. Cauſſa verò quare d fecerint, in capite Iſagoges hiſtoricæ de onciliis exponitur. Exſpiravit hoc concilium die 4. Decembris anno Chriſti 1563.

TVBINGA.

TVBINGA *vetus Sueviæ vrbs ad montem Auſtriacum verſus ortum, ad vallem Neccaricam verſus Meridiem, ad vallem Ameranam verſus Septentrionem ſita. In hac circa annum Chriſti 213. Antoninus Caracalla Imperator palatium habuit, & forum, ludos item & ſpectacula*

Ger-

Germanorum cauſa exhibuit. Anno Chriſti 938. Ludovici comitis Tubingenſis mentio fit in ludis equeſtribus Magdeburgi celebratis. Vendita eſt hæc civitas, quam apparet tunc parvum oppidum fuiſſe, Ulrico VVirtembergenſi comiti anno Chriſti 1342. cum caſtro & omnibus ad eam pertinentibus. Amplificatio autem vrbis magna eſt facta circa annum Chriſti 1482. cum ad eã partem, quæ pruel appellatur, acceſſit forum & locus qui verſus Nicrum eſt ad Meridiem, item templum S. Georgij, Amera rivi in Nicrum deductio, & lapidei pontis ſupra Nicrum conſtructio. Aucta eſt etiam atq; ornata hæc vrbs Academia ab Eberardo comite Tubingenſi anno Chriſti 1477. in qua liberalia ſtudia viguerunt, & multi eruditione ſalutari inſtructi ſunt, quorum pars bona in alias ſcholas ac regiones, aulas & Reſpubl. vocata, quaſi quædam lumina luxerunt, & rebus eccleſiaſticis, academicis, & ciuilibus plurimum commodi dignitatiſq; attulerunt. Ex eadem prodierũt etiam ſcripta omnium diſciplinarum atq; artium præclara & vtilia; quibus poſteri-

tas

etiam, quæcunq; futura eſt, erudiri v-
iter poterit. Viget verò eadem, & af-
it liberalibus ſtudiis doctisq; viris in
nc vſq; diem, nec de cura benè merendi
icquam remittit. Rector primus fuit Io-
nes Nauclerus, qui & præpoſitus & can-
llarius eccleſiæ & Academiæ extitit, cu-
opus hiſtoricum inſigne & nunquam
termoriturum de rebus ab initio mundi
q; ad annum Chriſti 1500. geſtis in mani-
s habetur. Sunt præter Academiam mo-
ſteria quatuor ſublimiora in VVirtem-
rgenſi ducatu, Hirſchavienſe, Maulbrun-
nſe, Bebenhuſanum, Herrenalbenſe, atq;
ſuper ſeptem inferiora: in quibus pueri ex
olis oppidanis traducti aluntur & eru-
untur, delectis ad id officij munus duobus
ſingulis cœnobiis præceptoribus. Ex mo-
ſteriis ſuperioribus in Academiam miſſi
adum primum Baccalauriatus aſſumunt,
m in loca vacua alumnorum ducalium
cipiuntur: quæ eadem poſtea ex inferio-
bus ſupplentur. Theſaurus eſt ingẽs VVir-
nbergenſis ducatus, quod ſcholas habet:
æter has monaſteriales ſuperiores & in-

 ferio-

feriores, & Academiam, ſcholas quidem 45. latinas in totidem præfecturarum oppidis bene conſtitutas. Arci in hac urbe præeſt caſtellanus: civitatem verò moderantur præfecti duo major & minor; poſt eos duo conſules, judices & quæſtores, item Decumani curatores, qui Rempubl. adminiſtrant Certis quoq; temporibus judicium aulicum & eccleſiaſticum exercetur. Fons, montes, & valles amœnæ; vineta, horti, prata, agri conſpiciuntur.

VALLIS IOACHIMICA.

VALLIS IOACHIMICA *in Sudetis montibus anno Chriſti 1516. condita in loco inculto & horrido, curâ & opera potiſſimum comitis Stephani Schlickij, Cancellarij Boëmici. Quo ipſo tempore lux Evangelij prodijt, quod Matheſij dictum oſtendit: ECCe fLorent VaLLes CVM eVangeLIo. Prædixerant nonnulli proventum metalli in hac valle, & quidem eventum bonum eorum habuit vaticinatio.*

.A Germanis incolitur & frequentatur, amvis Boëmici regni feudum ſit à do- Saxonica ad Ferdinandum regem in llo Germanico translatum. Cuſi ſunt no Chriſti 1519. in hac vrbe numi vn- les, qui à valle dicti ſunt Taleri & Io- himici à Ioachimo. In horum latere uno figies S. Ioachimi, in altero Stephani icky, poſtea verò regis Ludovici nomen preſſum fuit.

VBERLINGA.

VBerlinga vel Ibvringa, vel Yberlinga civitas imperialis in cu Podamico; ſedes quondam fuit Sue- iæ ducum propter loci opportunitatem, uaſi ſtatio quædam navium quæ illuc ap- llere ſolent, & vel mercibus importandis l exportandis adhiberi. Itaq; domum et- n publicam habet ad eum vſum deſtina- m, vt hoſpitibus quovis tempore pateat. imperij Rom. tutelam præſidiumq; re- pta eſt anno Chriſti 1267.

VIENNA.

VIENNA *Auſtriæ metropolis ad Danu-*
bium dicta à Vena fluvio, ſicut Mo-
guntia à Mogono ſeu Mœno, Chemnitium
à Chemnitio fluvio. Sunt enim plerunque
fluviorum nomina antiquiora & durabi-
liora quàm urbium & oppidorum. Olim
nuncupata eſt Vindibona & Iuliobona, ite
Fabiana & caſtra Flaviana. In planitie
ſita eſt longè amœniſsima inſtar pomarij
vicorum & oppidorum frequentia Neapo-
lin uſq; enitens. Urbs ipſa mœnibus, turri-
bus & foſsis adeò munita, ut propugnacu-
lum adverſus Turcos firmiſsimum jure
omni habeatur. Aedificiis, templis, collegi-
is, civium copia mirè ſplendet undique.
Ager viretis conſitus eſt, & nihil deni-
eſt omnium fermè rerum, quas natura de-
ſiderat, quarum copiam & abundantiam
una Vienna non ſuppeditet. Aiunt eam
amplificatam eſſe ab Henrico I. Auſtriæ du-
ce, à quo etiam arx & monaſterium Sco-
torum dicitur eſſe conditum. Turrim vero
excelſam in ſummo templo ad S. Stepha-

num

m aiunt 60. annorum ſpacio exſtructam
no demum Chriſti 1400. abſolutam eſſe.
Ac ut nihil ex omni parte beatum: ſic
ic etiam civitati bella funeſta Boëmica
Ungarica detrimenti plurimum attule-
nt.

Circa annũ Chriſti 1236. Fridericus II.
nperator receptus eſt in vrbem Viennam
civibus ſummo honore, & cum filio ſuo
nrado Rom. rege tres menſes ibi commo-
tus civitatem imperialem eam creavit.
c imperio adjecta Vienna accepit inſignia
a, quæ adhuc uſurpat, nempe aquilam
ream bicipitem & coronatam in campo
igro. Manſit autem quadriennium tan-
m ſub imperio. Quo exacto in ditionem
Auſtriacorum ducum recidit. Iccirco Ru-
olphus Habſpurgius Imperator anno Chr.
276. hebdomadibus quinq; eam obſedit.
t tametſi Othocarus ſubſidio obſeſſæ vrbi
enit: tamen Cæſar ab Ungariæ rege ad-
tus hoſtes fudit. Tandem bellum ſic com-
oſitum eſt, ut imperator Othocaro Boëmi-
m & Moraviam beneficij loco conferret;
Auſtria verò provinciæq; reliquæ Styria,

Carinthia, Carniola ad imperium redirent. Academiæ fundamentum jactum eſt anno Chriſti 1237. cum Fridericus imperator privilegium Viennæ dedit, quo libertatis & commodi plurimum illi tribuitur. In Academiæ quidem ex Romana & Pariſienſi conſtitutione digna memoria ſunt verba Friderici: Volentes commodo ſtudio provideri, per quod prudentia docetur in populis, & rudis ætas inſtruitur parvorum, poteſtatem damus plenariam Magiſtro qui Viennæ per nos & principes noſtros ad ſcholarum regimen aſſumitur, ut alios doctores in facultatibus ſubſtituat, de conſilio virorum prudentia civitatis eius, qui habeantur ſufficientes & idonei circa ſuorum ſtudia auditorum. Data eſt huic Academiæ præter cæteras conferendi poëſeos inſignia poteſtas. Ridiculum eſt quod de Theologo quodam profeſſore in hac Academia ſcribitur. Dictus is fuit Thomas Haſelbach ſophiſta garrulus, quemadmodum Cuſpinianus illum nominat, qui viginti duos annos in explicatione primi capitis Eſaiæ contrivit, nec tamen abſolvit. Evangelium

matu-

*turè circa annum Chriſti 247. per Eleu-
rium vel Euthariuṁ prædicari in hac
itate cœpit.*

*Anno autem Chriſti 1463. imperator
dericus à civibus Viennenſibus in arce
obſeſſus fuit adeò, ut à Georgio Podie-
acio Boëmiæ rege auxilium petere coa-
us ſit. Venit igitur Podiebracius Viennã,
peratoremq́; mirabili uſus arte liberauit,
i etiam id vſu venit, ut cùm in arce
uſus cum parentibus teneretur, Maxi-
ilianus puer Friderici filius, perdicem a-
quam à matre ſua petierit, ne ſemper hor-
o veſceretur. Cui mater profuſis lacry-
s reſpondit: Utinam, mi fili, panis nos non
ficiat! Tantam inediam principum mo-
tè ferens ſcholaſticus quidam, auſus eſt
ves, capos, perdices & carnes ferinas e-
ere duobus numis aureis, easq́; per foſſam
cis & cuniculum Maximiliano donavit.*

*Anno Chriſti 1484. à Matthia rege
ngariæ circumſeſſa Vienna eſt & fame
xecrabili vexata, ut Bonfinius loquitur.
edere igitur ſeſe neceſſe habuit Calendis
nij, idq́; non ſine perpetua Cæſaris Fride-*

rici ignominia. Sic fortunæ vices varias experta Vienna, in poteſtate tandem Auſtriacorum archiducum permanſit. Memorabile eſt maximè fortitudinis exemplum, quod anno Chriſti 1529. Vienna edidit. Solymannus enim Turcorum imperator exercitum 300000. militum ad eam obſidendã induxit, & quidem 26. Septemb. undiquaque circumſedit. Oppugnationem vicies repetivit adhibitis omnibus tormentis & belli machinis tanto fremitu & ardore, vt ignem & fulmina ſpirare videretur. Quin cuniculis etiam ſuffoſſos muros diſrupit: & tanta tamen fuit Dei benignitas propugnatorumq; Chriſtianorum virtus atque conſtantia, ut nullis minis, nulla vi aut impreſſione ſeſe deterreri aut defatigari paterentur. Itaq; coactus eſt tandem die 15. Octobris immanis ille hoſtis, amiſſa ſui exercitus parte magna, iterum diſcedere. Anno Chriſti 1590. terræ motu ingenti & horribili concuſſa eſt Vienna & alia quædam loca Moraviæ & Bohemiæ die Septembris 15.

VLMA.

VLMA *Imperialis civitas Sueviæ ad Danubium ſita, qua Meridiem ver-us ponte ſtrato in Rhetiam itur, ab ulmis rboribus, quarum copia illic fuit. Vel ab lligine nominata eſt, quod veteri notatur iſticho:*

Nomen quod latio deſumtū eſt fronte quod apta
Vlmetis poſita eſt plena hæc Vligine terra.

oncurſus ibi eſt fluviorum complurium lavi ex VVirtembergenſi ditione, Ileræ x Algea. Incoluerunt hanc vrbem circa nnum Chriſti 600. opulenti duntaxat & obiles. In ſuburbiis verò habitarunt pifices, ne ſtrepitus eorum oppidanis mole-tus eſſet. Ex villa autem regia quemad-nodum Carolus Magnus in quodam diplo-nate appellavit, in oppidum converſa eſt, uod muris circumdatum eſt propter Un-arorum irruptiones crudeliſſimas. Lotha-ius in contentione de imperio cum Conra-lo, receptis ijs vrbibus, quas præſidiis mu-ierat Conradus, Ulmam diruit, non multò oſt tamen eandem reparari juſſit. Huius

autoritatem ſequentes cives, ſtudio magno urbem inſtaurarunt, & triplo majorẽ effecerunt. Inde factum, ut ambitus eius ad 6400. paſſus contineat. Figuram ovi habet longior aliquantò quam latior. Amœnitatem eius auget Danubius, qui propter influxum Blavi & Ilari primùm navigabilis ibi efficitur. Templum habet ſplendidiſsimum, cuius ædificatio anno Ch. 830. incoata eſt, & poſt centum annos demum abſoluta. Reſpub. ab optimatibus gubernatur, ut delectis ſenatoribus 52. ex patriciis & plebe, ordine convenientiſsimo diſtributis & aſsignatis cuiq; pro dignitate officiis. Conventus Suevici fœderis in hac urbe actus eſt anno C. 1498. cuius capitaneus factus eſt Ioannes Langenmantellius eques armatus, & conſul Auguſtanus. Religionem ſecundùm Auguſtanam confeſsionem reformavit anno Chriſti 1531. cum remotis idolis & abrogata miſſa Martinum Bucerum & Ambroſium Plaurerum ad conſtituendam eccleſiam accerſivit. Sed anno 1548. Cæſar victor, ſenatum & religionem mutare conabatur, pulſis eccleſiæ miniſtris,

qui

ui formulam interreligionis recipere recu- rent. In ſchola literæ optimæ docentur.

Anno Chriſti 1552. à Mauricio circum- debatur quidem, ſed cùm præſidio firmo eſaris munita eſſet, infecta re obſidio ſo- ta eſt. Ab Alberto verò Brandeburgico commodis multis affecta 18000. florinis ultabatur.

VRATISLAVIA.

VRATISLAVIA, caput, lumen, ſol, & oculus Sileſiæ à Uratislao Boëmiæ prin- ipe, & rege nomen accepit. Fuit autem ratislaus Biſetislai filius natus ex Iudi- ha germana, qui poſt mortem patris ade- tus eſt Moraviam, & Sileſiam, crea- usq; rex Boëmiæ ab Henrico IV.

Anno Chriſti 1288. Henricus probus qua- am religione permotus novum collegium acerdotibus Uratislaviæ condidit ſub S. rucis nomine, & reditibus ampliſſimis do- avit, quin etiam vrbem ipſam epiſcopo onaſſet, niſi is odia principum pertimeſcẽs onum repudiaſſet. Hinc probi cognomen- tum

tum meritus eſt. Dugloſſus ſcribit à Mieſlao Polonorum principe conditam eſſe Vratislaviam: ſed vero ſimilius eſt, fundamenta vrbis à Mieslao eſſe jacta, ornatum verò ſeu ſtructuram & culturam eo demum tempore acceſsiſſe, quo Boëmi in Sileſia dominati ſunt, nempè circa annum Chriſti 1030. Ab hoc enim tempore in juſtam civitatis formam redacta eſt. Sunt, qui putant, ex ruinis eius vrbis, quæ à Ptolomæo Budorgis appellatur, extructam eſſe propter congruentiam loci, quippe quæ eodem in loco ſita fuit. Longitudo vrbis eſt 34. graduum, 34. minutorum, latitudo 51. graduum, 10. minutorũ. Incendiis ſæpius deformata eſt, ſed identidem nova, & egregia ſtructura reparata, & inſtaurata, donec tantam pulcritudinem adepta eſt, vt pleraſq; vrbes Germaniæ platearum concinnitate ordinata ſuperet. Ad quem quidem ornatum adjumenta magna accepit à Carolo IV. qui ſua beneficentia effecit, ut Romæ & Lubecæ in limitibus imperij ſitis hæc vrbs annumerari poſſet. Seditionibus quoq; concuſſa & labefactata eſt.

Anno Chriſti 1418. electum à VVenceſ-
lo rege ſenatum plebs vrbana repudiavit,
furoreq́ incenſa curiam invaſit, & ſenato-
res pleroſq́ vel manu ſua, vel per carnificē
occidit. Vnum verò de ſublimi præcipita-
tum haſtis confixit. Sed repreſſi ſunt tan-
dem ſeditioſi anno Chriſti 1420. & auto-
res quidem 22. ſecuri percuſſi ſunt, alij ve-
rò in exilium projecti, eorumq́ bona ærario
ſenatus adjudicata.

Infuſi in has regiones Tartari, poſt va-
ſtatam Poloniam, hanc quoq́ vrbem peti-
verunt. Cives verò cum non ſatis munita
eſſet vrbs, fugâ ſalutem quæſiverunt, &
bona in arcem importârunt. Divinitus au-
tem eſt factum, ut cum arcem obſiderent
Tartari, cadentibus de cœlo flammis, &
fulguribus, combuſti ſint, atque repulſi.
Non parum detrimenti attulit rebus Vra-
tislavienſium Huſſitica colluvies, collecta
ex latronibus maximè nefarijs, Boëmis,
Moravis & Polonis, qui immanitatem
exercebant ingentem non quidem Zelo re-
ligionis, ſed cupiditate explendi furoris. Ab
his civitatis ſuburbia direpta, atq́ inflam-
mata

mata ſunt, præclaram verò in hoc tumultu operam navavit Uratislavia, quæ ſe conjunxit cum Suidnicenſibus, conductoq; exercitu graſſantes latrones repreſſit, & oppida multa ab impetu eorum nefario defendit.

Tribus inſignibus ornamentis donata eſt hæc vrbs. Epiſcopatu, qui ob copiam redituum aureus fuit cognominatus. Emporio, ab Uratislao impetrato, quod tamen plus obfuit ei, quàm profuit. Tanta enim fuit acerbitas odij Boëmorum, vt nec Polonis Uratislaviam, nec Germanis in Poloniam commeatum liberum concederent. Itaq; rogatu Sigiſmundi ab imperatore Maximiliano abrogatum eſt. Academia de qua conſenſus quidem regis impetratus eſt, & reditus eccleſiæ S. Crucis in collegio ad eam collati, ſed à ſacerdotibus tamen ventri ſuo metuentibus interveniente pontificis Romani edicto impedita. Suſceptum eſt hoc conſilium eodem penè tempore, quo Academia Francofurtenſis conſtituta eſt. Acceſſit quoq; jus Germanicarum civitatum permiſſum huic vrbi ab Henrico

Impe-

Imperatore III. In hiſtoria huius civitatis multa leguntur memorabilia. Autor fuit inclinationis ordinum ad Boëmiæ regnum. Cum obſideretur à regibus duobus, Caſimiro, & filio Vratislao, toto obſidionis tempore portas apertas habuit.

Anno Chriſti 1526. religionem & ritus eccleſiaſticos emendavit autoribus D. Ambroſio Moibano, & D. Ioanne Heſſo, & cum Ferdinandus rex eò veniſſet, tametſi mutationem talem non libenter admiſit: tamen flexit eum ſenatus precibus, & moderatione ſingulari, vt pacem religioni daret, qua adhuc Dei beneficio eccleſia illa fruitur. Eſt enim rara & eximia huius Reipublicæ modeſtia, ob quam etiam honeſtatis, & pietatis Magiſtra jure appellatur. Mercimonia habet frequentiſſima, quibus non parum facultates civium augentur, & ſtatu regitur ariſtocratico, qui pulcerrimus eſt. Iccirco à Ferdinando Cæſare his verbis ad fratrem Carolum V. commendata eſt: Vratislavia vrbs pulcra, ibiq; forma gubernationis optima eſt.

VVAN-

WANGENA, 𝔚angen/ *Sueviæ oppidulum Imperio Germanico ſubjectum, quod Argo amne alluitur, vini rubri generoſi ferax.*

WEIBLINGA *VVirtembergæ oppidum cum arce vetuſta. In hac domus antiquorum principum Sueviæ fuiſſe perhibetur.*

VV E I D A.

WEIDA *oppidum Voigtlandiæ ad Elyſtrum à flumine VVeida interlabente abſq; dubio dictum. Olim comitatus Gliſberg ibi fuit. Templa habet duo, vnum D. Mariæ, alterum S. Petri, item cœnobia duo, vnum nudipedum à generoſis dominis à VVeida, alterum virginum prædicatorum ordinis ab ijſdem fundatum. De antiquitate non conſtat, niſi quod anno Chriſti 1149. nobilis, & liber baro ſeu dominus Henricus à VVeida illic ſedem & domicilium habuit, totiusq; regionis advocatus extitit, à quo etiam cœnobium præmonſtratenſis*

enſis ordinis Miltenſort fundatum eſt.
xor prima fuit Bertha comitiſſa Tyrolen-
s, altera verò Sophia SuartZburgica. Ex
riore filios ſuſcepit quatuor, qui Henrici o-
nes ſunt dicti. Horum vnus VVeidæ, ſe-
undus Greitzæ, qui Ruſſus fuit cognomi-
atus, tertius Plauæ, quartus Ieræ ſedem
abuit. Primus quidem videtur autor eſſe
œnobij prædicatorij ordinis, cui nupta fuit
Luthariа comitiſſa Orlamundenſis. Huius
lius cœnobium Nudipedum fundavit, cu-
s conjunx fuit Catharina Schönburgij fi-
a. Filium reliquit Henricum VVeidæ do-
inum, qui Catharinā comitiſſam SuartZ-
urgicam in matrimonio habuit. Eius filius
ſtremus in hac familia dicitur fuiſſe, qui
Veidam arcem, & oppidum incoluit. De-
inc à Carolo IV. imperatore & Friderico
archione Miſniæ occupata eſt ditio. An-
o enim 1357. Carolus imperator cum Mar-
hione Miſniæ ſtrenuo Voigtlandiam inva-
t, & Ruteno Plauenſi complures arces,
urbes, quas à Boëmiæ regno hypothecæ
co tenuerat, admonitusq́ reddere recu-
rat, occupavit. Conceſſerunt hoc modo in

Cæſaris jus, & ditionem caſtrum Zigen-
rick, Triptis, Steni, Ronnenberg, VVeida,
quorum pars aliqua Marchioni tributa eſt.
Pirnenſis Monachus ait cauſſam huius ex-
peditionis Cæſaris in Voigtlandiam fuiſſe
hanc, quod ex arcibus Ruteni multum de-
trimenti importatum ſit Marchionis ſubdi-
tis, de quo apud Cæſarem ille queſtus ſit, &
defenſionem nullam impetrarit. Ruſſus
cum vlciſci acceptam cladem alio modo
non poſſet, omnes advocatos, ſeu præfectos
arcium in vnum horreum congregavit, eoq;
ſuccenſo, illos combuſsit. Reformatio Ec-
cleſiæ & religionis facta eſt in hac vrbe
anno 1525. miſsis eò à magiſtratu concio-
natoribus Evangelicis.

VVERDA.

WERDA vel DONAVVERDA op-
pidum Sueviæ attributum in Rhetia
prima, ubi Bernicus & Danubius conflu-
unt, Germanicè Donawerd/ à Danubio ſ
& VVernico ſeu Bernico fluuio, qui vrbe
interluit, quaſi dicas, Danubij vadum

*x caſis piſcatoriis in vicum, ex vico in op-
idi formam redacta, quondam ad Dillin-
e vel Kyburgi comites pertinuit. His ex-
inctis ad Sueviæ ducatum devenit, impe-
ante Henrico VI. qui ex Sueviæ ducibus
atus eſt. Loco percommodo & amœno ſita
ſt, ubi omniũ rerum ad vſum victúmq́ ne-
eſſariarum copia eſt. Hinc caſei cruce nota-
i longè latéq́ exportantur. Templa habet
ria papiſtica, & totidẽ Evangelica, ad nor-
nam ſc. Auguſtanæ confeſſionis reformata:
nterim cives plerig omnes ac ſenatores
tiam non aliam quàm Evangelicam reli-
ionem profitentur, ſchola quoq cum litera-
um doctrinâ veram religionem ſectatur.
enatum gubernant duodecim præfecti &
nſules tres, quorum quiſq menſes qua-
or tantum Reipub. præeſt, poſt eum ſe-
ndus & tertius totidem menſibus conſu-
tum gerunt, donec confecto anni ſpacio
primum gubernatio redit. Ex ſenatori-
s etiam eligitur prætor* Stadt Amman.
*ves præterea honeſtiores ſeptuaginta nu-
ero deliguntur, qui, cum res incidit gra-
or, ad conſultationes adhibentur. In*

bello Germanico anno Chriſti 1546. à Saxone & Landgravio ſolicitati Donavvertdenſes de deditione, parere quidem noluerunt, ſed cum vim adhiberi perſpexerunt, imperata fecerunt. Poſteà verò Cæſar Octavium Farneſium cum copiis & tormentis eò miſit, qui clandeſtino introitu urbe potiri conatus eſt. Cui cum reſiſtere oppidani non ſatis poſſent, Cæſari ſeſe dediderunt.

VV I L A.

WILA, Will / *imperij oppidum in VVirtembergenſi ducatu ad VVurmum rivum tribus milliaribus à Tubinga ſitum, mœnibus foßisq; cinctum. In prælio campeſtri VVirtembergenſium Dominorum cum imperialibus civitatibus anno Chriſti 1388. commiſſo ad villam Tæffingen cives VVilenſes 66. occubuerunt, quorum nomina annis ſingulis dominica ea, quæ Bartholomæi diem feſtum antecedit, publicè de ſuggeſto à pontificio paſtore ex ſcheda leguntur. Effodiuntur quoq; tela & cuſpides in illo prælij loco, inventaq; eſt armatura in arbo-*

arbore quadam deſecta cum oßibus, ex qua judicatum eſt virum armatùm fortè profugum ex pugna arborem cònſcendiſſe, & in eius cavitate periſſe.

VVIMARIA.

WIMARIA Duringiæ vrbs principum Saxoniæ, Landgraviorum Duringiæ, ſedes amœna, & benè munita in ſolo pingui, & fœcundo ſita. Quoad ἔτυμον, ſeu vocabulum, vetuſta eſt non minus, quàm Iena. Eſt enim latinè, ſi interpreteris, vini forum, ſive emporium, ut apparet, ſic nominata, quod ex vrbe finitima Iena, vini copia in hanc vrbem advecta eſt, & vendita. Comitatus olim fuit, & à comitibus in ditionem, & jus Saxoniæ ducum conceßit. Quod factum eſſe apparet circa annum Chriſti 1342. quo Hermannus comes VVimarienſis vltimus à Friderico ſtrenuo Duringiæ Landgravio victus, & omnibus fortunis exutus eſt. Inſigne autem ducatus VVimarienſis eſt Leo niger erectus in campo luteo cum corona rubra in capite, & foliis

kis roſæ rubræ in clypeo circa leonem diſperſis. Cauſſa porrò translationis huius comitatus ad Duringiæ Landgravios non magni momenti fuit, & huiuſmodi tamen, ut monere nos omnes poſsit, ut contumelias magno ſtudio vitemus, quibus irritari etiam lenes, nedum acres & ſtrenui ſolent. Chorum commeſſationis Erffurdiæ agitavit Hermannus comes in curia VVimarienſi, quæ illic erat. Accidit autem fortè fortuna, ut eodem tempore Landgravius Duringiæ Fridericus Erffurdiam tranſiret. Hunc vbi per feneſtram proſpiciens Hermannus vidit, ſine ornatu & comitatu magno incedentem, ignominiosè clamavit: Vade, inquiens, Fritzſch, quorſum Fritz? His verbis exarſit Landgravius ita, ut juraret, ſibi mortem acerbam eſſe futuram, niſi comitem illum eò adduxiſſet, ut ipſum appellare dominum cogeretur. Mox Erffurdienſes ſibi junxit ſocios, comes verò VVimarienſis SuartZburgicum comitem adjutorem aſcivit. Factus eſt ilicò impetus in comitatum VVimarienſem, & occupati ſunt à Landgravio, & Erffurdi-

enſi-

ſibus aliquot pagi. Incenſum quoq; eſt ppidum VVibe & alia direpta, vaſtataq; nt multa. Convénit autem inter Landravium, & Erffurdienſes, ut is Dornberum, ipſi verò Tundorffium obtinerent. Opugnabant etiam Arnſtadium, & vicinis agis multum detrimenti afferebant, & ſi Arnſtadium caperetur, evertere illud petus in animo habebant Erffurdienſes. Sed eſtitit eorum conatibus Landgravius. taq; deſertus eſt ab illis, & tandem Arnadij obſidionem ſolvit, in Miſniamq; iter eceſſarium ſuſcepit. Cum vix vnius milaris intervallo abeſſet, VVimarienſis & vvartzburgius Erffurdiam invadunt. Ex itinere igitur Erffurdienſes Landgraium revocant, & interim urbe egreſſi um comitibus dimicant, donec Landgraius ſubſidio veniret. Tùm demũ prælium cre fit, & comes uterq; VVimarienſis, & uartzburgius capiuntur, & in vrbem ducuntur. Reliquos, qui ſe in fugam conjecerant, Arnſtadium uſq; Landgravius inſequebatur, multosq; necabat. Günthero uidem Suartzburgio comes de Firnebergo

 auxi-

auxilium ferebat, adductis hominibus armatis ducentis, cum quibus congreſſi Landgravius & Erffurdienſes plurimos interficiunt, & in his etiam aliquot equites auratos. Victor in hunc modum Landgravius cum Erffurdienſibus in urbem profectus eſt, hebdomadas quatuor illic manſit, donec controverſia omnis componeretur, nempe in hunc modum. Comites de VVimaria tradiderunt Landgravio omnem ditionem, arces, & urbes ea conditione, ut poſt mortem ipſorum illas occuparet, excepta Orlamunda, quã ſibi ſtatim venditabat Landgravius. Erffurdienſes verò impenſarum nomine, quas fecerant, Simmeram oppidum conſequuntur. Sic comites dimiſſi ſunt. Anno Chriſti 1299. VVimaria tota exuſta eſt.

WIMPINA *ad Nicrum imperij oppidum à mulierum pœna, quam ab Hunnis perpeſſæ ſunt nomen invenit. Hi enim non oppidum tantùm diripuerunt & vaſtarunt, ſed fœminas etiam horrendum*

in mo-

modum excruciarunt præciſis mammis, iros verò omnes immaniſſimè mactarunt.

WINIDA oppidum VVirtembergiæ uno milliari diſtans à VVeiblinga, dictum vineis: germana patria M. Caſparis Lyſeri Superintendentis ibi, & filij ipſius D. Polycarpi Lyſeri, Theologi, & eccleſiaſtæ aulici electoris & ducum Saxoniæ: item D. Aegidij Hunnij, & D. Ioannis Georgij Sigvvardi Tubingenſis eccleſiæ Superintendentis. Dignitatem ei conciliat domus Teutonica, cuius Magiſter ſeu commendator quidam ibi ſedem habet.

WINSBERGA oppidum Sueviæ multis annis à Baronibus VVinsbergenſibus gubernatum eſt. Ab his ad Palatinos, à Palatinis ad VVirtembergicam domum devenit anno ſcilicet Chriſti 1504. Arx quæ ibi fuit, in ruſticorum ſeditione anno Chriſti 1525. exuſta eſt.

WIRTEMBERGA arx ſeu caſtellum vetuſtum eſt: Nomen habet à ca-

ſtris Tiberij Cæſaris, quæ illic habuiſſe dici-
tur: quod ex literis antiquo more ſcriptis
apparet: vel à Virtungis populis ſic dicta,
qui ibi conſederunt. Sita eſt alto loco ad
montes & colles peramœnos. Anno Chriſti
1310. Henrico VII. imperatore cum aliis
oppidis & caſtris in ditione comitis Eber-
hardi vaſtata eſt & deſtructa. Hæc arx
nomen familiæ procerum, & poſtea comi-
tum, tandem ducum VVirtembergæ dedit.

VVITEBERGA.

WITEBERGA metropolis electoratus Saxonici, die Churſtadt / in orientali littore Albis ſita, latitudinem poli habet 50. graduum, 54. minutorum. Longitudinem verò 30. graduum, 39. minutorum. Nomen eius Germanicum eſt, à monte ſcilicet candido, idiomate Saxonico. Et ſi enim in monte collocata non eſt: uſitatum tamen eſt in Germanica lingua etiam planis locis eiuſmodi nomina indere, ut vineis ſive in monte, ſive in plano ſitis. Petrus Ravennas in additionibus ad compendium
jur

uris vocat Albiburgum. Reliqua etiam ſunt Heneta vocabula pagorum in agro VVitembergico, quæ indicant Henetos illic habitaſſe, qui Heraclij imperatoris temporibus in Germaniam infuſi dicuntur. His autem compreſſis & domitis, ex Germanica gente Fryſii & VVeſtphali in Megalburgicum ducatum, & Pomeraniæ partem, tùm Marchiam vtramq; collocati ſunt; Hollandi verò & Flandri ſeu Flemmingij ad Havelum & Albim. Ab his Colonis tractus ad VVitebergam nomen Flandrorum vel Pleimoſiorum conſecutus eſt. Inde reliqua ſunt nomina oppidorum Cameraci, Prugæ, Nimecij, & alia. Quod autem nonnulli pro ſtudio oppidorum quorundā circa hanc urbem nomina Hebraica eſſe opinati ſunt, non aſſeverationis cauſſa, ſed κατὰ συγκρίσεως λόγον, collationis gratia, factum eſt, ut lumen Evangelij ex VVitebergenſi eccleſia prolatum conferatur cum luce cæleſtis doctrinæ, quæ ab Hieroſolymis in univerſum terrarum orbem eſt diffuſa. Equidem nemo hactenus docuit vrbem ullam à Iudæis in his ad Albim locis conditam eſſe. Nec

Nec Iudæi aliam Hieroſolymam deſiderant, quàm ſuã illam deſtructam, et ſolo æquatã, cuius inſtaurationem uſq; ad extremum diem expectant. Affinitas quædam eſt nominum Henetorum & Hebraicorum, cuiuſmodi in VVitebergenſi agro reperiuntur: Quæ profectò apud nos tantum valere non debent, ut Hebraica potius quàm barbara eſſe credamus.

Arcem VVitebergiam veterem inſtauraſſe ſcribitur Bernhardus II. Alberti Urſi filius ex gente nobili principum Anhaltinorum & Aſcanienſium: cui Conradus III. imperator ditionem VVitebergicam confirmavit, & eandem etiam ad electorem Saxoniæ contulit. Acceſſit etiam poſtea eiuſdem collationis confirmatio per Fridericum II. imperatorem. Ex quo factum, ut tempore benè longo electoratus Saxoniæ penes VVitebergam manſerit: vbi etiam Saxoniæ duces multi humati ſunt, nempe Helena conjunx Alberti I. quæ anno Chriſti 1273. mortua eſt, & cœnobium illud, in quo ſepulta eſt, fundavit. Ioannes dux Saxoniæ mortuus anno 1285. Albertus 2.

ctor Saxoniæ mortuus anno Chriſti 1292. Agnes Alberti II. electoris conjux mortua anno 1327. Iutha Rudolphi I. electoris Saxoniæ conjunx mortua anno 1327. Albertus Saxoniæ dux Rudolphi filius mortuus anno 1329. Cunegundis Rudolphi I. conjunx altera mortua anno 1333. Agnes Rudolphi I. conjunx tertia mortua anno 1343. Otho Saxoniæ dux mortuus anno 1350. Eliſabetha Rudolphi junioris filia anno 1353. Rudolphus I. elector Saxoniæ, anno 1356. Rudolphus II. elector Saxoniæ anno 1370. Hic inceptum à patre Rudolpho I. anno Chriſti 1353. templum ſummum anno 1361. abſolvit, eoq́ partem ſpineæ coronæ Chriſti ex Gallia allatam intulit. Anna Rudolphi ducis conjunx anno Chriſti 1395. VVenceslaus Saxoniæ elector anno 1388. Rudolphus II. anno 1419. Albertus III. elector Saxoniæ. Cecilia VVenceslai electoris conjunx anno 1429. Barbara Rudolphi III. conjunx anno 1435. Hoc templum in quo tot principum cadavera recondita ſunt à Ioanne Friderico electore nonnihil mutatum eſt, & oſſa defunctorũ

in

*in arcis ſive ſummum templum tranſlata.
Tametſi autem memorabilia multa in hoc
illuſtri loco tot ſepulturis ducum Saxoniæ
nobilitato acciderunt: tamen ea vel literis
mandata non ſunt, vel temporum injuria,
vel certè hominum incuria interciderunt.
Illud quidem conſtat uſq; ad Fridericum
III. electorem ita jacuiſſe hanc civitatem,
ut cum eo demum vixiſſe & floruiſſe vide-
atur. Ab hoc enim pons in Albi extructus
eſt, & arx de integro ædificata. Ab eodem
etiam arcis ſeu ſummum templum omniũ
ſanctorum, vel S. Urſulæ, & undecies mil-
le virginum fundatum eſt: tum incoata
etiam ædificatio & fundatio cœnobij ere-
mitarum ad S. Auguſtini regulam propè
Elyſtri portam, quod poſtea Lutherus in-
coluit, & ad Academiam tranſlatum eſt.
Quoniam verò templum ſine reliquiis ſa-
cris inane ac profanum habebatur eo tem-
pore: miſit elector D. Staupitium in Bel-
gium, ut ſanctorum oſſa, & alia ſacra com-
mentitia conquireret. Ipſe verò iter Hiero-
ſolymam verſus ſuſcepturus ſtipendia eg
nis ſtudioſis eroganda inſtituit, ſi fortè*

itine

itinere difficili aliquid humanitus paterе-tur. Tempus autem conditi ad arcem templi ex inſcriptione, quæ ſupra portam legitur, cognoſci poteſt:

D. Friderici Ducis Saxoniæ, ſacri Romani Imperii, & eiuſdem Cæſareæ majeſtatis Archimarſchalli, Electoris & locumtenentis generalis, Landgravii Duringiæ & Marchionis Miſniæ M.D.XVIII. ſtruximus hæc divis & noſtræ cuncta ſaluti, & pro Saxoniæ poſteritate domus.

Academiæ initium dedit annus Chriſti 1499. quod tamen de conſultatione prima, non de actu intelligendum. Ab eo enim anno deliberationes crebræ de futuro opere habitæ ſunt. Et quidem ſuaſores primi fuerunt Archiepiſcopus Moguntinus Erneſtus, D. Martinus Mellerſtadius trium diſciplinarum ſuperiorum D. & lux mundi habitus. Præceſſit tamen autoritas imperatoris Maximiliani I. qui anno C. 1495.

in

in conventu VVormatienſi ſingulis princi-
pibus electoribus poteſtatem fecit inſtitu-
endi in ſua cuiq; ditione Academiam. Et
probârat magnopere de Academia Saxoni-
ca conſiliũ Cardinalis Raimundus. Quem-
admodum autem quod pium & ſalutare
eſt à Satana & improbis hominibus ſemper
impeditur & vituperatur: ſic huic etiam
conſultationi de aperienda Academia nova
variæ difficultates objectæ ſunt, & de die
in diem res eſt dilata: Quanquam interim
Staupitius & D. VVimpina ſtrenuè labo-
rarunt, nec Mellerſtadius in ſe deſiderari
quicquam paſſus eſt. Erat is familiarior
Friderico electori, quia ſecutus illum erat
in palæſtinam, & corporis ſanitatisq; illius
curam habebat. Cum hoc & aliis conſilia-
rijs in colloquiũ deſcendens in hac delibera-
tione Fridericus de loco Academiæ deli-
gendo diſputavit. Et cum nonnulli VVite-
bergam non ſatis aptam ad univerſitatem
eſſe dicerent, utpote quæ tunc neq; ad ſpeci-
ornata neq; ad uſum tantum ſatis ampl
videretur, magna gravitate ſe interpoſu
Mellerſtadius, & ſatis inſtructam illa
urbe

vrbem ſibi videri oſtendit. Ridebat quidem elector, & dubium id ſibi videri non obſcurè demonſtrabat. Reſpondit igitur Mellerſtadius: an non ſedes electoralis aulæ ſat decoris & ornamenti ei conciliatura eſt? Et cum ab hac ipſâ vrbe familia Saxonica ſummam dignitatem acceptam habeat, an non æquum eſt, ut à tua celſitate etiam decoretur? Hoc enim animi quadam divinatione haud falſâ permotus auguror fore, ut ſi hoc in loco academiam fundaverit celſitas tua, ſuperet ea & obſcuret luminis ſui ſplendore & utilitatis magnitudine omnes ſcholas Germaniæ. Ad quod reſpondit elector: Sit ergò ibi Academia, det modò Deus, ut id re eventuq; comprobetur, quod prædicis. Poſtquam de loco convenit, de capite Academiæ deliberatio ſuſcepta eſt, & conſentientibus ſuffragijs deſignatus Rector D. Martinus Polich Mellerſtadius: Monachi verò Auguſtiniani cœnobij ſtudioſos primos in ea ſeſe profeſſi ſunt. Acceſſerunt profeſſores nonnulli, ne quid ad jacienda Academiæ fundamenta deeſſet. Præfinita igitur eſt dies introductionis 18.

 Octo-

Octobris, qui S. Lucæ ſacer eſt, anni 1502 quo ritu ſolenni & pompâ celebri Rector novus cum profeſſoribus & ſtudioſis ſuis in templum ivit, & piâ precatione totius cœtus univerſitas conſecrata eſt. Cujus quidem diei memoriam, ne qua fortè deleret oblivio, ſancitum eſt, ut eo ipſo in tempus poſterum Rector & Decanus hyberni ſemeſtris eligerentur. Confirmationem Academiæ iam ante Româ attulerat Ioannes Staupitius. Hic unâ cum Mellerſtadio in mandatis ab electore habebat, ut viros cogeret eruditione præſtantes. Erat autem Staupitius Vicarius ſive Superintendens 40. cœnobiorum reformatorum in Miſnia & Duringia. Quo ſanè facilius ei erat etiam Effordiæ Martinum Lutherum ordinis ſui Auguſtiniani conſortem ad hanc novam Academiam allectare. In introductione autem Academiæ concionem habuit D. Fleck monaſterij Steinlauſii ad Muldam prior, qui quaſi vaticinans montem illum album, hoc eſt, VVitebergam dixit lumen fore, cujus radiis tota Germania illuſtraretur, vel fontem, cujus rivi per omnes

partes

rtes Chriſtiani orbis manaturi eſſent.
a autem ſeſe dederunt initia academiæ,
ſtatim appareret, quanta meſsis eſſet fu-
ra. Inventi enim ſunt ſex menſium ſpa-
ſtudioſi quadringenti qui profeſsi ſunt.
ofeſſores primi fuerunt, D. Sebotus poë-
, M. Vach, M. Georgius Ebener, Tuli-
ius, quos ſecuti ſunt identidem alij, M.
lckmar Mathematicus, Ioannes Marcel-
s, M. Cruciger, M. Vitus VVinſemius,
annes Velcurio, Eraſmus Reinholdus
athematicus, M. Burchardus Vinarien-
, M. Ammerbachius, M. Iacobus Myli-
ius, & complures alij. Iuris doctrinam
plicarunt Petrus Ravennas Italus. D.
enningus Göden, D. Hieronymus Schurſ,
. Sebaldus Münſterus: ex quorum diſci-
ina prodierunt præclari illi Iurisconſulti,
. Georgius Bruck, Melchior Kling, Bene-
ctus Pauli. Theologi ante Lutherum
idem fuerunt nonnulli, ſed non uſq; adeò
lebres. Cum Luthero autem docuerunt
heologiam D. Iuſtus Ionas, D. Caſpar
uciger, D. Ioannes Förſterus, Matthæus
urogallus, Lucas Edenbergius. Medici-

nam profeſſi ſunt Mellerſtadius, Simon Stein, Auguſtinus Schurf, Georgius Cun., Melchior Fendius, Iacobus Mylichius. Sigillum Academiæ datum eſt hujuſmodi: Effigies Friderici Electoris & fundatoris cum trabea, enſe, & inſcriptione hac; Me auſpice cœpit VViteberga docere. Cancellarius quoq; , aliarum academiarum more ei tributus eſt Groſuinus de Orſoÿ, præceptor domus Antonii Lichtenbergenſis ad Albim, prope Brettinam à pontifice Rom. Iulio I I. Verùm ea dignitas poſtea à principibus Sax. ad academiam tranſlata eſt. Prodiit anno 1517. Octobris die ultimo lætum initium lucis & reformationis eccleſiæ ac religionis Chriſtianæ duce Chriſto, miniſtro verò Martino Luthero, qui propoſitiones ſuas impoſturis Tezelii impudentiſſimi Sophiſtæ & impoſtoris de indulgentÿs papalibus oppoſuit. Has cum D. Flecus in cœnobio ſuo vidiſſet, gaudio exultans exclamavit: Hic faciet, venit tandem quem diu expectavimus: penè ÿſdem verbis uſus, quibus paulò pòſt Löfflerus Bavariæ ducis morio Lutherũ in comitiis VVormaci-

acienſibus excepit, cum obviam ei proce-
ns cum cruce ita cecinit: Adveniſti de-
lerabilis, quem expectabamus in tene-
is. Quin literis etiam ad Lutherum da-
: idem Fleccus hortatus eſt eum, ut in
ſcepto conſilio propoſitoq́ pergeret, eſſe
nc veram viam, inquiens, quam ingreſ-
s ſit, Deum & multorum piorum homi-
um preces cum illo eſſe futuras.

Anno Chriſti 1518. VVitebergam ac-
rſitus ex Tubingenſi Academia ad docen-
um venit Philippus Melanchthon, qui ad-
irabili ſolertia, & divina induſtria, non
lùm in propaganda & tuenda cœleſti do-
rina Lutherum adjuvit, ſed etiam lite-
rum & eloquentiæ ſtudia accendit, arti-
m methodos concinnas tradidit, & græ-
arum literarum doctrinam in lucem pro-
ulit: unde in ſcholas penè omnes longè la-
eq́ diffuſa illa & propagata eſt. Per hæc
rgana ſua Deus eccleſiam ab idolomania
ontificia ad verum uſum verbi divini à
Prophetis, Chriſto & Apoſtolis monſtratum
evocavit, tum literarum quoq́ & artium
doctrinam illuſtravit. Mirùm eſt autem

& quidem indignum viſum cuidam epiſcopo in comitiis Auguſtanis, quod Evangelij lux ex angulo tam anguſto & obſcuro prodijſſet. Non minùs mirum eſt à duobus viris, monacho & artium Magiſtro, hoc tantum & tam divinum bonum perpurgati divini verbi & expolitæ literarum doctrinæ in apertum eſſe relatum. Anno Chriſti 1546. Novembris die 6. ſignificatum eſt ſtudioſis programmate publico, periculum magnum obſidionis impendere. Itaq; proficiſcendi, quo vellet, cuiq; poteſtas data. Abſceſſerunt igitur tam docentes quàm diſcentes, & paſsim in Saxoniæ & Marchiæ regionibus vagati ſunt, ubi ab aliquibus benignè ſatis, à nonnullis verò gravate recepti & habiti ſunt. Decimo quinto Maij ſecuta eſt obſidio urbis, quæ tunc præſidio ter mille virorum munita erat, vel cohortibus militaribus octo. Cæſar cum Ferdinando fratre in pago academiæ Biſtritio caſtra poſuit, ubi etiam dies 34. manſit, nempè ad 7. Iunij. In obſidione inprimis urbem ſibi dedi poſtulavit. Sexto Maij Ioachimus Brandeburgicus Elector in caſtra

*ra venit, gratulatum Cæſari de victoria
- deprecatum pro Ioanne Friderico capti-
o. Decimo-octavo Maij Ioannes Frideri-
s conditiones à Cæſare latas accepit. Po-
ridie verò Ioannes Fridericus & Ioannes
Vilhelmus filij Electoris accepto commea-
u ſalvo in caſtra exiverunt ad Cæſarem,
bi audiverunt conditiones dedendæ urbis,
iſi vellent vitam eripi ſuo parenti jam
um capitis per Cæſaris ſententiam dam-
ato. Viceſimo primo VViteberga petijt ab
lectore ſuo abſolutionem à fide quam ei
ebebat. Viceſimo tertio dedita eſt urbs
nobilibus, quibus conjugem & filios ſuos
Elector commendârat, ne ſi oppugnaretur à
æſare, gravius aliquid accideret. Mox
ohortes Cæſaris tres in eam receptæ ſunt.
Viceſimoquinto Carolus ipſe ingreſſus eo-
lem die in caſtra redijt. Quid verò tam
ſt mirum quàm victorem Cæſarem victæ
rbi, quæ omnium hæreſium ſentina eſſe
utabatur, adeò peperciſſe, ut ne lapidem
uidem loco moverit. Viceſimo-octavo Ele-
tor captivus in arcem ad conjugem & li-
beros ductus eſt. Tertio autem Iunij in*

 caſtra

caſtra reductus. Hiſpani quidem in arci templo in Lutheri ſepulcrum inſultarunt, ſed effodere tamen illud auſi non ſunt. Imò, cum Cæſar ſepulchro Lutheri inſiſteret, & Hiſpani corporis effoßionem atq; concremationem impensè urgerent, Carolus V. fide dignis teſtibus id referentibus, dixit: Sinite ipſum quieſcere uſq; ad diem reſurrectionis & judicij omnium. His peractis cum jam omnia in victoris jus conceßiſſent, is electoris dignitatem unà cum civitate VVitenberga, & aliis ad electoratum pertinentibus Mauricio tradidit: filiis verò captivi principis pacem, conditionibus ſive articulis certis comprehenſam, conceßit. Mauricio autem in conflictu cum Alberto Brandeburgico hoſtiliter trajecto, ſucceßit in Electoratu Auguſtus Saxo, qui cum Ioanne Friderico vinculis liberato placidè tranſegit, & hæreditaria pacta cum ipſo & Haßiæ Landgravio renovavit. Cum iiſdem etiam de Auguſtanæ confeßionis doctrina tuenda ſanctè pactus eſt. Etſi autem Carolus toto obſidionis tempore urbi ita pepercit, ut nec ictu nec globo hoſtili

ili læderetur: tamen metu oppugnationis ehementioris nonnulla oportuit demoliri, uæ poſtea reparata ſunt. Muſæ etiam ipſæ, r cultores earum hoc bellico tumultu diſ- pati ſublato tandem metu, revocati ſunt, Mauricius enim Melanchthonem, Pomera- um, Crucigerum Lipſiam accerſivit, blan- è compellavit, & ſcholæ curam, additis tiam muneribus, commendavit. Denuo gitur ſuſceptæ ſunt operæ docendi & diſ- endi, & 24. Octobris lectiones incoatæ. Quod verò Cæſar in tantâ victoria hanc urbem lædere veritus eſt, id abſq; dubio fe- cit motus quadam reverentia erga domi- cilium muſarum & religionis ſacratiſſi- mum. Quemadmodum Alexander Ma- gnus Iaddi ſacerdotis ſummi, & Collegij ſancti reverentia adductus Hieroſolymis olim pepercit. Extincto bello externo, novum exarſit internum, cùm Cæſar Au- guſtanam Sphyngem, hoc eſt, formulam re- ligionis, quæ uſq; ad concilium Tridenti- num ab utraq; parte obſervaretur, principi- bus atq; ordinibus imperij obtruſit. Hinc enim rixæ & digladiationes acres in Ec-

cleſiâ reformatâ oriebantur. Paulò poſt etiam controverſia de Cœna Domini importata eſt, quæ diſtractiones pernicioſas peperit. Non eſt autem dubium, quin VVitembergenſis Academia decus ſuum à Luthero & Philippo acceptum retenturà ſit, quoad doctrinam ab illis traditam & verbo Dei conſentaneam piè inviolatèq; cuſtodiet.

VVORMATIA.

WORMATIA, Worms/*ex Berbetomago vel Berbeto mago, quod ſic Ptolomæus l.2.c.9. vocat nata videtur, quaſi dicatur Bormagia vel VVormagia. Magus autem Gallis eſt domus vel burgum, ut Noviomagus, Duromagus, Druſomagus. Vangionum urbs pervetus eſt, cis Rhenum in littore Gallico ſita. Ex quo etiam Vangionum ſpecula vocitata eſt, eò quod hoſtium adventus ſive incurſio ibi obſervata eſt. Opinio eſt à Treviris eam eſſe ortam, quibus etiam tributum quotannis contulerit. A Treviris ad Romanos translata ad Attila*

*ilæ uſq; tempora in eorum poteſtate re-
nanſit. Ab Attila verò everſa tandem à
Clodoveo Francorum rege reparata eſt.
Epiſcopatum habet antiquitate celebrem.
Nominatur quidem victor VVormatienſis
præſul, qui cum aliis epiſcopis anno Chriſti
348. in Colonienſi Synodo Euphratem Ar-
chiepiſcopum Colonienſem propter Arianũ
dogma ab adminiſtratione amovit. Sed
anno Chriſti 729. converſus eſt hic archie-
piſcopatus in epiſcopatum propter perfidiam
Gervilionis archipræſulis, qui contra fidem
datam vocatum in caſtra ad colloquium
familiare quendam ex hoſtium Saxonum
caſtris ſcelerate occidit. Ob hoc igitur faci-
nus à Pipino Francorum rege ſic punitus eſt,
ut archiepiſcopatus Moguntiam translatus,
VVormatienſis verò epiſcopatus Moguntí-
enſi ſubjectus ſit. Autoritas huius civita-
tis magna fuit apud Romanos & Francos:
quippe quæ quaſi aſylum quoddam ſeu pro-
fugij locus & præſidium habita eſt, comi-
tijsq; ſive conventibus imperialibus mul-
tis celebrata. Palatium quondam habuit
Dagoberti Francorum regis, & prætorium*

Van-

Vangionum ducis Conradi. Sed id converſum eſt in latronum receptaculum atque caſtellum imperante Othone Othonis Magni ſucceſſore. Itaq; ab Henrico II. imperatore colluvies iſta hominum Bruxellā amandata eſt, quo etiam omne jus ſuum, quod VVermatiæ illa habuit, tranſportavit. Hoc modo in libertatem vindicata civitas, imperio Romano in hunc uſq; diem paret. Exſtat privilegium Imperatoris Friderici Barbaroſſæ, quod anno Chriſti 1180. VVermatienſibus civibus dedit honorificum & amplum.

Anno Chriſti 1521. Carolus V. comitia in hac urbe habuit, ad quæ etiam Lutherus eſt accerſitus, & à Caduceatore Caſpare Sturmio deductus, ut rationem redderet librorum à ſe editorum. Quod Lutherus conſtantiâ & gravitate magnâ fecit. Etſi autem fidem a ſe datam Imperator inviolatam eſſe voluit: tamen inſidiæ hoſtiles haud obſcuræ erant. Itaq; Fridericus Saxoniæ elector in reditu interceptum illum in arcem VVartpurgum prope Iſenacum abducendum curavit, ubi tanquam in eremo ſex

path-

ꝺathmo ad tempus latuit. Cæſar verò cum quibuſdam principibus & ordinibus edictum promulgavit, quo Lutherum & omnes illi faventes proſcripſit. Anno Chriſti 1540. colloquium à Carolo V. VVormatiæ inſtitutum eſt inter Theologos utriuſq; religionis, pontificiæ & evangelicæ dirimendi cauſâ controverſias non ita pridem ſuſcitatas. Diſputatum igitur eſt de abuſibus in eccleſiam invectis, ſed utilitatis fructus non magnus extitit. Anno Chriſti 1557. iterum inchoatum eſt in hac urbe colloquium de controverſiis eccleſiaſticis, in quo præſes fuit Iulius Pflugius præſul Numburgenſis: collocutores verò ex pontificiorum parte, Michaël Sidonius Merſepurgi Epiſcopus, Delphius ſuffraganeus Argentinenſis, Caniſius, Staphylus & alij. Ex evangelicorum verò parte erant Philippus Melanchthon, Erhardus Schnepſius, Ioannes Brentius, Iacobus Rungius paſtor Gripſualdenſis, Ioannes Piſtorius, Georgius Cargius. Diſceptatum eſt inprimis de norma judicij in eccleſia, quam pontificij dixerunt eſſe perpetuum conſenſum: Evangelici verò pro-

rò pro-

rò prophetica & apoſtolica ſcripta: item ſymbola & patrum teſtimonia cum ſcripturis congruentia. Nondum ad exitum adducta fuit quæſtio, cum finis colloquio allatus eſt.

VV V R Z E N A.

WV R Z E N A *urbs Miſniæ ad Muldam flumen eccleſiæ collegiatæ nomine celebris, quæ condita & fundata eſt ab Hervigo vel Hervico XI. præſule Miſnenſi. Eſt autem collegiata eccleſia cathedralis eccleſiæ Miſnenſis. Oppidum olim comitibus, qui comites VVurzenſes dicti ſunt, paruit. Sed conceſſit in jus & ditionem epiſcopatus Miſnenſis circa annum Chriſti 1129. Gothuldi præſulis Miſn. XIII. Poſtremus in hac ſtirpe comitum fuit Eſicus, qui nullo poſt ſe relicto herede maſculo è vita ceſſit. Itaq; urbs ad epiſcopatum cum aliis quibuſdam oppidis Bicha, Baucha, Lubenicio translata eſt. Arcem VVurzenſem ædificavit Ioan. à Salhuiſen Miſn. Epiſc. qui in animo habuit etiam urbem ampliare, & uſq; ad VVenceslai templum dilatare.*

ZANAV.

ZAnav pervetus oppidum ad VVitebergam muro veteri circundatum, & turribus vel ſpeculis compluribus munitum, quæ nunc in ruinis jacent. Arcem quoq; olim habuit, ex cujus lapidibus arx VVitebergenſis extructa eſt.

ZIGENRVCCVM.

ZIgenrvccvm olim arx firma anno Chriſti 1357. dominorum nobilium Ruttenorum in Plauen fuit, quam cum aliis fundis hypothecæ loco habuerunt, & cum reddere domino ſuo recuſarunt, nec tranſactionem ullam admiſerunt, à Carolo IV. Imperatore, & Friderico Miſniæ Marchione oppugnata eſt arx, obſeſſa, & capta. Commeatus enim penuriâ, & aquæ inopia compulſi, qui eam defendebant, vitæ incolumitatem pacti ſunt, & exierunt. Querebatur etiam Marchio ille ſuis ſubditis multa incommoda inde allata eſſe.

ZIT-

ZITTAVIA.

ZITTAVIA. *Tertia ἑξαπόλεως urbs ex vico nata, cui à frumento nomen impoſitum eſt, cujus magna copia à Boëmis eò importari & vendi conſuevit. Aedificata autem vel certè munita eſſe ſcribitur à VVenceslao circa an. Ch. 1255. Ex quo tempore etiam in Boëmorum ditione poteſtateq́ remanſit. Educatus eſt in hac urbe VVenceslaus ſecundus Boëmiæ rex, qui anno Chriſti 1273. regnum ſuum auſpicatus eſt, & Zittaviam plurimùm amavit. Conceſſit quidem circa hoc tempus in jus ac ditionem Baronum Leipe in Boëmia, ſed circa an. Ch. 1319. recuperata eſt à Ioanne Lucelburgico, & vel dotis vel permutationis nomine in Henrici Iauraviensium ducis in Sileſia manus devenit, ac an. demum Chriſti 1356. ſub Carolo IV. Imperatore ad reliquarum civitatum ſocietatem rediit. Hoc enim anno regio tota ad Boëmos reducta eſt: cum quidem antea quatuor tantùm civitates regiæ ſive marchionales fuiſſent, Budiſſina, Gorlicium,*

m, Lobavia & Laubanum. Sunt qui riginem hujus urbis ad Zittaviam refe-unt, ejusq; nomen idem eſſe aiunt cum Ze-ena & Sidonia. Hæc Marchioni Ringel-emo Manfredo Brumitonis filio nupta uit. Utriuſq; tam mariti, quàm uxoris nonumenta extant. Manfredi quidem Brandeburgi in templo B. Mariæ hujuſce-nodi verbis: An. Dom. 1001. III. Cal. Maij, biit Chriſtianiſsimus Princeps Manfredus, Marchionis Brumitonis filius. Uxoris ve-ò ad aram templi, quod eſt Zittaviæ, in unc modum: Anno Chriſti 1021. Idibus ulij obiit pia & illuſtris fœmina Zittavia, hriſtianiſsimo principi Manfredo nupta, undatrix & dotatrix hujus oppidi, de eiuſ-dem nomine dicti. Secundùm hæc epita-hia fundatrix hujus urbis eſt Zittavia, uæ primum cœnobium in eo loco condidit rdinis S. Benedicti, quod ad S. Manfre-um à marito nominavit. Et quoniam cus ad habitandum fuit commodus, mul-os ad extruendum illic ædes invitavit. um igitur cœtus hominum identidem au-eretur: urbs tandem ibi condita eſt à

fundatrice nominata. Eccleſia & Schola in hac republica probè fideliterq́; curatur, & progreſſus tam in pietate & vero Dei cultu, quàm in literarum ſtudijs facit.

SVnt etiam civitates quædam Hanſeaticæ appellatæ, certis legibus, conſtitutionibus & privilegijs munitæ atq; conjunctæ, paſsim in Germania & vicinis provincijs. Nomen habent ex antiqua lingua Gothica acceptum ante annos fermè quadringentos. Vocatur tota ſocietas Hanſa Teutonica, item fœdus Anſeaticum Teutonicum, complectiturq́; urbes mari Balthico & oceano Germanico vicinas. Incipit enim à Finnico ſinu verſus Livoniam, extenditurq́; ad tractum Rheni. In univerſum numerantur ſexaginta ſex civitates Anſeaticæ, quarum quatuor vocantur primariæ. Prima eſt Lubeca, totius Anſeatici fœderis caput, quæ comprehendit primùm civitates Vandalicas, Hamburgam, Roſtochium, Stralſundam, VViſmariam, Luneburgam, quæ ſex Vandalicæ civitates appellantur. Secundò quaſdam Pomeranicas, Stetinum,

Ancle-

nclemium, Golnavam, Grypſvvaldam, olbergam, Stargardam, Stolpam.

Secunda ſedes ſive civitas Anſeaticæ cietatis primaria eſt Colonia Agrippina, uæ ſub ſe habet VVeſaliam, Duisburgum, mbricam, VVarpurgum, Vnnam, Hamam, Monaſterium, Oſnabrugam, Tremoiam, Suſatum, Herfordiam, Paderboram, Lemgoviam, Bilefeldiam, Lippiam, oſſeldiam, Neomagum, Zudphaniam, Rumundam, Arnheimiam, Venlonam, Elurgum, Hardevicum, Daventriam, Suollam, Campos, Groningam, Bolſvueram, &c.

Tertia eſt Brunſuiga, quæ comprehenit civitates Saxoniæ, Magdeburgam, oslariam, Embecam, Gottingam, Hildeſeimium, Hannoveram, Vlſam, Buxteudam, Stadam, Bremam, Hammelam, indam.

Quarta ſedes eſt Gedanum ſive Danſcum, quæ continet Regiomontium, Colariam, Thornam, Elbingam, Brunſperm, Rigam, Torpatum & Revaliam.

Finis porrò initæ ſocietatis Anſeaticæ

hic eſt, ut conſenſio animorum ad propul-ſandam vim injuſtam exiſtat & conſer-vetur: tùm ut ſecuri magis ſint, qui con-trahendis ſive importandis & exportandis mercibus terra oceanoq́ꝫ implicantur. Ha-rum civitatum exemplo paſſim in finitimis regnis & ducatibus emporiales curiæ ſive ſedes, quæ contoria appellantur, conſtitutæ ſunt: una Brugis in Flandria, altera Lon-dini in Anglia ad Tampſin, tertia Nov-gardiæ Moſcoviæ ducis civitate, quarta Bergæ in Norvegia.

ZORBIGA *Miſniæ oppidum anno Chriſti 1260. per Archiepiſcopum Ru-pertum 21. diœceſi Magdeburgenſi adje-ctum. Hoc comes Hennebergenſis anno 1346. clandeſtino introitu occupare cona-tus eſt, ſed præmoniti cives altius foſſas op-pidi duxerunt, & à vigili, ſigno dato, ho-ſtem ſtrenuè depulerunt. Anno Chriſti 1517. Comes à Regenſtein ad Zorbigam à Friderico Saxoniæ duce, & Miſniæ Mar-chione captus epiſcopo Merſeburgio, quem diripuerat, traditus eſt.*

ZVIC-

ZVICKAVIA.

ZVICKAVIA in confinio, ſeu limite Voigtlandiæ & Miſniæ in radibus Sudetorum montium ad Muldam uvium ſita eſt, ubi quondam Carolus Manus caſtrorum ſuorum locum habuit cona Slavos, & alios vicinos hoſtes. Olim ubandorum & Hermundurorum ſedes uit. Terra ipſa Schuanfeldia à quibuſam nominatur, à Suanhilde generoſâ rincipe, quæ Carolum Magnum adjuviſſe icitur in oppugnandis Slavis. Icciro noen tractui illi inter Pliſſam, & Muldam b ejus nomine inditum eſſe nonnulli opiantur. Indeq; cygnorum nomen urbi, & lypeo ejus trium cygnorum effigiem indium eſſe conſentaneum eſt. Quæ tamen pinio fabulæ, quàm hiſtoriæ ſimilior eſſe idetur. Poſt Caroli autem Magni & filij ius Ludovici tempora aquarum inundaione urbs deleta eſſe perhibetur, & ad empus aliquod deſerta jacuiſſe fertur uſq; d Heinrici Aucupis imperium, qui cùm ad Auldam aliquando veniſſet, caſtra ibi lo-

cavit, & cum videret multa loca homini-bus vacua, quæſivit, quæ cauſa vaſtitatis tantæ eſſet? Reſponſum eſt, olim caſtrum & præſidium cum multitudine hominum magna illîc fuiſſe, & Carolum filiumq́; ejus Ludovicum contra Sorabos & Bœmos præſidium militare ibidem habuiſſe, ſed e-luvione locum vaſtatum & incolas diſſi-patos eſſe. Commotus hac narratione Cæ-ſar, locum exploravit diligentius, & cum aptum eſſe illum ad arcendos & oppugnan-dos hoſtes judicaret, vicum ædificavit, re-vocatis veteribus colonis, & militum par-tem aliquam illic collocavit, tum ſtatuta & privilegia antiqua colonis reddidit, & arva quædam adjecit. Præfectum quoq; Cuniconem ordinavit, qui advocatus Zuickaviæ fuit cognominatus. A quo ad-vocatorum der Voigte *nomen remanſit. Hi Voigti Plauenſes poſtea cœperunt appel-lari à loco quem tenuêre. Poſtea verò in fa-milias plures quaſi diſſeminati ſunt, Ge-renſem, VVidenſem, Rutenicum. Poſt aliquandò reverſus Cæſar deſignatam à ſe urbem novam videre cupivit, & cum ea*

angu-

nguſtiorem quàm voluerat reperiſſet, ixit Saxonico idiomate: **Ihr hefft die Stadt verzwickt**/quod eſt, coarctaſtis vel ntraxiſtis urbem. Hinc Zuickavia à ontractione ſcilicet vocabitur. Anguſtior erò facta eſt propterea quòd veteres coni redire & transferre facultates ſuas in am noluerunt, atq; diſsidium etiam inter :, & milites ibi à Cæſare collocatos meuerunt.

Autor eſt idem Imperator Auceps temli parochialis S. Mauricio dicati, quem etam patronum urbis delegit. Cum autem is inter cives veteres, & novos de agris rta eſſet: Otho Cæſar eam ita compoſuit, t veteres aliquid de jure ſuo concederent, & utriq; inquilini veteres & novi jure ari inter ſe viverent. Attribuit quoque ivibus venandi & piſcandi poteſtatem in erritorio illo, fœminasq; juris feudalis paricipes fecit. Tum ſenatum ex triginta duobus viris ſelectis conſtituit, quorum ars dimidiata inſignibus ac armis conſpiua eſſet. Hoc modo illexit, atq; devinxit ibi cives, ut ad operas militares paratiores

 eſſent.

eſſent. Urbs verò miris modis aucta eſt, & crevit virtute, & opibus, libenterq; Cæſarem in itineribus, & expeditionibus ſecuta eſt. Eadem jura & privilegia confirmavit poſteà Otho tertius. Iuriſdictionem verò urbis, atq; adeò tractus totius ad Muldam Cizenſi epiſcopatui tradidit.

Extant privilegia ampliſſima huic civitati conceſſa ab Henrico tertio Cunradi Saliqui filio, ob inſignem operam, & fidem, quam in bello Boëmico contra Pretislaum, qui ab imperio defecerat, & tributum quod debebat, penſitare recuſabat, navarat. Recenſentur hæc privilegia longo ordine. Primùm remittitur tributum. 2. Proficiſcendi cum Cæſare neceſſitas, niſi in prælium contra Boëmos, adverſus quos quaſi quoddam præſidium ſeu præfectura limitanea eſſe debebat. 3. Remittuntur exactiones. 4. Poteſtas conceditur eligendi magiſtratum, & juris dicundi: cui quidem poteſtati autoritas tanta tribuitur, ut ad imperatoris advocatos in territorio Zuickavienſi non liceat appellare. 5. Permittitur ſenatoribus jus, gerendi aurum in quibuſ-

cunq;

ng; ſuis armis, idq́; etiam ad cives ſuos
noratos, & ad militiam aptos transfe-
ndi licentia. 6. Datur poteſtas gerendi
yſtaces, & capillos raſos Knebelbärte
nd Kolben. Ex quo nomen ipſum coar-
atarum barbarum videtur eſſe natum,
elut inſigne quoddam militare. 7. Ius
undinarum in tota regione advocatiæ,
uæ ad fluvios Pliſnam, Miltenum & Stor-
icum extenditur. 8. Edictum additum
ſt de non importando potu alieno. 9. Ius
xercendi opificia, ſive artificia. 10. Fo-
um frumentarium. 11. Venatio, piſcatio
n toto territorio civibus libera: Sunt hæc
rivilegia aurea bulla munita, & à teſti-
us compluribus, principibus, comitibus, &
oneſtis viris corroborata.

Imperante Heinrico V. donata eſt hæc
ivitas unâ cum regione illâ Viperto Groi-
cenſi propter merita ejus inſignia in Impe-
rium Romanum. Ab hoc Burggravij Leiſ-
nicenſes & domini Penicenſes orti ſunt.
Viperto autem abſq; hæredibus, mortuo,
Zuickavia ad imperium redijt. Fit in hi-
ſtoria Zuickaviæ mentio Friderici Barba-

roſſæ, quod eam inſtauravit, cum Aldenburgi in viciniâ ſedem aulæ habuit. Arcem verò Oſterſteinum à Viperto conditam eſſe conſentaneum eſt. Tandem bello illo diuturno, & difficili, quod Fridericus & Dizemanus cum patre Alberto, & duobus imperatoribus Rom. geſſerunt, ad marchiones Miſniæ, Landgravios Duringiæ, duces Saxoniæ Zuickavia unà cum Chemnicio devenit, ut eſſet compenſatio detrimentorum in bello acceptorum, confirmavitq́; hanc translationem genero ſuo Friderico Severo imperator Ludovicus Bavarus.

Elevationem autem poli habet hæc urbs ad gradus 29. & 51. minuta, ſecundùm longitudinem, 50. verò gradus, 46. minuta ſecundùm latitudinem. Muro, pomœrio, & foſsis aquâ repletis circundata, & firmata eſt inſtar propugnaculi. Aedificiis conſtat tàm privatis quàm publicis valdè amplis & ornatis, ad quæ non parum contulit Martinus Römer ex fodinis metallicis ſupra modũ locupletatus. Templa parochialia continet duo, unum ad B. virginem,

nem, alterum ad D. Catharinam ſuperiori ſubjectum. Patent eius ſuburbia tàm latè, ut peculiaria templa comprehendant, cœnobium minoritarum hodie deſtructum, olim opibus abundavit. Ex hoc monachi ejecti ſunt anno Chriſti 1525. & ædificium totum dirutum. Ad eundem modum aula Grünhaina anno 1522. à quibuſdam direpta & vaſtata eſt. In cuius ruderibus anno 1543. Schola cum pædagogio collocata eſt. Victus in hac civitate commodus eſt multis civibus ex panniſicio viventibus, aliis ex negotiationibus quibuſdam, aliis ex anthracibus, nonnullis ex frumento, aſſeribus, cereviſia, & id genus aliis. Salubritas ex aëre & aquis magna eſt. Nam & Mulda alluitur, & aquis illius copiosè irrigatur, ut vicus nullus penè ſit aquarum expers. Rerum ad victum neceſſariarum copiam habet optabilem, nec in civibus deſideratur humanitas, & erga hoſpites benignitas. Benè conſtituta eſt Reſpubl. eccleſia & ſchola. Mirificè prædicatur inſignis probitas, fides & induſtria Nicolai Huſmanni concionatoris, utpote alieni ab omni

omni ambitione, malevolentia, convitiandi ſtudio, pecuniæ cupiditate, qui tandem confecto aſsignato ſibi à domino vitæ curriculo inter concionandum in ſuggeſtu expiravit. Laudatur non immeritò Plateani ludimagiſtri eruditio, diligentia, & in regendis puerorum adoleſcentumq́ ingeniis, moribus, & ſtudiis ſolertia, atq́ felicitas in Zuickavienſi ſchola. Celebratur iure omni ſenatus & civitatis liberalitas in alendis literarum ſtudioſis per ordinaria ſtipendia, ex quibus etiam multi in ea republica tàm Theologi quàm Iuriſconſulti, medici, & ſenatores docti, graves & uſu periti extitere, quorum opera non ſolùm patriæ ſed aliis etiam nationibus, & populis multum profuit. Cuiuſmodi inprimis fuerunt Eraſmus Stulerus, ſeu Stella, Georgius Kommerſtat, Hermannus Mülpfort, Kilianus König, Stephanus VVilde, Gregorius Holander, Ianus Cornarius & alij. Græcas literas primus in Zvickavienſi ſchola docuit Georgius Agricola, quem audiverunt Sacerdotes, doctores, magiſtri. Ipſe verò didicerat hanc linguam Lipſiæ à Pe-

tro

ro Moſellano & Ricardo Croco, qui illam
n has regiones importarunt. De bellica
loria, qua Zvickavienſes olim excelluerũt
upra dictum eſt. Abeſt propè ab hac vrbe
arbonum mons, qui alicubi ardet, vicinæ
unt lapidicinæ. Cudit non ita pridem mo-
etam Saxonicorum principum, & metal-
a ex Snebergicis fodinis advecta excepit.
Anno 1546. Huſſari & Boëmi in Voigt-
andiam à Ferdinando rege miſſi crudelem
n modum graſſati ſunt. Quæ res Mauriciũ
Saxonem permovit, ut abſente Ioanne
Friderico Sax. electore ipſius regionem in-
vaſerit, & aſſumtis Huſſaris ipſorum au-
xilio Zvickaviam, Snebergum, Aldenbur-
gum, & alia loca occuparit, in fidemq́; ſuã
redegerit. Quo ſanè modo in jus & poteſta-
tem Mauricij tota Ioannis Friderici ditio,
excepta VViteberga, Gotha, & Iſenaco, con-
ceſſit. Conditiones verò, quibus ſeſe dedidit
Mauricio Zvickavia, hæ fuerunt. Prima,
ne quid in religione mutaretur. II. Ut ju-
ra, privilegia & conſuetudines eius ſartæ
tectæ conſervarentur. III. Ut nullo onere
novo gravaretur. IV. Ne impoſito milite
exter-

externo oneraretur. V. ſi præſidium militare res cogeret imponere, ut id impenſis aleretur principis, abſq; detrimento civitatis. VI. ut ab Huſſaris & id genus aliis tuta eſſe poſſet. VII. Ut unicuiq; civi libera poteſtas manendi concederetur. VIII. ut provincialibus, capitaneis, & aliis militibus jus diſcedendi cum ſignis explicatis tribueretur. IX. ut machinæ bellicæ in urbe relinquerentur. Hæ conditiones præſcriptæ VII. Novembr. à Mauricio confirmatæ ſunt, & ſecutum homagium. Cum autem rediens cum exercitu Ioannes Fridericus elector ſua recuperare vellet, Mauricius Zvickaviam velut primariam urbem præſidio militari munivit, cum propter loci opportunitatem in finibus Miſniæ Voigtlandiam verſus, tum quod cives malo animo in ſe cognoverat. Præerant autem præſidio illi VVolfgangus ab Ende, Chriſtophorus à Sleinitz equites, & VVolfgangus Tieffſteter. Erant in hoc præſidio pedites 1300. equites verò 100. duces verò ſeu præfecti judicarunt opus eſſe 3000. militibus, ſi à Friderico urbs oppugnaretur. Scripſerunt

ijdem

*dem duces ad Mauricium, cives Zvicka-
enſes non obſcurè ſuum amorem, & fidē
Ioannem Fridericum ferre. Quod eò
ctum eſt, quòd perſuaſum ſibi habuerunt
i, bellum ab electore non niſi religionis
uſſa geri. Iccircò ægrè ſeſe ab eo avelli
tiebantur, & adeò offendebant Mauri-
um, ut vrbe cedere juſſi ſint, ea tamen
nditione, ut remoto hoſte, ad ſuos quiſq;
res rediret. Quam grave verò fuerit mi-
ris hominibus, ſedes, aras, focos, facultates
eſerere, & ſolum vertere, cogitare quivis
animo ſuo non difficulter poteſt. Re-
anſerunt tamen opifices, quibus carere
ivitas non poterat. Cum etiam plus præſi-
ij ſibi à Mauricio imponi nollent, propterea
uod privilegiis ſuis illud contrarium eſſet,
Mauricius ſeverè illis mandavit, ut duci-
us ſuis obedirent, nec de incolumitate
rivilegiorum dubitarent. Hinc miſſa in
rbem eſt copia rerum ad bellum neceſſa-
iarum. Introductum etiam eſt præſidium
erdinandi regis, quod regebatur à ducibus
VVenceslao à Creid, VVolffgango Chriſto-
horo à Liechtenſtein, Ioanne ab Obers-
dorff,*

dorff, Puslaffelice ab Haſſenſtein. Hi datis ad Mauricium literis, queſti ſunt de contumeliis à præſidibus Saxonicis ſibi impoſitis. Quocirca judicium militare inſtitui poſtulant, quo tueri exiſtimationem ſuam queant. Noluerunt quoq; Boëmici milites amplecti articulos à ducibus præſcriptos: ſed coacti ſunt tandem in legibus, quæ communiter ſervandæ promulgabantur, acquieſcere.

Afflicta eſt civitas graviter, ut fit, hoc tempore, inteſtini belli inter Ioannem Fridericum & Mauricium Saxonem. Nam & pagi & ædificia ad dimidium miliare exuſta ſunt. Cum autem conſiliarii, atq; capitanei potentiam Ioannis Friderici metuerent, ad conſtantiam & animi magnitudinem eos hortatus eſt Mauricius, iis argumentis uſus, quod ſatis firma præſidia haberent, quod propinqua eſſent Boemorū auxilia, quod electoris copiæ exhauſtæ inedia, ſqualore & frigore penè enectæ eſſent. Quod ne Lipſiam quidem immunitam expugnare potuiſſent. In fine Ianuarij Aldenburgum venit elector, cuius adventus

*im terrorem quibuſdam inijceret, Mauri-
us iterum ſuos quos habebat Zvickaviæ
d ſpem bonam excitabat, minimè tantum
um habere exercitum, inquiens, quan-
m pleriq; credant, militesq́; eius eſſe
ſos, nudos, debiles. Miſit quoq; Cæſar
auricio præſidium duorum millium equi-
m, & quinq; millium peditum, quos du-
bat Albertus Marchio Brandeburgicus.
At elector omiſſa Zvickavia, Rochliciũ,
ldicium, Chemnicium, Friburgam &
Miſnam cepit, ubi Cæſar cum Ferdinando,
Mauricio & Auguſto eum inſecutus
eſt, & oppreſſit paulò pòſt ad
Albim.*

AD CHRISTIANVM DISTELMEIERVM
Dominum in Radesleben & Malſdorf
Procœmium
MATTHAEI DRESSERI

EXiſtimaram, DISTELMEIERE nobiliſſime literatiſsimeq́ue, glorioſum illud Bellarmini commentum de translatione Rom. Imperij ad Carolum Magnum per Pontificem Rom. ita repreſſum & confutatum eſſe ſuperiori mea commentatione, quam tuo nomini inſcripſeram, vt veritate ſeſe victum facilè is ſentiret atque fateretur. Quò enim ſcriptor gravior nunc eſt Bellarminus, eò decebat eum magis animum ad rem & veritatem tra-

:aducere,à vanitate verò opinionum
: pontificiæ adulationis ſuſpicione o-
nni abhorrere. Perſuadere forſan is
oteſt ſuis pontificiis,qui libenter ſeſe
:edulos præbent, ingentem cumu-
im paſſionum & ſatisfactionum ſu-
erfuiſſe martyribus ſanctis, quibus
ſi ad expianda peccata propria non
guerint, & quæ deinceps in omne
:mpus aliis impertiri à Pontifice in
nno jubilæo poſſint, ad delenda eo-
im peccata, & ad promerendam ſa-
item: quemadmodum in ſcripto de
nno jubilæo comminiſcitur. Nobis
ertè nunquam perſuadebit, qui Pſal-
ni teſtimonium pluris facimus, quod
ſeverat, omnes ſanctos remiſſionem
eccatorum à Deo petere: & Chriſti
ocem multò juſtiùs audimus,qui ait:
Cùm omnia feceritis, quæ præcepta
int, dicite: ſervi inutiles ſumus. Di-
erem ridiculum eſſe figmentum, niſi
npium eſſet maximè. Affingit enim
ontifici Rom. quaſi quoſdam ſaccos
nctorum meritis ſuperfluis repletos,

ex quibus expromere is poſſit, omni tempore quantum velit, & cuivis Romam accurrenti impertire vel potius divendere. Quotuſquiſque verò ſanctorum aut martyrum ſua peccata unquam expiavit, aut ad delenda alterius delicta quicquam contulit? Blaſphemia igitur hæc eſt adverſus illum, qui ſolus peccata mundi ſuſtulit.

Ad eundem modum nec id nobis perſuadebit, vt credamus, Papam habere in ſcrinio pectoris ſui jus poteſtatemque regna mutandi, aut ab aliis ad alios transferendi. Hæc enim poteſtas tàm longè abeſt à Papa quàm longè diſtat cœlum à terra. Hanc ſi arrogat ſibi Papa, non is profectò Chriſti diſcipulum; non Apoſtolorum imitatorem ſeſe profitetur. Quod ſi ego commendare pontificem Rom. deberem, non iſto aſcititio fuco eum illinerem & deformarem, ſed ſanguine diffuſo colore ornarem, hoc eſt, Apoſtolicas virtutes, ſi quæ in eo eſſent, tribuerem, & in Eccleſia non ſu-

pra,

ra,ſed infra reges &imperatores col-
carem, ſicut aſſeclæ eius faciunt.
uius quidem vanitatis tandem, niſi
e opinio fallit, pudere incipiet Bel-
rminum, qui pro facultate ea, quam
ıbet, melius ſentire, & rectius ſcri-
ere poteſt,niſi pontificis cauſſa aliter
icere, quàm ſimplex ratio veritatis
ert, animum inducit. Quod autem
ſemet pudore & timiditate quadã
eterritus fortè nunc non ſcribit, id
ellarminici nonnulli, non quidem
ngenuitate aliqua permoti, ſed pro-
ervitate & benè de Duce ſuo meren-
i cupiditate incenſi, audent. Quibus
uidem reſpondere nec perſona mea
eque ætas ſinit. Honeſtius multò ar-
itror, certamen cum Bellarmino ſu-
ceptum de jure translati imperij ad
Germanos cum ipſo perſequi. Nam
& liberalis eſt tractatio hiſtoriarum
& optimo quoque digniſſima. Quo-
circa nec Bellarminus à ſua perſona
eam alienam eſſe putabit. Huic enim
vni reſpondere volui, non tamen lon-

ga aliqua diſceptatione vſus, qua in re tàm manifeſta nihil opus eſt, ſed honeſtiſſimæ ſententiæ Pindari obſecutus, quæ monet, in bona cauſſa tria verba ſufficere. Cui congruit illud Euripidis in Phœniſſis: Simplex eſt veritatis oratio: mala verò cauſſa indiget multis pharmacis. Ad eum igitur finem particulam hanc ex Iſagoges hiſtoricæ parte quinta, quam in manibus habeo, decerptam, ſeparatim publicari paſſus ſum, ut eſſet quaſi quædam repetitio ſuperioris commendationis meæ quæ extat, & quater diverſis in locis excuſa eſt.

Lætor autem, adverſarios Ieſuitas jus pontificium in hac controverſia non admodum vrgere amplius, ſed tanquam victos de eo nonnihil concedere. Quod quidem ego prolixè liberaliterq́ue accipio; non jure vllo potuiſſe Papam transferre imperium à Græcis ad Carolum Magnum. Quod ſi verò non potuit, certè vel nō tranſtulit, vel ſi tranſtulit, contra jus faſq;

id

fecit. Et rectè quidem fatemur o-
nes, jure nullo à pontifice id fieri po-
iſſe. Nam imperium occidentis ad-
ic tenuit Imperator orientis, & qui-
em uſq; ad illud tempus, quo trans-
tio inter vtrumque Imperatorem fa-
a eſt. Tunc ènim, cedente de jure
o orientis Imperatore, imperium le-
timum occidentis accepit Carolus
agnus. Deinde nullam particulam
nperij occidentis habuit Papa. Nun-
uam enim fuit Imperator Romanus,
eque vnquam imperium à vero Do-
ino adeptus eſt. Imò ne conſiſtendi
uidem poteſtas ei in civitate conceſ-
fuit. Civitatem igitur aut particu-
m imperii quo pacto Carolo tradi-
t? An non profugere ad Carolum
actus eſt, eiusque opem implora-
? Iam nunc eat Ieſuita, & glorietur à
apa translatum eſſe imperium ad
arolum.

Coronationem verò, ſi quis urget,
ordinem pervertit, & quod poſte-
us eſt, id antecedentis cauſam eſſe

 fin-

fingit. Sequitur enim coronatio, non præcedit electionem Imperatoris. Carolus V. anno Chriſti 1519. deſignabatur & fiebat pleno jure Rom. Imperator, ſed anno 1530. demum coronam à Papa accipiebat. Nec quiſquã eſt inventus hactenus, qui dixiſſet Carolum V. Imperatorem eſſe factum per coronationem pontificis Romani. Quod enim jam ante erat omni jure, id quomodo per ceremoniam illam impoſitæ coronæ à pontifice fieri potuit? Erat inſignitus imperiali corona Aquiſgrani, & quidem ab iis, quibus imponere coronam fas eſt, hoc eſt, à proceribus imperii: Additamentum verò Bononienſe nihil ad imperatoriam dignitatem aut majeſtatem afferre potuit. Id quod decretum imperii anno Chriſti 1338. factum perſpicuè confirmat, quod inter alia etiam hoc continet: Simulatq; à proceribus imperii Imperator electus eſt, ſtatim plenam poteſtatem habet, nec pontificis Rom. adminiculo vllo indiget.

Er-

rgò nec ad Carolum Magnum ali-
uid attulit coronatio pontificis Leo-
is,cuius ipſe neque Gubernator fuit,
eque Dominus,ſed miniſter tantùm.
Quod Scriptores probati Germani &
ali diſertè affirmant. Senatus, inqui-
nt, populusq́ue Romanus per ma-
um Leonis Carolum Magnum coro-
ârunt. Ex quo ſatis apertum mani-
eſtumq́ue eſt,Papam nihil contuliſſe
d imperium occidentis, quod ad Ca-
olum Magnum translatum eſt,niſi id
uod juſſus eſt à Senatu populoq́ue
Romano. Quod autem per alium quis
acit, id perinde habetur,atque ſi ipſe-
net faciat.Hæc in ipſo ſcripto copio-
ius aliquantò explicantur.

Q od verò, vbi friget adverſarius,
eò c fugit,ut dicat,ex natura & con-
ſtitutione pontificatus licere Roman.
Papæ regna transferre ad alios, &
proptereaLeoni etiam fas fuiſſe,tranſ-
ferre Imperiùm occidentis per Caro-
lum M.ad Germanos,id confutandum
fuit aliquantò fuſius: quanquã com-

mentum ſit inane, jejunum, frivolum & illiberale penitus. A quo enim hoc mandatum habet pontificatus Romanus? quibus verbis huiuſmodi inſtitutio conſtat? quando item cœpit? Petrus certè fictus ille & miſer Papa eam non uſurpavit, neque conſequentes, qui Epiſcopi manſerunt, nec pedem extra eccleſiam in politias ſupra reges & Imperatores extulerunt. Solúsne Leo, vel Adrianus, vel quicunque fuit Papa, qui coronavit Carolum Mag. jubente Senatu populoq́ Romano verus fuit pontifex, vel primus naturam & inſtitutionem pontificatus perpendit & executus eſt? Quid cæteri ante & poſt eum, num adeò imperiti fuerunt & ignari naturæ & inſtitutionis ſui muneris, ut ne extremis, ut dicitur, digitis illud attigerint? Hæc enim omnia in quæſtione verſantur, nec à me primùm exquiruntur, ſed jam antè à Friderico Barbaroſſa etiam interrogatus eſt pontifex, cum ob prehenſum ſiniſtrum non dextrum ſtapedem ab eo

repre-

reprehenderetur : Scire velim,inquit, officii hoc genus ex debito ſit , an beneplacito ? Quod ſi ex benevolentia deſcendit, quis cauſſabitur negligentiam in ſpontaneo ? ſin ex debito , parum intereſſe putamus,quo latere acceſſit,qui venerabũdus adorat. Cranzius l.6.Saxoniæ. Quicunq; igitur inventi ſunt pontifices,qui in Imperatores Romanos invadere auſi ſunt,hi inuſitata rabie petulanter id fecerunt. Qualis fuitHiltebrandus,cuius præter cæteros nobilitata eſt ambitio & crudelitas. Hic vt imperii jura ad ſe raperet, diſſidiorum ſemina ſpargebat in imperio,nec quieſcendum ſibi eſſe arbitrabatur , priuſquã ab imperio Henricum Cæſarem removiſſet.Removit, & Rudolphum Suevum, miſſâ coronâ, ei ſubſtituit.Immanitas hæc erat plus quàm Turcica : Abſolutionem enim petebat à pontifice Imperator , ſed fruſtra ; navis ſcilicet ſupplicabat ſcopulo. Incendium enim excitarat in Germania pontifex : id non aqua ſed rui-

ruina imperii reſtinguere cupiebat. At reſiſtebat Deus nefariis conatibus eius, & legitimum Imperatorem tuebatur, papalem verò miſerè in prælio ſuccumbere ſinebat. Hiltebrandi veſtigia ſecutus Innocentius III. poteſtatem reprobandi & reijciendi electũ Imperatoré ſibi arrogavit, Philippum Imperatoré excommunicare, in eiusq; locum ſubſtituere Othonem Saxonem voluit. Ex quo bellum peſtiferum exarſit. Gregorius IX. excommunicato Friderico Imp. factiones exitioſas ſuſcitavit, tum crucem contra eum prædicavit, & vitã æternã promiſit omnibus, qui contra illum pugnaturi eſſent.

Quid pluribus opus eſt? hiſtoriæ plenæ ſunt exemplis horrendæ ſævitiæ pontificum Rom. adverſus Imperatores & Reges. Id quod vel unicum illud elogium indicat, quod Bonifacio VIII tribuit Platina. Hoc modo mortuus eſt, inquit, Bonifacius, qui Imperatoribus, regibus, principibus, nationibus, populis, terroré potius quàm religi-
ne

nem injicere conabatur,quiq; dare regna & auferre,pellere homines ac reducere pro arbitrio animi conabatur, aurum vndiq; conquiſitum plus quàm dici poteſt ſitiens.En pontificium ſcriptorem,& quidem ſecretarium Papæ, qui ſi Germanus fuiſſet,minus fortaſſè fidei haberent ei pontificii.Non ait ex natura & inſtitutione pontificatus profluxiſſe horrenda illa ſcelera Bonifacii & aliorum Paparũ, qui tam acri & vehementi incitatione in imperatores invecti ſunt: Sed ex ambitione, petulantia & avaritia manaſſe talia pontificum vitia aſſerit. Nec adeò injuſtus rerum æſtimator eſſe volo,ut vitia paparum ad pontificatum ipſum transferam,ſed hoc tantùm dico, quicunque Papa imperia aut regna politica attigit,is tanquam harpyia in res alienas involavit,& pontificatũ ſcelere immani polluit atq; fœdavit.Quod impunè nullus vnquam factitavit, ſed ſibi & imperio perniciem peſtemque machinatus eſt. Si quid eſt boni in pon-

pontificatu, minimè ea eſt natura & in-
ſtitutio eius, quam Ieſuitæ commini-
ſcuntur, ut regna mundi invadat, &
transferat ad ſuum arbitrium atque li-
bidinem. Abſit talis natura, faceſſat
eiuſmodi inſtitutio pontificatus, quæ
res eccleſiaſticas & politicas, accura-
tis limitibus à Deo disjunctas, adeò
confundit, ut Papæ tribuat id, quod
politicorum eſt proprium, cum iiſque
communicatum ab ipſo Deo.

Oderat tuus Pater acerrimè talia
portenta, quæ in imperium à Papis in-
vecta conatu ſummo & juſto, tunc à
principibus imperii oppugnabantur,
& ex agris & finibus eius extermina-
bantur. Ardens erat in hoc certamine
Martinus Lutherus, qui & Eccleſiæ
dogmata repurgabat, & in libertatem
Chriſtianam Germaniæ eccleſias ma-
gna ex parte vindicabat. Nec ſuo offi-
cio deerant imperii proceres, ut ju-
gum pontificis iniquum & intoleran-
dum à cervicibus ſuis depellerent. Qu
in genere bonam præclaramq; oper
nav

navavit Pater ille tuus, qui ſalutaria iſta conſilia nõ tàm principis ſui Brandeburgici, quàm totius imperii pro fide ſua diligenter adjuvit. Nec obſcura eſt in eodem genere aliorum induſtria & pietas, qui decus Germanicæ libertatis omni ope & contentione eſſeruerunt & illuſtrarunt. De quibus alius erit fortè dicendi locus. Hæc autem quæcunq; ſunt, propterea attigi, vt intelligat Bellarminus, Germanos non ita eſſe credulos, ut commento inani aſſentiantur, & perſuaderi ſibi ſinant, pontificatus naturam & inſtitutionem eam eſſe, ut mutandi & transferendi regna aut imperia poteſtatẽ concedat, niſi prius oſtenderit, à quo poteſtas illa pontificatui Ro. tributa ſit, à Deóne, an ab hominibus? A Deo quidem datã eſſe, pudebit eum dicere, quia teſtimonium proferre nullũ poterit, niſi repetere velit illa inepta & fictitia, quæ jam dudũ ſunt refutata & exploſa penitus. Deinde quàm latè pateat iſta poteſtas pontificatus Ro. demõſtret neceſſe eſt.

Ad Germanos profectò extendi nullo modo poterit, quibus Pontifex Rom. neque Epiſcopus, neque Paſtor datus eſt. Tum quibus in rebus ſita illa ſit doceat oportet, politicisne, an eccleſiaſticis? Si in eccleſiaſticis ſita eſt, quo pacto politiarum tractationem aut regnorum translationem complectetur? Hæc omnia tuo judicio polito & gravi ſubjicio, quod vſu longo & experientia in maximarum rerum tractatione confirmatum eſt. Ego quidem aliud nihil à te peto, quàm ut in partem optimam, quemadmodum conſueviſti, accipias, Vale. Lipſiæ Cal. Sextil. Anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo ſecundo.

Priv[illegible]

Oratio
MATTHÆI DRESSERI

abita in actu ſolenni commen-
tionis, ſeu renunciationis Rectoris ma-
gnificentiſsimi in Academia Lipſica,
Illuſtriſsimi Principis ac Domi-
ni, Domini

PHILIPPI IVLII,

VCIS STETINI, PO-
eraniæ, Caſſuborum & Henetorum,
Principis Rugiæ, comitis Gutzco-
viæ, domini Leopurgi &
Bythoviæ, &c.

XV. Cal. Iunij, Anno Chriſti 1602.

ORnamenta Academiæ Lipſicæ inſignia & præclara numerari multa poſſunt, privilegia publicis liris conſignata, collegia ædificiis lendidis & immunitatibus ampliſſiis decorata, nationum quibus toti-

us terræ gentes comprehenduntur in claſſes quatuor diſtinctio, & collegiatorum in tribus collegiis tanquam inſpectorum ac moderatorum doctrinæ & diſciplinæ privatæ perpetuitas. Ad quæ decora accedunt complura alia, doctrinæ profeſſio luculenta in ſingulis diſciplinis, ſinceritas in religione, ſecundùm Biblia ſancta, & primigeniam illam incorruptamq́ue confeſſionis Auguſtanæ formulam, juris legitimi interpretatio diſerta & diligens, medicæ artis ex fontib. depromta explicatio, & literarum artiumq́ue omnium accurata tractatio, & ad uſum per crebras diſputationes & exercitationes translatio. Hæc tot & tam pretioſa decora tanquam ſidus aliquod illuſtrat & auget illuſtriſſimus ac sereniſſimus princeps, ac dominus, dominus PHILIPPVS IVLIVS, Stetini, Pomeraniæ, Caſſuborum & Henetorum dux, Rugiæ princeps, Gutzcoviæ comes, & Leopurgi Bythoviæq; dynaſta, dominus noſter clementiſſimus,

cu

ui ſceptra Academiæ tradita, & cura
lutis eius dignitatisq; omnis com-
iſſa eſt. Fatemur jure, divinitus no-
is datum atq; conceſſum eſſe tantum
rincipem Rectorem ac moderatorē
udiorum & actionum noſtrarum in
oc tempore. Ac gratias agimus Deo
n primis, qui tantum honorem, de-
us ac felicitatem ad nos tranſtulit.
'um rogamu s eundem, ut pro ſua im-
nenſa miſericordia atque clementia
luſtriſsimi noſtri ducis atque Recto-
s munus ampliſsimum atque hono-
ificentiſſimum ſalutare & proſperum
oti Academiæ eſſe ſinat. Eſt reverá
nagnificum, & autoritatis ſplendo-
ſque ſummi plenum nomen ducis
tque Rectoris noſtri, cuius mentione
etamur, præſentiâ recreamur, & men-
e ſenſúque reficimur. Hunc igitur
ua pietate proſequemur, aut quibus
udibus efferemus? Laus autem om-
is non aliunde quàm ex nomine ipſo,
vultu, qui ſermo quidam tacitus
nentis eſt, tum ex iis etiam, quæ ha-

ctenus ab illuſtriſsima ipſius celſitate in nos profecta ſunt, cumulatè manabit. Quare nominis & titulorū ſplendorem in primis, quantum quidem temporis, quo circundati ſumus, anguſtia patietur, evolvere atq; enodare conabimur.

Avita quidem ſunt nomina Ducis & Rectoris noſtri inclyti, à majoribus illuſtriſsimis longa ſerie propagata, & regionum provinciarumq́ue hæreditariarum amplitudinem indicantia: Sed omnium auguſtiſſimum & ſanctiſſimum eſt in ſacro ſancto baptiſmate inditum nomen Philippi Iulii. Etſi enim Philippi vocabulum græcum eſt, & ab ethnicis etiam uſurpatum: tamen Chriſtianum eſſe cœpit tum, cum Philippus ad Apoſtoli munus à Chriſto ipſo fuit accerſitus. Significat igitur Philippus equitem Chriſtianum, ſive equeſtrem militem, excubantem & vigilantem animo contra inſidias & aſſultus maligni ſpiritus, & ſatellitum miniſtrorumq́ue eius in mundo, longe lateq;

iteque diſperſorum. Iulius verò ſive
ılus latinis eſt generoſus & animoſus
ıdoleſcens, qui ante annos animum
: curam virilem gerit. Qualem fuiſſe
ccepimus Aſcanium Æneæ filium &
ılium Cæſarem. Quis verò noſtrûm
ubitabit tam animo quàm ſtudio,ta·
:m etiam eſſe noſtrum principemRe-
torem ? Equidem Chriſtianæ reli-
ionis non ſolùm amator ſincerus,ſed
tiam propugnator ardens eſt: & ejus
uidem religionis,quam majores eius
nà cum noſtris Saxoniæ Principibus
ımma conſtantia tutati ſunt. Indolē
ſpectemus, quid niſi egregium &
ræclarum reperimus? Vultum ſi in-
ıeamur, quid niſi magnificum, inge-
uum,& liberale videmus? Denique
uid eſt uſpiam in principe Rectore
oſtro, quod non det ſigna pudoris,
irtutis & fortitudinis inclytæ? Ex
phebis vix dum exceſſit, & curæ ta-
ıen tam ſubditos ſuos latè patentes,
uàm commiſſam ſibi etiam hanc A-
ademiam habet. Amentes igitur ſi-

 mus,

mus, niſi reverentia, obedientia, fide & ſummiſſione debita tantum gubernatorem colamus & obſervemus.

Deinde Dux eſt noſter Rector longa majorum ſerie & continuatione familiæ, inde vſq; ab anno Chriſti 1136. quo Bertislaus Chriſtianam religionem, authore Othone epiſcopo Bambergenſi, primus in citeriorem Pomeraniam intulit, & templum Divi Iacobi in vrbe Stetino à fratre Ratiboro adjutus fundavit. Anni igitur jam ferme quingenti ſunt, quibus numerari continua ſucceſſione Chriſtiani majores noſtri Rectoris poſſunt. Sed miſſis remotioribus, propiores tantum attingemus, quorum plerique omnes tam pacis honeſtæ, quàm religionis veræ ſtudioſiſſimi fuerunt, & ſubditos ſuos ab injuria periculoq; ſtrenuè defenderunt. Pater eius fuit Erneſtus Ludovicus, natus anno Chriſti 1545. Mater eſt Sophia Hedvigis, filia Iulii Ducis Brunſvvigi & Lunæburgi. Huius Erneſti Ludovici amor erga religionem ve-

eram, & benignitas in literas, patri-
m & pauperes multis rerum docu-
ientis cognita atq; perſpecta eſt. Fuit
nno Chriſti 1591. cum fratre Bogis-
o & filiis eius duobus Philippo &
ranciſco Ducibus, ſpectator renun-
iationis Doctorũ Theologiæ Gryps-
valdi, & territus triſti exemplo im-
endentis, clementer tamen per Dei
ratiam averſæ mutationis doctrinæ
eligionis in his regionibus teſtamen-
o cavit, ne in Pomeranicis ditionibus
lla doctrina, pugnans cum Propheti-
is & Apoſtolicis ſcriptis, & cũ Augu-
ana confeſſione incorrupta recipere-
ur. In primis verò, ut Calviniſtarum
ogma, veram præſentiam corporis &
nguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti
npugnans, procul à finib. eccleſiæ Po-
eranicæ arceretur, edixit. Tum ad
oſpitale VVolgaſti extruendũ, & ad
lendos homines, viribus facultati-
usq; exhauſtos, tantum materiæ at-
ue pecuniæ deſtinavit, quantum uſus
oſtulare videbatur. Grypsvvaldi

ad abſolvendum novum collegium opes contulit. Poſtremò ad inſtruendum cœnobium Verchem, in quo virgines tenuioris fortunæ foverentur, nervos ſuppeditavit. Tali teſtamento ante dimidium annum condito, ipſe anno Chriſti 1592. Iunij die XVII horâ VII. veſpertinâ, cùm vixiſſet annos XLVI. menſes VII. & dies XV. ex hac mortali vitâ in immortalem vitam migravit.

Avus porrò noſtri Ducis & Rectoris fuit Philippus, in lucem ſuſceptus anno Chriſti 1515. Hic conjugem habuit Mariam Ioannis Saxoniæ electoris filiam, & in Palatinatu à Ludovico avunculo ſuo diſcedens ita inſtructus erat, ut religionis cauſſa nemini ſubditorum ſuorum vim faceret. Etſi igitur ſub initium reformatæ religionis ipſe pontificius manſit: tamen reformatam doctrinam amplectentibus non admodum adverſus fuit. Erat verò in aula ipſius nobili loco quidam ortus, Iuſtus à Devvitz, vir prudens & in-

induſtrius. Is repugnantibus multis ſenſim paulatimq; Ducem Philippum ad amorem reformatæ religionis traducere conatus eſt. Nam ut ſcripta quædam Lutheri, Melanchthonis & Pomerani, inprimis verò Biblia ſancta & Auguſtanam confeſſionem legeret, permovit. Accedebant etiam admonitiones fratris ipſius ducis Barnimi, quibus tandem ita ceſſit Philippus, ut abjectâ religione pontificiâ reformatam amplecteretur. Converſus ad hunc modum ad Evangelii lucẽ, communi operâ cum fratre Barnimo animum ad emendandam Eccleſiam appulit, & accerſito VVitebergâ D Ioanne Bugenhagio, non ſolùm doctrinam Eccleſiæ, ſed ceremonias etiam & ritus ejuſdem fratres concordiſſimi correxerunt. Quod factum eſt anno Chriſti 1534. Sequente verò anno viſitatio Eccleſiæ per univerſum ducatũ ab eodem Bugenhagio ſuſcepta eſt, & ſucceſſu bono ſalutariq; perfecta. Ex quo Pomeranorum Apoſtolus ille Bu-

genhagius fuit cognominatus. Memorabile eſt,quod huic principi Philippo accidit, cum anno Chriſti 1536. à Luthero in arce Torgenſi cum ſponſa ſua Maria legitimè copulabatur. Finitis enim ceremoniis omnibus, Lutherus dextrā ſponſi diutius aliquantò tenens, & in cogitatione verſans voce clara tandem dixit: Dominus Deus ſit tecum, & ſemen tuum non deficiat. Benedictio hæc fuit divinitùs ex ore Lutheri prolata, quam etiam hactenus res eventusq́; comprobavit. Nam & ipſe Philippus prolem amplā habuit, & filius eius Bogislaus liberos complures genuit. Erneſtus verò Ludovicus, eiuſdem filius hunc Philippum Iulium, Ducem & Rectorem noſtrum, anno Chriſti 1584. in hanc lucem editum, poſt ſe reliquit, ad quem bona pars benedictionis Lutheri pertinet. Idem Philippus anno XXXVII. aſtuit in conventu Smalcaldico, ubi de certa formula doctrinæ in Eccleſia reformata agebatur, & de fœdere ad-

dverſus vim,ſi qua inferretur, ineun-
lo tractabatur. Ac doctrinæ quidem
eræ ſecundùm Auguſtanam confeſ-
ionem & fœderis etiam ſocium ſeſe
rofitebatur: ſed cum paulò pòſt fœ-
lus ad abuſum à nonnullis converte-
etur,renunciare ei Philippus cogeba-
ur.Nihilominus tamen propter invi-
liam Smalcaldici fœderis in pericu-
um & extremum penè diſcrimen de-
enit. Quo in caſu tanta fuit animi
nagnitudo in hoc principe, ut palàm
rofeſſus ſit, ſe malle quaſvis exilii æ-
umnas ferre, vel vitam etiam ipſam
rofundere, quàm professionem ve-
itatis abjicere. Fundatum eſt ab hoc
uce & fratre eius Barnimo anno
Chriſti XLI. pædagogium illuſtre,
uod etiam nunc Stetini floret, mul-
osque pueros & adoleſcentes alit at-
ue erudit.

Proavus noſtri Principis & Recto-
is fuit Georgius, natus anno Chriſti
493. Hic magnâ curâ tutatus eſt fines
uos ab excurſionibus hoſtium & à
do-

domeſticis latrociniis. Sigiſmundo Polonorum regi ſocium ſeſe præbuit in comprimendis Gedanenſibus, contra quos manum trecentorum equitum adduxit. E vita exiit anno Chriſti 1531.

Abavus noſtri Ducis & Rectoris fuit Bogislaus, à rebus geſtis cognominatus Magnus. Patriam enim afflictam & propè debilitatam belli incommodis ſuâ induſtriâ & fortitudine ita recreavit, ut ſeſe erigere ad ſpem pacis & tranquillitatis multis annis deſideratæ cœperit. Huius ducis extat memorabile ad omnem perpetuitatē monumentum biblicum. Nam Biblia ex interpretatione Lutheri anno Chr. 1545. VVitebergæ edita, in Pomeranicum idioma transferenda & imprimenda curavit chartâ elegante & cum figuris venuſtis atq; privilegio. Præpoſita eſt eius imago cum hoc Epigrammate:

Hæc tua te pietas docuit monumenta dediſſe
Bugslaue, ô magnum relligionis opus!

Omnis

Omnia prætereunt: majeſtas ſola manebit
Verbi, quod ſonuit cœlitùs ipſe pater.
Hoc dum proponis populis, patriæq; legendũ,
Ritè pater patriæ diceris eſſe tuæ.

Conjux eius erat CLARA Franciſci Ducis Lunæburgenſis filia. Natus fuit anno Chriſti 1454. mortuus verò anno Chriſti 1523.

Patruus magnus eiuſdem Ducis & Rectoris noſtri fuit *Barnimus IX.* qui in matrimonio habuit ANNAM Henrici ducis Lunæburgenſis filiam. Hic, cùm doctrina de Cœna Domini in controverſiam diſceptationemq; vocaretur, aliis aliter verba eius interpretantibus, mandatum dedit Theologis ſuis, ut de Colloquio cum diſſentientibus Theologis inſtituendo conſilium caperent, exquirendæ veritatis cauſſa. Pietatis hic fuit ardor, qui impulit principem maximè ſalutarem Eccleſiæ & patriæ, ut indagandæ veræ ſententiæ omnes vias perſequendas eſſe duceret, & nullis impenſis parceret, quò ad id, quod vnicè amplectendum

dum tenendumq́; nobis omnibus, immò ad tribunal Chriſti Iudicis afferendum eſt, perveniretur. Inſtituit quoq; unà cum Conjuge ſua noſocomium ante portam fœmineam, quæ Stetini eſt, idq́; reditibus ita locupletavit, ut in hodiernum vſq; diem homines ætate & annis confecti, præſertim ſi honeſtè pieq́; vixerint, benignè alantur. Mortuâ conjuge, nempe anno Chriſti 68. Novembris die VI. ipſe jam propè actâ decurſaq́; ætate, gubernatione omni ſeſe abdicavit, Anno C. *69*. Et cùm hærede maſculo deſtitueretur, Philippi filiis ditiones ſuas conceſsit, paucis reſervatis, vnde vitam ſuſtentaret ſuam. Sic ad Iohannem Fridericum Stetinenſis: ad Erneſtum verò Ludovicum VVolgaſtenſis ditio devenit. Barnimus verò anno Chriſti 73. Novembris die 1. Ederspurgi, cum annos 72. vixiſſet, mortem cum vita commutavit.

Cognomen ex pietate adeptus erat. Nam & pius & pacificus & probus prin-

rinceps fuit, quem mortuum lacry-
nis multis proſecuti ſunt ſubditi.

Non licet aſcendere altiùs, ac ſupe-
orum Ducum Pomeraniæ hiſtoriam
ttingere. Quod ſi mihi concederet
empus, quod brevius eſt, Deus bone,
uanta lux rerum præclarè geſtarum à
Ducibus Pomeraniæ mihi apud vos
icenti oboriretur! Poſſem enim penè
b anno Chriſti 933. majores noſtri
Ducis & Rectoris ante & poſt ſuſce-
tam religionem Chriſtianam recen-
ere, & penè in ſingulis memorabile
liquid oſtendere.

Quarum verò regionum, provincia-
um ditionumq; Dux eſt & Dynaſta
Philippus Iulius Rector noſter? Pri-
nùm *Stetini*. Eſt autem Stetinenſis du-
atus, cuius metropolis eſt Stetinum,
no & Pani fluminibus interceptus,
Florentiſsima Pomeraniæ pars, & ur-
es duodecim comprehendit. Appel-
ationem nonnulli à Sedinis populis,
quos Ptolomæus nominat, deducunt:
ed quà fide, ipſi viderint. Vſitatum
verò

verò eſt ex majori parte unamquamque rem appellari ſpectariq́ue. Icc irco etiam Stetini dux appellatur Rector noſter à florentiſſima Pomeraniæ parte & tanquam capite gentis. Fuit autem primus dux Stetini Bogislaus II. qui oppreſſis Slavis VVinitisq́ue Saxones in Pomeraniam introduxit. VViniti verò ἕνετοι ſeu Veneti, ſeu Vindi germanis ſunt Wenden/ de quibus paulò pòſt. Ceſſit è vita hic Bogislaus anno Chriſti 1222.

Alter avitus noſtri Ducis & Rectoris titulus eſt Pomeraniæ, quæ à ſitu nomen adepta eſt, quaſi dicas mare accolentem. Pomeranus enim maris accola eſt. Porrecta eſt autem Pomerania amplius quinquaginta milliaria germanica, ad littus Germanici ſeu Balthici maris: & diviſa eſt in citeriorem & ulteriorem à Suantibori liberis. Secundùm hanc diviſionem ipſa etiam gens in familias duas tributa eſt. Citerior enim Pomerania Germaniæ finitima, in qua Stetinum eſt, ceſſit

Ber-

ertislao & Ratiboro, ex quibus lon-
â, non interruptâ tamen ſerie, noſter
)ux & Rector propagatus eſt. Vlte-
or verò Pomerania ad Suantopol-
ım & Bogislaum devenit. Ac cite-
or quidem Pomerania maturè mo-
s, linguam & jura Germanicæ gen-
s imbibit, & in ordinem ſocietatem-
ue libertatis ac dignitatis Rom. im-
rii recepta eſt à Friderico Barbaroſ-
imperatore.

Eſt præterea Caſſuborum dux Re-
or noſter inclytus, qui quidem Caſ-
bi vel Caſſubii à Pomeranis inter-
tio maris & denſitate ſylvarum ſe-
nguntur, & verſus mediterranea Po-
niæ & Boruſſiæ extenduntur. Hi à
icis veſtium nomen habere dicun-
r, quibus à finitimis populis diſtin-
i fuerunt. Primus Caſſubiæ princeps
ominatur VVartislaus II. qui anno
hriſti 1186. è vita migravit. Poſtea
cenſetur in Pomeranica hiſtoria
gislaus, & poſt eum Sobislaus, Caſ-
borum & Pomerellorum, vel vlte-

Vu rioris

rioris Pomeraniæ princeps, qui relicta idolomaniâ ethnicâ ad religionem Chriſtianam tranſiit, mortuus eſt anno Chriſti 1187.

Quartus titulus avitus noſtri Principis & Rectoris eſt Vandalorum ſive Henetorum. Sunt autem Vandali non Gothica illa gens, quæ in Gallias, Hiſpaniam & Africam migravit, & à Beliſario Iuſtiniani Imp. duce deleta eſt: ſed Heneti ſeu Vendi ſunt, qui Vandalorum ſedes occuparunt. Hi ex Paphlagonia Aſiæ minoris regione progreſsi olim utramque ripam Viſtulæ & Viadri uſque ad Albim compleverunt. Et quia eiuſdem gentis appellationes ſunt Heneti, Veneti & Vendi, mutatione exiguâ cœperunt dici die Wenden. Ita factum, ut qui antiquitus Vandali, poſtea VViniti ſeu Winden appellati ſint, Pomerani ſcilicet inter Viſtulam & Viadrum ad mare habitantes, autore Helmoldo. Non propriè igitur Vandali nominantur hi populi. Vandali enim germanicè

è locuti ſunt, & jamdudum ex agris finibus Rom. imperii exterminati nt,ſed VViniti,Veneti & Heneti po- us appellantur.

Quintò Rugiæ princeps eſt Dux & ector noſter. Eſt autẽ Rugia vel Ru- landia inſula & pars Pomeraniæ, ontinens in circuitu milliaria 22. Hęc ocatur mater Sundij,& tametſi aquis omni parte alluitur & interluitur: men divinâ providentiâ ſic cuſtodi- r,vt neq; mergatur, neq; detrimenti iquid incolis adferatur. Populum ha- uit olim barbarum, ferocem & cru- elem. Venit autem in ditionem & oteſtatem Pomeraniæ principum mpore VVartislai IV. cuius ſtirps xtincta eſt anno Chriſti 1352.

Sextò comes eſt Gutzcoviæ princeps Rector noſter, quæ Gutzcovia Peni ivio à ducatu Stetinenſi, & princi- atu Rugiæ ſeparatur. Poſtremò Leo- urgi & Bythoviæ dominus eſt. Leo- urgum verò oppidum eſt & præfectu- ,ad Lebum fluvium ſita. Hæc cum

Bythovia eoum limitem Pomeraniæ claudit.

Tot & tantarum ditionum Dux, princeps & dynaſta eſt noſter Rector Philippus Iulius, quibus plerosque majores ſuos avos, proavos, & abavos ſuperat. Indole verò virtutis, continentiæ, ingenuitatis, moderationis & induſtriæ optimos quosque majorum ſuorum aſſequitur & exæquat, nempe ErneſtumLudovicum patrem, Philippum avum, Georgium, Barnimos, VVartislaos, Bogislaos & alios, qui ſucceſſione continuâ Pomeraniæ ducatum rexerunt, patriæque honorem, gloriam, cæteraque commoda auxerunt. Converſa jam tum ſunt in eum ora & oculi ſubditorum omnium, totus ſtatus patriæ terræ & ſpes civitatum, oppidorum, & partium ſingularum in eius poteſtate, gubernatione, prudentiâ & moderatione poſita & defixa eſt. Quid de nobis in hac Academia dicam, cui Rector ille ipſe divinâ quadam & ſingulari benigni-

nitate datus eſt? An non lætitiâ ſum-
iâ inceſſimus, ſimul atque de ingreſ-
eius in hanc vrbem nuncium acce-
imus? Quibus gaudiis exultavi-
ius, cum os eius vidimus? cum vul-
im ingenuum plenumq́ue comitatis
t clementiæ perſpeximus? Profectò
cademia tota ad te, Philippe Iuli
rinceps, cum omnibus membris ſu-
,profeſſoribus & ſtudioſis ſeſe effun-
ebat, cum ingredientem te ad ornan-
um & augendum noſtrum ordinem
idebat.

Spectaculum profectò erat perju-
undum, & eſt hodie, Illuſtriſſimum
rincipem Rectoremq; noſtrum ma-
nificentiſſimum videre ſtipatum ſe-
ectiſſimorum conſiliariorum & mini-
trorum frequentiâ, inprimis *Bernar-
li Bugenhagij*, Domini hæreditarii in
Nericg, Marſchalli provincialis, &
ulæ moderatoris, cujus veneranda
anities, comitas & prudentia mirifi-
cè homines ad ſe convertit & rapit:
Deinde *Eraſmi Kuſſovij*, Domini hære-

ditarii in Neggart, aulæ Camerarii, dicendi faciendiq́; ſapientiâ & facultate mirifica præditi, de gente & familia eius Kuſſovii, qui ante annos non ita multos Bogislaum X. Pomeraniæ ducem Piritii ab Alberto Marchione, quem Germanicum Achillem cognominarunt, circumſeſſum, incredibili ſolertia & celeritate comparatis copiis ab omni moleſtia expedivit. Huius pater *Chriſtianus Cuſſovius*, Ioannis Friderici, Erneſti Ludovici, & Barnimi fratrum moderator in Academia VVitebergenſi fuit, quò ingenii uberioris cultus capiendi cauſſa miſſi fuerant: Vir diſertiſſimus & Iuris civilis diſciplina, omniq́ue doctrina liberali eruditiſſimus: Tum *Friderici Gerſovij*, qui præceptor datus Principi ac Rectori noſtro compluribus annis inclytum eius pectus maximarum & plurimarum rerum ſuavitate, copia, & varietate complevit & erudivit. Huius pater Timotheus Gerſovius Ioannis Friderici Pomeraniæ Ducis, Philippi Iu-

ılii Ducis & Rectoris noſtri patrui
ræceptor fuit. Tacitus prætereo cæ-
:ros, ne parciùs de iis dicere, quàm
irtus eorum meretur, videar.

Exhilaraſti certiſſimè, princeps il-
uſtriſſime, Chriſtianum II. ſacri Ro-
ıani imperii Septemvirum, exhila-
aſti inclytos eius fratres, Ioannem
ſeorgium & Auguſtum Saxoniæ du-
es, dominos noſtros clementiſſimos.
ːxhilaraſti nominis tui famâ totum
ucatum Saxoniæ. Quid enim per
)eum immortalem vel ipſis princi-
ibus noſtris poteſt accidere jucun-
lius? vel ducatui Saxoniæ honeſtius?
quàm quod tua Celſitudo Lipſicæ A-
ademiæ, Auguſtus verò Saxoniæ dux
Vitebergicæ Rector eſt? An non
ıoc decus? an non ornamentum ma-
imum eſt, in duabus Academiis no-
trorum principum duos eſſe Rectores
nclytos, ad ſummam laudem omni-
ɔus rebus ornatos principes? Læte-
nur igitur tanto bono nos quoq;, qui
ſub tanto duce & Rectore ſtudia libe-

ralia tractamus, colamus eum, veneremur, obſervemus, & ſummiſſè ei obediamus, accuratè caventes, ne vel verbis vel factis ullis eum offendamus, aut moleſtiam aliquam illi exhibeamus.

Gratum autem Celſitati eius maximè faciemus, ſi ſuo loco munus quiſque ſibi commendatum ſedulò fideliterque exequetur: docentes quidem res utiles, ſalutares & neceſſarias auditoribus ſuis tradendo & inculcando: diſcentes verò ſeu ſtudioſi, lectiones publicas frequentando. Hoc enim ſcire debent ſtudioſi, ſe ad hoc officium obligatos & obſtrictos eſſe, ut præceptores audiant, ab ore eorum quaſi pendeant, & inſtrui ſeſe omni doctrina liberali ab iis patiantur. Providebunt igitur ſtudioſi, quicumque diſcendi cauſſâ hîc commorantur & ſumtus faciunt, ne lectiones ſibi neceſſarias negligant, auditoriaque publica fugiant, ſed laudi potius id ſibi ducant, ſi in lectoriis, ubi doctrina

libe-

iberalis ſonat, ſeſe conſpici crebrò ſi-
ant. Ita enim demum nomen de-
usque ſtudioſorum tuebuntur. Eſt,
uemadmodum intelligo, cœtus ſtu-
ioſorum non contemnendus in hac
Academia: plures abſque dubio hoc
anto & tam illuſtri Rectore huc con-
uent. Quò autem plures ſtudioſos
abet Vniuerſitas, eò turpiùs eſt au-
litoria vacua relinqui. Quod miran-
ur omnes exteri, quibus perſuaſum
eſt ſtudioſos in lectionibus, congreſ-
ibus: & diſputationibus publicis con-
pici oportere. Idque feciſſe certum
ſt omnes, qui hoc tempore vel in
rincipum aulis, vel in Eccleſia, vel in
cholis, vel in Rebuſpubl. eruditionis
liqua laude excellunt. Horum igitur
xemplum imitari debent ſtudioſi,
quotquot inſervire communibus uſi-
bus cupiunt.

Quod ſupereſt, Deum æternum pa-
rem Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſup-
plices oramus, ut illuſtriſſimum no-
ſtrum Septemvirum, fratreſque eius

inclytos Ioannem Georgium & Auguſtum Saxoniæ duces, dominos noſtros clementiſſimos, vnà cum matre vidua benigna & pia ſalutis noſtræ curatrice; tum illuſtriſsimum ducem Stetini Pomeraniæ Caſſuborum & Henetorum, Rugiæ principem, &c. Rectorem & Dominum noſtrum clementiſſimum pro immenſa bonitate & clementia ſua gubernet & ducat, omniáque illorum conſilia, ſtudia & actiones ita fortunet, ut ſint ipſi inprimis gratæ, tum nobis etiam omnibus, & Academiæ toti utiles & ſalutares. Poſtremò ardentibus votis eundẽ rogamus, ut cœtum quoq; docentium & diſcentium in hac Academia, umbrâ manus ſuæ protegat & cuſtodiat, ne labe, periculo aut incommòdo aliquo in curſu pietatis & ſtudiorum rectorum impediatur.

Optata hactenus obtigére omnia: lætiſsimus erat Rectoris noſtri in hanc vrbem ingreſſus, jucundiſsimus fuit, & eſt adhuc eius conſpectus, fauſta

pro-

proſperaq́; ipſius gubernationis initia, ſucceſſus maximè ſalutaris. Suſtulimus itaq; manus, quemadmodum debuimus, & gratias Deo egimus, qui talem & tantum principem Rectorem nobis dediſſet. Recordamur etiam, quoad is apud nos commoratus eſt, pacata, tranquilla, quieta fuiſſe cuncta. Vidimus ipſius celſitatem in publicis congreſsibus, conſpeximus in diſputationibus, & exercitationibus Academicis: Ex quo documenta capere potuimus, quantum commodi ad excitanda juventutis ſtudia perventurũ eſſet. Magnam enim vim eſſe illuſtris exempli quis ignorat? An non verò pudebit, pœnitebitq́; aliquando perverſitatis ſuæ eos, qui totos annos cõſumunt in Academia, & trecentos, quadringentos Ioachimicos abſumũt, nec lectionem ullam ullius profeſſoris publici audiunt? Vt autẽ læta fuerunt hactenus Rectoris noſtri principia: Sic triſte nimis eſt, quòd abitum à nobis ille ipſe Gubernator noſter tàm com-

commodus, clemens, benignus, illuſtris, & glorioſus celeriùs omnium noſtrûm opinione parat. Cùm enim complurium provinciarum atque ditionum Dominus ſit, & jam tùm in fidem, clientelamq; ſuam ſubditos ſuos receperit: non ſinit eum cura ſuſceptæ gubernationis diu abeſſe. Deſiderant illum ducatus, requirunt civitates, poſtulant oppida, ſitiunt agri, nihil denique eſt vſpiam in Pomerania, quod Domini, ac Principis ſui præſentiam nō exoptet. Intelligit etiam ipſe, quid ſubditis ſuis debeat, & quod debet, benignè etiam, liberaliterq; præſtare in animo habet. Quocirca aſſignatum ſibi honorificentiſſimum in Academia noſtra munus, benè feliciterq; inceptum atq; geſtum hactenus, relinquere in medio curſu cogitur. Priùs tamen excurrere aliquanto longiùs, & peragrare plures Academias, atque regiones expetit, vt inſtructior rebus, bono & potente principe dignis, ad ſuos paulò pòſt redeat. Nobis

cer-

ertè non poteſt non luctuoſus, acer-
ous & gravis eſſe tuus, ô princeps Il-
uſtriſs. Rector Magnificentiſs. tam in-
pinatus diſceſſus, utpote, cuius beni-
gnitatem in nos ſingularem perſpexi-
nus, cuius clementiam multis rebus
xperti ſumus. Pro quibus quidem
eneficiis, quâ par eſt, & convenit,
ummiſſione, & reverentiâ tibi gratias
gimus, proſpera, fauſtaq; omnia tuæ
Celſitati tàm præſenti, quàm abſenti
recamur, &, ut ſemel conceptũ erga
os amorẽ in tempus omne cõſervet,
ogamus. Quoties mentes noſtræ ad
uam Celſitatem ſeſe reflectent? quo-
ies tuam Clementiã requirent? quo-
ies hoſce parietes lectorii intuentes,
n memoriam Rectoratus tàm illuſtris
edibimus? Sed magis tamen dolen-
er diſceſſum Illuſtriſſimæ Celſitatis
uæ ferremus, niſi poſt ſe relinqueret
la Prorectorẽ, cuius vicariâ operâ de-
nceps Academia gubernabitur. Cu-
is quidem induſtria: & fides cum
obis omnibus perſpecta & cognita
ſit;

ſit; meritò in eius curâ, & erga nos benevolentiâ acquieſcimus; confidimusq́; adeò, ſtudioſos etiam propter Illuſtriſſimæ Celſitatis tuæ nomen recordationemq́ue huic Prorectori noſtro piè, recteq́ue obtemperaturos eſſe. Idq́; ut faciant, modis omnibus hortamur atq; optamus.

Illuſtriſsimi Principis ac Domini, Domini

PHILIPPI IVLII,

STETINI, POMERAniæ, Caſſuborum & Henetorum Ducis, Rugiæ Principis, Gutzcoviæ comitis, & Leopurgi Bythoviæque dynaſtæ

Cum Illuſtriſsimâ, & ſelectiſsimâ principe, ac Dominâ, Dominâ

AGNETE,

IOANNIS GEORGII MARchionis, & Electoris Brandeb. filia,

NVPTIIS

Gratulatio Academiæ Lipſienſis ſummiſsè reuerenterq́ consecrata, anno Christi 1604. die Iuniȷ 24.

MATTHAEVS DRESSERVS.

ILluſtriſsime princeps, Domine clementiſsime, dulciſsimum eſt elogium, quod Muſæ in

in nuptiis Cadmi Regis Bœotiæ cecinerunt: *Quod pulcrum eſt, amabile eſt: quod pulcrum non eſt, id amabile non eſt.* Fuit nimirum Cadmo cum Muſis perjucundum commercium. Itaque ne in nuptiarum quidem celebritate Cadmus à Muſis, neq; Muſæ à Cadmo disjunctæ eſſe potuerunt. Fuit autem ſponſa Cadmi Harmonia, quâ voce conſenſus, concentusq́;, qui æquabilitate, convenientiaq́; ingenii & morum conſtat, notatur. Hæc nupta Cadmo, conjugium mirâ ſuavitate conditum effecit. Vtrumq; eſt Muſarum, quæ divinitus hominum generi donatæ ſunt, beneficium, vt & in ſponſo vera humanitas ex diſciplinis honeſtis nata luceat, & in ſponſa mutuus, æquabilis, & temperatus amor in ſponſum ardeat. Meritò igitur Cadmus Muſas ad nuptiarum ſuarum ſolennia invitavit, & Muſæ viciſsim humanitatis memores Cadmi nuptias, modulatione & accentu jucundo decorârunt.

Eſt autem inprimis ſuave, ac memora-

norabile Muſarum epithalamiũ, quo
Cadmi iniens matrimoniũ cum Har-
monia honeſtârunt. Declarat enim
mirificam vim honeſtatis, ſive virtu-
is, quæ tanta eſt, vt ad ſe diligendum
lliciat, atq; rapiat. Quo quidem elo-
io vinculum ſummæ conjunctionis,
uæ eſt inter conjuges, bellè exprimi-
ur. Quid enim eſt, quod amorem mu-
uum ſponſi, & ſponſæ gignit & conti-
et, niſi honeſtas vel virtus, quæ animi
ſt affectio, laudabiles, atq; amabiles
fficiens, eos in quibus eſt?

Sed quorſum hæc omnia ſpectant?
d te, Dux Philippe Iuli illuſtriſſime,
onſe inclyte, qui & principatum te-
es non minorem Cadmo, qui in Græ-
ia circa annum mundi 2507. floruit, &
um Muſis ſeu liberalibus ſtudijs com-
ercium ab ineunte ætate habuiſti,
m ſponſam virginem ingenio, & mo-
bus tuæ generoſitatis maximè con-
enientem tibi delegiſti, cum qua tem-
us vitæ, quod conceſſurus eſt Deus,
anſigas. Ac commercii quidem tui,

 quod

quod cum Muſis in hac Academia tuæ celſitati fuit, nos, quotquot vel in docendi, vel diſcendi munere verſamur, teſtes, & præcones jure, & meritò ſumus. Spectatores enim fuimus incredibili cum voluptate ſtudiorum, & actionum tuarum laudabiliſſimarum: quæ cum ad commodum, honoremq; non tam tuæ celſitatis, quàm Academiæ totius directæ fuerint, non invenimus, quibus laudibus eas efferamus. Ingrati certè ſimus, niſi immortalem gratiam tibi nos debere profiteamur. Simul atq; enim pedem in Academiam poſuiſti, mira gratulatio edita eſt, incredibilis plauſus datus, parietes equidem, & tecta propè ipſa ingreſſu tanti hoſpitis exhilarata ſunt. Nos quidem moram nullam interponendam eſſe duximus, quin id, quod ab illuſtriſſimo, & clementiſſimo Domino noſtro electore Chriſtiano II. in mandatis habebamus, exequeremur. Maturè itaq; adventantem celſitatem tuā debito, & humili obſequio, honore, & reve-

everentia excepimus,operam,ſtudiū,
z induſtriam, quantum navare poſſe-
nus, maximam prolixè deferentes.
Emicuit illico ex facie, & habitu
orporis celſitatis tuę,quaſi lumen ali-
uod veræ generoſitatis, ingenui pu-
oris,& clementiæ,benignitatisq́; do-
umenta apparebant plurima. Muſis
oſtris te amicū præbebas,profeſſori-
us literarum,ac diſciplinarum bene-
olum præſtabas, ſtudioſis patronum
rofitebaris. Advenit tempus & illuxit
le dies, quo Academiæ Rector deſi-
nandus erat. Hîc quamvis profectus
ſſes,tamen,cùm in reditu cognoviſſes
mnium mentes, & voluntates in tuã
elſitatem inclinatas eſſe, nec alium
ræter te, moderatorē Academiæ ex-
eti, DEVS bone,quantâ celeritatè,
uantis itineribus advolaſti,ut deſide-
um vniverſitatis lenires,& gaudium,
uod ſpe conceperamus omnes,exple-
es;Rediiſti in tempore,delatū Recto-
s munus magnificum amplexus es,
lq́ue pro tua illuſtriſſima celſitate, &

amplitudine reddidiſti magnificentiſſimum.

Tum more, inſtitutoq; Academiæ actum præſentationis ſeu commendationis publicum inſtituiſti, ad quem habitu rectorali, magno tamen principe digno, te equitantem vidimus, certatim ſecuti ſumus, & ſummiſſè, reverenterque deduximus: In collegium vbi ventum eſt, nihil prius, nihil antiquius celſitati tuæ erat, quàm ut oratione gravi, & juſta ipſius pia, & clementiſſima in Academiam, & omnia illius membra affectio declararetur, cunctisq; pateſieret; tum ut ſplendore, & gravitate eximia actus totus celebraretur.

Aderat docentium & diſcentium cœtus non exiguus, aderat ſenatus frequens, nec ullus erat, qui conſpectu generoſiſſimæ celſitatis tuæ non apprimè delectaretur. Te ora omnium, te oculi intuebantur, te caput Academiæ agnoſcebamus, te ducem ſtudiorum honeſtorum, te magiſtratum nobis con-

ontigiſſe impenſè omnes lætabamur. pectaculum erat jucundiſſimum, do-
ımentum verò illuſtriſſimum, gene-
oſi tui animi in Academiam, amo-
ſq; erga docentes pariter, & diſcen-
:s ſermonibus, & literis celebrandi.
inctus erat conſeſſus coronâ ſenum,
juuenum utriuſq; ordinis Academi-
, & Senatorii, quem inprimis orna-
ant aulæ tuæ conſiliarii, & adminiſtri
tate, & gravitate conſpicui. Perſo-
abant aures ſtudioſorum vocibus ad
udium, curamq; pietatis, modeſtiæ,
ſalutaris doctrinæ inflexis, nemoq;
enè noſtrum dubitabat, quin illuſtriſ-
mæ celſitatis tuæ exemplo inflam-
ati ſtudioſi, majorem curam in co-
noſcendis, atq; colendis diſciplinis,
ım in regendis moribus deinceps eſ-
nt adhibituri. Adeò in te omnium
ra, vultusq; converſi erant, nec vllus
perie batur, qui non ad ductum tuũ
ſe applicaret. Splendor erat tantus,
major in Academico cœtu vix eſſe
oſſit. Quo finito inflatis inſtrumentis

Xx 3 muſi-

muſicis concentus ſuaviſſimus in exe-
undo adhibebatur.

Vidimus proceſſu benè longo re-
ctorem magnificentiſſimum incedere,
fulgentibus ſceptris, & comitantibus
cunctis, qui vel in Academia, vel in ſe-
natu aliquâ dignitate aut munere fun-
gerentur. Spectavimus rectorem redi-
mitum epomide, & habitu novo, qui
poſtea Academiæ donatus eſt, ut mo-
numentum eſſet perpetuæ memoriæ
conſecratum.

Apparatum erat epulum omnibus
rebus lautè opipareq; inſtructum: ac-
cedebat muſica omnis generis, nec ea
vulgaris, ſed ex ſelectiſſimis artificibus
conflata, ſuave condimentum & orna-
mentum convivii. Quæ cum honori-
fica Academiæ, jucunda nobis omni-
bus acciderent, non poſſumus non af-
fici deſiderio celſitatis tuæ, eamque in
oculis noſtris, perinde ac ſi adhuc co-
ram cerneremus, ferre. Effluere quidē
ex animis noſtris hæc tuæ celſitatis a-
cta minimè poſſunt. Sunt enim illuſtre
& evi-

z evidens documentum amoris tui
ımmi in Muſas, Academiam, & diſci-
linas honeſtas atq; liberales. Quò ſa-
è doluimus graviùs, conſpectu, & be-
ignitate tanta diutius frui nobis mi-
us licere. Et in diſceſſu tuo non lacry-
ıis ſolùm ſed animis etiam, te perſe-
uti ſumus. Sed ita ferebat impetus a-
imi tui, ſic poſtulabat curſus ſtudiorũ
ıorum, ut non contentus vna Acade-
ıia, at multò plures regiones, provin-
iãs, & regna adires. Abjecta igitur o-
ıni cunctatione, remotisq; arbitris,
ıſceptum induſtriæ, & gloriæ curſum
onfeciſti. Peragraſti Germaniam, lu-
raſti Italiam, perquiſiviſti latebras, &
eceſſus Galliæ, iniiſti gratiam à Regi-
us, & Principibus diverſarum gen-
ium, & nationum, nec quieſcendum
ibi eſſe arbitratus es, niſi id, quod in-
enderas, perfeciſſes.

Ex quo ſanè factum eſſe lætamur,
t nunc fructum quoque itinerum, &
eregrinationum tuarũ conſequaris,
z perpolitus humanitate inſtructusq;

literis,ac ſcientiâ,uſuq́ue variarum rerum non ſolùm gubernationem paternarum,& avitarum ditionum proſperè,feliciterq́; ſuſcipias, ſed ſociam etiã vitæ Agnen virginẽ Brandeburgicam, pudicam, caſtam, amabilem, moribusq́; & ſtudiis tuis apprimè convenientem nanciſcaris. Quid enim eſt Agnes,quæ in thalamum tuum venit, niſi pura, caſta, & integra? quæ quàm apte Harmoniæ Cadmi ſponſæ congruat, ipſa vocum vis, atq; ſimilitudo indicat. Nam in caſtitate etiam concentus eſt virtutum dulciſsimarum, pietatis,pudoris, verecundiæ, temperantiæ, gravitatis, modeſtiæ, & cura ſeu ſtudium mundiciei in animo & corpore cum voluntate Dei, & honeſtate congruens. Eſt autem amabile ſemper,quodcunque purum,pium, & honeſtum eſt.

Quid amabilius fuit Agnete illâ virgine caſtâ, & Chriſtianæ religionis amore ardente, quando non ſolũ caſti pudoris ſui decus à libidine &petulan-

tia

ia Romani prætoris Symphoriani filii
umma conſtantia tuebatur,ſed à pro-
eſsione etiã veræ doctrinæ tranſver-
um unguem non diſcedebat? Quid
mabilius erat Dorothea Alexandrina
uella, quæ ob religionem Chriſtianã
apitis condemnata liberari potuiſſet,
i expugnare pudicitiam ſuam à Ma-
entio tyranno,quo Sol vix quicquam
rudelius vidit, paſſa eſſet? Eſt igitur
omen ipſum Agnetis pulcrum, & a-
nabile non minus, quàm Harmoniæ,
ua concentus ſuavis denotatur.

Quod cum ita ſit, jure, & meritò et-
am Muſæ celſitatis tuæ nuptiis gratu-
antur,& læta comprobatione plauſus
lant,verſum dulciſsimum accinentes:
*Quòd pulcrum eſt, id jucundum eſt, & a-
nabile ſemper.* Vtinã verò noſtræ quoq;
Muſæ Lipſicæ celſitatis tuæ nuptiis,
pithalamium conveniens, & gratum
ccinere poſſent! Agnoſcimus equidẽ,
dq; præ nobis ferimus, debere nos o-
nnes nervos contendere,ut & læticiã
oſtram in illuſtriſsimæ celſitatis tuæ

 nu-

nuptiali ſacro expromamus, & quam jucũda nobis ad illud invitatio honorificentiſſima fuerit, declaremus. Quã enim clemens, quàm liberale hoc eſt celſitatis tuæ factum? quo quidem tantus cumulus ad amorem priſtinum erga nos acceſſit, ut nunc deniq; amare nos, ante dilexiſſe videaris. Sed notæ ſunt celſitati tuæ operæ noſtræ quotidianæ in Academia, in quibus nos diligentiam adhibere decet eã, quam & dignitas, & uſus univerſitatis poſtulat, & communium ſtudiorum ratio requirit. Confidimus ergò celſitatem tuam haud ægrè laturam eſſe abſentiam noſtram: quæ tamen eiuſmodi eſt, ut quamvis corporibus abſimus: animis tamen adſimus, & lætis plauſibus tuæ celſitatis tàm illuſtre, tamq; fauſtum, & amabile conjugium gratulemur.

Fuit neceſſitudo, affinitas, cognatio arcta & dulcis, domus Pomeranicæ, & Brandeburgicæ, inde uſq; ab imperio Friderici III. ab anno ſcilicet C. 1470. & tanta quidem ut nòn ſolùm tituli,

atq;

.tq; inſignia Pomeraniæ ducum cum
Marchionibus Brandeburgicis, com-
munia ſint, ſed ſucceſſio etiam condi-
ione, & modo quodam ad eoſdem
ertineat. Hæc conjunctio majorum
uorum tuo hoc fauſtiſſimo conjugio
on modò renovatur, ſed augetur po-
ius, atq; confirmatur. Quid igitur læ-
ius hoc matrimonio tuę celſitatis eſſe
oteſt? quæ ſponſa inveniri potuiſſet
ptabilior? quæ potior? quæ amabi-
or? ſumma eſt utriuſq; familiæ di-
nitas, ſumma laus. Et ſi antiquitatem
eneris, ſi magnitudinem ditionum,
opes, ſi potentiam ſpectamus, am-
liſſima hæc in utraq; parte reperiun-
ur. Longè lateq; diffuſa eſt proſapia
Marchionum, & Electorum Brande-
urgicorum, ut Platano ramis patulis
iffuſæ ad complectendum, atque te-
endum complures populos, & natio-
es ſimilis eſſe videatur. Ad huius igi-
ur dignitatem, & amplitudinem ſeſe
ggregare omnium ſplendidiſſimum,
: honorificentiſsimum eſt.

Faxit

Faxit Deus, ut hæc nova ad priſtinam cognationem, affinitatē, & conjunctionem acceſsio perpetuum, & firmum ſit vinculum conſenſionis, concordiæ, neceſſitudinis, & benevolentię tàm privatim, quā publicè profuturæ. Nos quidem gaudium ex hac ſuaviſſima copulatione atq; conjugio conceptum minimè diſsimulamus, ſed præ nobis ferimus omnes, & vt proſperum, fauſtum illud ſit, optamus. Tum autorem etiam huius ſanctiſsimi, & amabiliſsimi fœderis, Deum æternum, benignum, & miſericordem prece humili, ardenti tamen rogamus, vt quod cœpit in vobis opus bonum, id pro immenſa bonitate, & clementia ſua perficiat, & conjugium hoc veſtrum ſtabiliat, firmet, fortunet, augeat, amplificet, ornet & ſalutare vobis, Eccleſiæ, & Reipublicæ Chriſtianæ eſſe ſinat.

In

IN EXEQVIIS Illuſtriſsimi Ducis Saxoniæ FRIDERICI VVILHELMI Oratio:

Habita in Academia Lipſica gratæ recordationis cauſa:

à

MATTHAEO DRESSERO

Die 15. Octobr. Anno 1602.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI, AC DOMINO, DOMINO IOANNI Saxoniæ Duci, Duringiæ Landgravio, Miſniæ Marchioni, Domino ſuo clementiſs.

ILluſtriſsime Princeps, Domine clementiſsime, quod in mandatis habuimus ab Illuſtriſsimo

Prin-

Principe ac Domino, Domino Chriſtiano II. Duce Saxoniæ, Sacri Romani Imperij Archimarſchallo & Septemviro, Domino noſtro Clementiſsimo, id pro fide & obedientia, quam ſuo Domino ac Magiſtratui debent ſubditi, executi ſumus, & Illuſtriſsimo Principi ac Domino, Dn. Friderico Guilelmo, Saxoniæ Duci, in templo Paulini Collegij decenti ritu & frequente conventu Academiæ & Senatus Politici parentavimus. Non enim ſanctum eſt oblivíſci beneficiorum, quæ ab Illuſtriſsima eius Celſitate in nos omnes & ſingulos toto decennio, quod Septemviratum Saxoniæ adminiſtravit, collata ſunt. Iccirco iure omni gratis mentibus ea repetivimus, prædicavimus, &, quoad eius facere potuimus, amplificavimus. Cum autē more quodam rerum humanarum fiat, vt facilè ex animis effluāt, quæ ſine ſcripto ver-

verbis efferuntur: ſapienter ſimul & graviter ab Illuſtriſſimo Septemviro, Domino noſtro clementiſſimo, præceptũ eſt, ut typis deſcripta oratio, quæ in hoc parentationis actu habita eſt, cum omnibus communicaretur. Futurum eſt abſq; dubio, ut iſto pacto res ab Illuſtriſſimo Duce Friderico Guilelmo geſtæ, quaſi monumento cuidam conſecratæ in memoria poſteritatis hæreant firmius. Patria & Avita hæc eſt Saxoniæ Principum virtus, ut & ſapienter Rempubl. adminiſtrent, & religionis, literarum, iuſticiæ, pudoris, & diſciplinæ curam ſuſtineant. Quæ decora cum de Friderico Guilelmo omni ratione prædicari poſſint, meritò paternæ laudis præconium, & ſapientis moderatæq; gubernationis teſtimonium in hac oratione tribuitur.

Cum autem fraternæ gloriæ ſocietas

ad tu-

ad tuam Celſitatem Ioannes Saxoniæ Dux inclyte, multò maxima ex parte pertineat: non committendum eſſe existimavi, ut abſq; mentione nominis tui inclyti ea in vulgus exiret. Nec officij ſatis memor eſſe viderer, niſi tuæ Celſit. cuius patrocinio, fidei, virtuti, ac tutelæ liberi impuberes Friderici Guilelmi Ducis commendati ſunt, hunc parentationis actum conſecrarem. Quod igitur à pio & debito erga Illuſtriſsimam tuam Celſitatem ſtudio proficiſcitur, id, ut pro innata clementia tua placidè accipias, prece humili contendo. Lipſ. Calend. Novemb. Anno 1602.

Tuæ Illuſtriſſimæ Celſitatis

Obſervantiſſimus

Matthæus Dreſſerus.

Illu-

Illuſtriſsimi Ducis Saxoniæ Dn.

FRIDERICI GVILELMI EXEQVIÆ

in Academia Lipſenſi pietatis ergò adhibitæ.

IVſſus à vobis, Magnifice Dn. Prorector, lectiſſimique Aſſeſſores conſilii Academi-, Illuſtriſſimo Principi, ac Domino, n. FRIDERICO GVILELMO Sa-niæ Duci parentare, orationem huc fero, non ſplendore multo, ſed pie-te tanta, quantā animus meus con-pere poteſt, refertam. Accommoda-enim me ſtudeo ad exemplum Ni-æ, qui apud Thucydidem ait; ſi-non tam multa, quàm neceſſaria, & ilia eſſe dicenda. Propoſitum igitur ihi id erit unicè, ut extra cauſſam ni-l, de re verò ipſa, quæcunq; poſſum, mmoda, & ad uſus noſtros apta ex-

 ponam.

ponam. Dignitatem enim orationi per ſe tenui veſtra conciliat autoritas, vtilitatis verò ratio omnis mihi expediēda eſt. Quid eſt autem in hoc toto genere, quod aptius rebus noſtris eſſe poſſit, quàm grati animi declaratio erga eum, qui tantoperè de nobis meritus eſt? Ex meritis igitur huius Ducis materies, & quaſi ſeges totius orationis manabit. Promerita autem quanta, & qualia ſint, non aliunde, quàm ex commemoratione actorum eius in Septemviratus Saxonici adminiſtratione cognoſcentur. Itaq; hiſtoriam decem annorum, quibus Electoratum Saxoniæ gubernavit, ordine perſequemur. Inde enim non tàm principium eius adminiſtrationis ſalutare, quàm progreſſiones lætæ, & exitus deniq; iucundus maximè conſpicietur. Vtinam verò in me ea eſſet facultas, ac dicendi vis, ut, non dicam exornare, ſed enarrare res tantas poſſem! Verùm, quod nobis minus ſuppetit, id ut largiatur is, qui fons & autor eſt omnis ſapien-

tia

e, & eloquentiæ IESVS CHRI-
STVS, prece,& ſupplicatione humili
timus.
Tempus erat luctu, & ſqualore ple-
m, cum caput, & columen Septem-
ratus Saxonici CHRISTIANVM I.
a nobis eriperent. In hunc enim
n ſolùm noſtri, ſed penè totius Ger-
niæ oculi erant conjecti. In hoc
ei & præſidij plurimum, poſt DEVM
mortalem, poſitum habebamus:
nc propugnatorem & cuſtodem re-
ionis, juſtitiæ, pudoris agnoſceba-
is. Ab hoc tranquillitatem, ocium,
cem, cæteraq; bona à Divo *Auguſto*
tre illius relicta expectabamus. Et
idem licuit nobis frui commodis
is, quoad in vitâ ille remanſit. Non
nis neceſſarijs deſtituebamur: non
fenſione juſtâ carebamus: non pa-
ocinium Eccleſia, non ſcholæ, non
litia in parte vllâ deſiderabat. At
eu, hoc ipſo duce, & vindice
ri, & vigilante, concepta, vel cer-
attentata eſt fraus quædam in-

expiabilis, cùm quidam aliud longè ſ
mulantes, mutare quædam in religi
ne firmis radicibus alioqui defixa,
terentur. Non enim apertè religio p
tebatur, ſed cuniculis quaſi quibu
dam oppugnabatur, & identidem t
men illuſtre & ſpecioſum nomen prin
cipis prætexebatur. Inde convelli cœ
perunt ritus conſenſione ſumma h
ctenus in Eccleſia conſervati, & à Lu
thero ipſo ad nos translati. His en
initiis orſi, mox labefactare doctrin
ipſam religionis conabantur. Talibu
conatibus quicunque obviam iban
aut reſiſtebant, hi ſedibus ſuis co
vulſi vel ejiciebantur, vel in diſcrim
exiſtimationis, & fortunarum addu
cebantur. Recordari hæc poſſunt mul-
ti adhuc ſuperſtites, qui gemitibus, &
lacrymis ardentibus impendentem
calamitatem deplorârunt. Imò n
conflictanti quidem cum morbo, &
cum morte ipſa principi parcebatu
Adeò longè lateq; indies malum ſe
pebat. Incidit in medium diſcrimen
&

ſtatum miſerabilem fatalis exitus
incipis ex hac vita, quem largiſſimè
ofuſis lacrymis ita proſequebamur,
eo ſublato, neque ſpei, neque præ-
ii ferè aliquid nobis relictum puta-
mus.

At evênit inenarrabili clementia,
que beneficioDei, ut non tàm agna-
onis jure, in aurea bulla expreſſo,
àm aperta principis Electoris de-
ratione,& voluntate, tutela impu-
rum liberorum, & adminiſtratio
ectoratus ad Fridericum Guilelmũ
xoniæ ducem illum, de quo nobis
mo eſt, deferretur. Hic ergò tan-
am ſidus aliquod fauſtum, & ſaluta-
rebus noſtris perturbatis lumen at-
lit, Electoratum penè in humeros
os extulit, & præſidio, ſolatioq; ſuo
licta omnia recreavit. Hic mœſtam
duam inprimis dulci ſermone affa-
s, doloris eius acerbitatem non pa-
m mitigavit. Hic pupillos ample-
tus eſt, fovit, in manibus habuit. Hic
cundùm ſapiens Platonis præſcri-

ptum, Reipubl. corpus totum curan
dum ſuſcepit, nec partem aliquam tu
tatus eſt, reliquas deſeruit. Autores
mutationum ante omnia amovit: exu
les verò, quibus nulla ſua culpa munu
officii abrogatum erat reſtituit, & , u
in priſtinam dignitatem ac integrita
tem omnia reducerentur, elaboravit.
Habebat ad eam rem parata ſtudia
cum aliorum ordinum, tum equeſtris
etiam, à quo certè adjuvabatur in o-
pere honeſto, pio, & ſalutari, ſtrenuè,
officioſè, & fideliter. Tùm conſiliario-
rum etiam operâ experiebatur prom-
tam. Hæc initia erant gubernationis,
quæ ita ſeſe dabant, ut tanquam in
herbis ſignificarent, quantæ fruges eſ-
ſent ſecuturæ.

Quemadmodum autem omnia, quæ
fiunt, quæq; aguntur, lenioribus prin-
cipiis natura prætexuit: Ita princeps
Adminiſtrator noſter omnia ad eum
modum egit, ut moderatio, & gravi-
tas cum ſpecie quadam liberali appa-
reret. Acceerſitus ego Merſeburgum,
ub

bi tum res Eccleſiaſticæ quædam, ſi
robè teneo, conſtituebantur, vidi
tatim formam imperii, jure & pietate
lenam: in principe prudentia, & mo-
leſtia admirabilis elucebat, cui pudor
oneſtus claram & ſtabilem compara-
at autoritatem. Conſiliarios verò
idere mihi videbar graves & mode-
atos, ex quorum ore nil, niſi quod
anctum, & ad ocium, pacem, & ſalu-
em Reip. directum eſſet, emanabat.
ætabar mirificè talis aulæ conſpectu,
z non tàm mihi, quàm toti Reip. de
àm commoda, tranquilla, & ſalutari
ubernatione gratulabar. Nec diffici-
e mihi erat divinare, quē progreſſum
ut exitum ea eſſet habitura. Venie-
ant mihi in mentem, quæ legeram in
ummis ſapientiæ humanæ autoribus,
latone, & Plutarcho, quorum ille af-
irmat, nunquam negligi à DEO eum,
qui propoſitum habeat DEO obedi-
ndi, recteque faciendi, tum recta et-
am faciat, quoad per humanam infir-
nitatē licet; hic verò (Plutarchus ſc.)

jubet principes imitari Solem, qui cùm altiſſimus eſt, ad polum Septentrionalem evectus, tùm minimum movetur, curſum tutum reddens tarditate. Imaginem equidem talis principis expreſſam, & vivam intueri me tum putabam, cum videbam principem ſummo imperio Electoratus præfectum, non niſi quietis conſiliis, & clementiâ rebus turbatis medicinam ſalutarem quærentem, & de commoda, bonaq; Reip. conſtitutione dies, & noctes cogitantem. Credo nos uſu ipſo jam edoctos, perſuaſum hoc nobis habere, plus profici moderatis conſiliis, quàm vi, & vehementia; præſertim, cum cogitatione rectiùs, quàm animi impetu expediri negocia poſſunt.

Autores autem perturbationis omnis tametſi ſatis noverat princeps; tamen mirificè temperabat ſibi, nec dolore, & iracundia longiùs digrediebatur, quàm recta ratio poſcit. De Duce verò ipſo CHRISTIANO I. non niſi honorificentiſſimè & ſentiebat, & loque-

quebatur, ut ſi per fata licuiſſet, ex
norte eum redire in vitam optâſſet.
Memini, cum juſſu Academiæ oratio-
nem funebrem de Chriſtiano I. habu-
ſſem, in eaq; laudem, & indolis ſum-
næ,& ingenuitatis,magnanimitatisq;
naximæ illi tribuiſſem,antequam per-
vulgaretur ea, approbata eſt à Frideri-
co Guilelmo, datumque hoc reſpon-
ſum: quò laudem majorem huic prin-
ipi tribuiſſem, hoc ſibi eſſe ἀκρόαμα
ucundius. Amorem verò erga filios
mpuberes eximium declaravit, cum
tatim in exorſu,ſive ingreſſu in admi-
iſtrationis munus curam ſummam
dhibuit, ut ingenuè, liberaliterque
lli educarentur,& inſtruerentur omni
ultu veræ pietatis, ac virtutis; dele-
ctis ad id viris maximè idoneis, qui
orpus pariter,& animum rectè con-
formarent.

Vt autem ordine bono gubernatio
ota inſtitueretur, & feliciùs procede-
et, more & conſuetudine Electorum
Saxoniæ conventum provincialem in-

dixit, in quo de ſingulis penè partibus Reip. deliberatio gravis & matura ſuſcepta eſt. Diſtincti ſolent eſſe in hujuſmodi conventu ordines prælatorũ ex diœceſibus tribus, profeſſorum ex Academiis duabus, Comitum, Baronum, Equitum, & Civitatum. Nemo iſtorum omnium inventus eſt, qui non animo lubenti & alacri confluxerit, & eventum proſperum ſalutaremq; expectârit. In hoc conventu prima cura erat de reſtituenda religione, & extirpandis erroribus nonnullis, qui irrepſerant. Etſi enim Chriſtianus I. Elector non minus, quàm pater ipſius D. Auguſtus, Auguſtanam confeſſionem profitebatur: occultè tamen nonnulli Calviniſmum ſub ſpecie confeſſionis Auguſtanæ invehere conatī erant. Hîc, DEUS bone, quantum ſtudium, quantam diligentiam princeps optimus, ac pietate commemorabili præditus adhibuit, ut Deo honos debitus tribueretur, religio pura ſecundũ Auguſtanæ confeſſionis formulam confir-

firmaretur, & cultus in Eccleſia, ceremoniæq; rectè conſtitutæ, & magno conſenſu ad illud vſq; tempus cuſtoditæ, inviolatè conſervarentur. Idq; ſe eò majori autoritate & firmiore animo facere oſtendebat, quòd flagitanti principi Chriſtiano Electori paulò ante mortem ſtipulata manu promiſiſſet, ſe bona fide illud executurum eſſe. Viſus eſt mihi ille dies omnium penè ſanctiſſimus, & lætiſſimus, quo vocibus huiuſmodi totum palatium perſonabat: hoc ſtudet, hoc expetit, hoc unicè exoptat, & vult princeps Adminiſtrator, ut religio incorrupta ſit in hac regione, ut ceremoniæ receptæ, & hactenus uſurpatæ maneant, ut Auguſtanæ confeſſionis formula illa primigenia, & anno Chriſti 30. in panegyri omnium celeberrima Imperii, & tot exterarum nationũ Carolo V. exhibita, nec alia ulla agnoſcatur, recipiatur, aut toleretur. His vocibus aliquoties, aſtante ipſo principe, tanquam ex ore eius repetitis, & inculcatis ita incenſæ
ſunt

ſunt ordinum mentes, & pectora, ut quaſi de cœlo ſonum audirent, ſic applauderent, & ſibi, patriæq́; gratularentur. Quoniã verò declaratio Confeſsionis Auguſtanæ omnis in libro Concordiæ comprehenditur, in ea acquieſcendum eſſe optimus, maximeq́; ſalutaris princeps arbitrabatur. Nec inanis ſonitus verborum hic erat, ſed conſilium, & ratio efficiendi per viſitationem ſimul oſtendebatur, quæ etiam paulò pòſt ſecuta eſt. Iucundiſſimum profectò erat ſpectaculum videre principem ſancta, juſtaque proponentem, & ſubditos omnes voluntatibus, ſtudiis & ſententiis aſſentientes.

Altera cura erat, ut in aula conſiliarii eſſent prudentes, integri, fideles, & graves, qui non modò jus dicerent, ſed æquabilem etiam eius rationem tenerent. Quod ut ſine cuiuſquam querelâ effici poſſet, daturum ſe operam ſedulò princeps Adminiſtrator pollicebatur. Meminimus tunc ad cancellarii mu-

munus, tanquam ab exilio revocari Davidem Peiferum, ſide, autoritate & uſu rerum maximo præſtantem, aliosque nonnullos, quos adverſariorum malevolentia expulerat. Poſt politiæ conſtitutionẽ ad Academias & Scholas reſpiciebat, & ne quid in iis deſiderari poſſet, providendum cenſebat: Tùm ſi quid erroris, aut impietatis ex Calviniſmo irrepſiſſet, id ut penitùs extirparetur, elaborandum eſſe judicabat. Hiſce conſimilibus vocibus perſonabant aures noſtræ etiam in conventu Chriſtiani II. cùm ſumma conſtantia aſſeverabat, velle ſe Academias & Scholas ex animo complecti, fovere, atque tueri. Quanquam autem eo tempore nondum Imperio periculi tantum ex irruptione, & impreſſione Turcica imminebat, quantum pauò pòſt exardeſcente bello Vngarico, extitit: tamen, cum in bello non facilè reperiantur præſidia, niſi in pace fuerint quæſita; maturè monuit princeps equeſtrem ordinem, cæterosque

adeò

adeò ſubditos omnes,ut ſuo quiſq; loco arma,equosque ſemper in promtu haberet, & ad propulſandum quemcunq; impetum hoſtilem expeditum ſe præſtaret. Poſtremò cùm de oneribus neceſſariis ſive tributis,& collationibus pecuniæ ad conſervationẽ politiæ, judiciorum, & pacis publicæ admonuiſſet; ſcripta quoq; infamia,quæ tunc magno numero evolabant, edicto ſatis ſevero prohibuit. Cuius quidem edicti tanta autoritas fuit, ut ab eo tempore nulla, quod ego ſciam, querela audita ſit.

A comitiis mox ad executionem deventum eſt. Delecti enim ſunt homines certi,quibus viſitatio generalis commiſſa eſt.Hi ordine in Academias, judicia Eccleſiaſtica, curias, ſcholas inquiſiverunt,& quamvis ad religionẽ Auguſtanæ confeſſionis,& concordiæ librum neminem impellerent, ne dominari alterius fidei velle viderentur: tamen ſubſcribi articulis, quibus vera ſententia de cœna ſancta, de baptiſ-

mo,

mo, de prædeſtinatione & paucis aliis
controverſis articulis inter Luthera-
nos, & Calvinianos continetur, prin-
ceps voluit. Qui verò ſubſcribere re-
cuſarunt, in eos quidem ſævitum non
eſt; ſed munus tantùm publicum, ſi
quod geſſiſſent, iis abrogatum eſt. Hac
moderatione tantum effectum eſt, ut
amotis his, qui cum Calvino ſentirent,
non niſi Lutherani ſecundùm veram
confeſſionem Auguſtanam in publicis
muneribus Eccleſiaſticis, ſcholaſti-
cis, & politicis relicti ſint. Quod ſi ad
imitandum ſibi proponere volunt
pontificii; ſimile quidem aliquid in
exemplo inveniunt, quod videlicet
utraque religio pontificia & Euange-
lica ſecundùm Auguſtanam confeſ-
ſionem in tutela, & patrocinio Ro-
mani Imperii latet: Sed viderint ta-
men interim pontificii, quomodo id
excuſare poſſint, quod juxta divi-
num mandatum fugientes idololatri-
am in miſſa, adoratione panis, invo-
catione ſanctorum & aliis doctrinæ
Chri-

Chriſtianæ corruptelis inſectantur, loco movent, & exterminant. Quàm verò periculoſum eſt ab agnita veritate homines avellere, & ad commenta hominum in pontificia religione impellere! quod equidem conſiderare cum animis ſuis pontificii accuratius debebant. Hoc modo pacata eſt Eccleſia, & conſenſus in doctrina religionis reparatus, qui toto adminiſtrationis tempore firmus, & inviolatus permanſit: ſublatæ ſunt diſſenſiones inteſtinæ: ſopita certamina, & quies multis votis, & precibus ante illud tempus deſiderata, & optata in ducatum univerſum reducta.

Dixeris non immeritò, divinitus mentem, & conſilia huius Ducis fuiſſe gubernata, qui brevi tempore tantum boni in ducatum intulit, quantum ante eum longo tempore multis laboribus, curis, & impenſis importari potuit. Auguſto Electore quid erat Auguſtius? quid ſolertius? quid felicius? quid vigilantius? quid acrius? Religio-

gionem veram is ardentius, quàm pa-
er bonus unicam filiolam oſculaba-
ur, fovebat, & urgebat. Tantum de-
ique curæ, & operæ in eam pone-
bat, ut, niſi genuinam confeſſionem
Auguſtanam teneret, vitam ipſam ſi-
i acerbam eſſe putaret. Somnum ei
ripiebat ſæpè ſolicitudo de recta ſen-
entia verborum Chriſti in Cœna ſan-
ta, legebat ipſe ſcripta Prophetica &
Apoſtolica, Lutheri item, & alia or-
hodoxa. Imò intelligebat etiam, &
um eruditis conferre poterat. Et ta-
nen hic magnus princeps, quò inten-
erat, vix tandem pervenire potuit.
utor erat formulæ concordiæ, in qua
xplicata ſententia articulorum, qui
n controverſiam vocabantur in Au-
uſtana confeſſione, continetur. Et
uidem hac ipſa declaratione lucu-
nta certamina de religione multò
axima ex parte in hoc ducatu tolle-
antur, requieſcere cœpit Eccleſia, &
anquillæ fuerunt ſcholæ. At quàm

operoſo & moleſto labore ea quies conſtabat! quanto ſudore parabatur! Fatendum tamen eſt fundamenta conſenſionis, & concordiæ omnis, quæ ſecuta eſt, tunc jacta eſſe, quæ incurrere in difficultatem magnam, cùm res præſertim ardua agitur, ſolent. Ad quæ quidem fundamenta cùm relata ſint ea, quæ ad religionis conſenſum tuendum ſuſcepit Fridericus Guilelmus Adminiſtrator, facilior fuit aliquantò expediendi ratio. Quanquam interim non parùm ſapere eum jure omni fatemur, cui ex ſententia eventus tuendi id, quod acceperit, proceſſit. Nec minor gratia propugnanti partum bonum, quàm ipſi parienti debetur. Profectò tàm grata erat nobis nuper in conventu publico vox illuſtriſſimi Electoris Chriſtiani II. cùm Auguſtanam confeſſionem nativam illā, & incorruptam ſecundùm concordiæ formulam nobis unicè commendaret, & contrariam doctrinam in religione

omnem

nnem vetaret: quàm grata erat ipſi-
Auguſti avi paterni publicata con-
ctæ & abſolutæ concordiæ formula.
t enim hæc ſummo labore parti, ſic
a firmati conſenſus in religione ar-
imentum erat. Ita vna, eademq; &
iidem conſentiens doctrinæ norma
hoc ducatu cuſtodita eſt: ab Augu-
o quidem introducta: à Friderico
uilelmo verò defenſa, & quod ju-
omnes prædicamus, & laudibus
cœlum efferimus, à Chriſtiano II.
ectore noſtro comprobata & robo-
ta.

Ac ne de Chriſtiani I. animo & vo-
ntate dubitemus, quin idẽ ſenſerit,
luerit, & tenuerit, ſatis confirmat
os luculentum teſtimonium Fride-
ci Guilelmi Adminiſtratoris, cuius
prà meminimus. Diſertè enim jam
ortem penè intra præcordia conce-
am continens hoc declaravit Chri-
ianus I. cùm à Friderico Guilelmo
etiit, ut aliam nullam confeſſionem,

quàm nativam & incorruptam Augu-
ſtanam in ſuis ditionibus, quas re-
cturus erat, tueri vellet. Eſt igitur
quod lætemur, tanto conſenſu conti-
nuatam, & cuſtoditam eſſe doctrinam
religionis ſecundùm unām, eandem-
q́ue confeſsionem, & eiuſdem con-
feſsionis in Concordiæ libello con-
probatam, & receptam declaratio-
nem. Pro quo quidem conſenſu, in-
pii ſimus, niſi gratias maximas & a-
mus, & habeamus in primis Deo, cu-
ius benignitas major in nos eſſe vide-
tur, quàm in ullam gentem unquam
fuit. Vix enim reperiàs tanto tempo-
re lucem veritatis in ullo loco, aut po-
pulo hæſiſſe, quanto nobiſcum com-
morata eſt, & adhuc integra, invio-
lataq́ue manet. Poſt Devm immorta-
lem etiā gratias meritò agimus prin-
cipibus noſtris Saxoniæ tam bene de
nobis, Eccleſia, & ditione meritis.
Ante alios quidem Henrico Saxoniæ
duci, qui Evangelii præconium, inte-
grumq;

ımque ſacramentorum uſum quaſi
meris ſuis in hunc ducatum impor-
ʼit, abuſus abolevit, & eccleſiæ fa-
m eam, quæ reliqua eſt invexit.
ſt Henricum verò Mauricius Dux,
Elector eiuſdem lucis tutorem ac
pugnatorem ſeſe præbuit acrem
is, cum fucatum, fallacem, & eru-
o artificio illitum nitorem, qui in
ro Auguſtano, cui titulus erat IN-
RIM, continebatur, à ſua Eccleſia
pulſavit, & tandem pacem illam,
a nunc hodie DEI beneficio frui-
ır, contentione ſumma obtinuit.
guſto verò quas non debemus gra-
s? qui cùm in contrarias partes diſ-
heretur religio, & colluſiones cum
lvinianis miræ tentarentur, ardu-
quidem curam cogitandi habuit,
l tandem tamen, veritate cognita,
ploſiſq; occultationibus inſidioſis,
rupit, & faciem veritatis claram,
ertamque protulit, confeſsionem
n aliam, quàm primigeniam ſeſe

 agni-

agniturum, & toleraturum ingenuè profeſſus. Ac ne quis etiam ex poſteris aliam in hunc ducatum vel proferret, vel prolatam probaret, fundamento ſtabili, & in omne tempus duraturo cavit, cùm concordiæ formulam tanquam theſaurum ſummi precii dedidit, & ſucceſſoribus ſuis non minori curâ, quàm Electoratum ipſum cuſtodiendũ commendavit. Quid de Christiano I. dicam? cuius hæc extrema vox fuit, qua adminiſtratorem Electoratus Fridericum Guilelmum ad tuendam primigeniam confeſſionem Auguſtanam firmiſſimè obligavit, & data, acceptaq; dextera aſtrinxit. Cujus quidem obligationis Fridericus Guilelmus tametſi ipſe aliud de religione nihil neq; ſenſit, neq; facere in animo habuit, tamen memor per omne adminiſtrationis ſuæ tempus non unguem tranſverſum à confeſſionis iſtius formula diſceſſit, ſed ingenuè, liberaliterq; promiſſo, ac recepto ſatisfecit.

In-

Inventus eſt unus, qui veræ ac re-
:ptæ doctrinæ de prædeſtinatione,ſi-
: electione hominis ad ſalutem,&vi-
m æternam opinionem contrariam
·oferebat , non contentus ſimplici,
perſpicua explicatione Pauli Apo-
oli, Lutheri & Melanchthonis.Huic
·opoſitum idem erat,quod Sophiſtæ
oud Ariſtophanem, qui ait : Cupie-
im omnia contrariis dictis everte-
. Diſceptatum diu eſt,refutataque
oinio hominis erronea. Cùmque ea
ſet illius pertinacia, ut neque Eccle-
e tranquillitati parceret,neque veris
tionibus ullis ſeſe vinci pateretur,
l principem adminiſtratorem pro-
ocari oportuit, cui animus in delibe-
ndo diſtractus curam difficilem co-
tandi attulit. Latebat enim in ſub-
litate Sophiſtica quædam ingenioſè
l imponendum incautis excogitata.
aque temporis ſpacium longius ille
oncedebat,ne de re non ſatis cognitâ
ontra autorem novitatis aliquid ſta-

tueretur, néve damnari id, quod aliquantò poſt probari poſſet, videretur. Motus quidem ille eſt loco eo, quem in Academia tenuerat,ne turbare Eccleſiam amplius poſſet, ſed toleratus tamen in ducatu diutius,quàm plerorumque ferebat voluntas. At voluit moderatiſſimus princeps ſuam innatam clementiam etiam in hoc inquieto homine declarare, ne pulſum ſeſe temerè queri jure aliquo poſſet. Tandem tamen, vbi vanitas opinionis, & protervitas hominis erupit, abire juſſus toto ducatu exceſſit. Ab eo tempore turbarum, & diſſidiorum nihil animadverti potuit.

Scholæ præſertim illuſtres benignitatem huius principis in ſe inſignem expertæ ſunt. Non ſolùm enim cum ſtatum, in quem à Mauricio, Auguſto & Chriſtiano I. collocatæ erant,ut tenerent, effecit, ſed quibus deeſſe neceſſaria ſubſidia cognovit, earum indigentiam adminiculis aliunde petitis,

itis, ſublevavit, nec quieſcendum ſi-
bi eſſe arbitratus eſt, niſi œconomica
pariter, & ſcholaſtica res rectè con-
ſtituta eſſet. Itaque præter inſpecto-
res ex familia nobili ſelectos, etiam
viſitatores ex hac & VVitebergenſi
Academia deſignatos ordinavit, qui
conjunctis operis in ſtatum ſchola-
rum omnem diligenter inquirerent,
&, ſi quem defectum, aut exceſſum
deprehenderent, eum vel ipſi, ſi poſ-
ſent, corrigerent, vel, ſi id minus, ad
ipſius Celſitatem referrent. Con-
firmare poſſumus omni ratione, nul-
lam rem neque magnam, neque par-
vam ad ipſum à delectis inſpectori-
bus, & viſitatoribus delatam eſſe,
quam non præſenti conſilio, & qui-
dem liberaliter explicuerit atq; con-
fecerit.

Habebant ex munificentia Chri-
ſtiani I. illuſtres ludi 60. florinos ad
comparandos libros, qui ſingulis an-
nis diſtribuerentur ſcholaſticis iis, qui

in examine ſuam induſtriam præter cæteros reſponſionibus, aut ſcripto aliquo bono declaraſſent: ut ea donatio incitamentum, & quaſi ſtimulus ad curam, alacritatemq́; diſcentes inflammaret. Hi libri æqualiter in tribus ludis diſpertiebantur, ut in unoquoque precium 20. florinorum attingerent. Sed cum numerus ſcholarium in Portenſi ludo reliquarum ſcholarum cœtum ſuperaret, demiſſè petebatur ab hoc principe adminiſtratore, ut illi aliquid adjiceret. Quod impetratum eſt facilè, ut nunc 30. florini ludo Portenſi, cæteris 20. cuique tribuantur. Quod beneficium quia rarius eſt, ideò prædicandum magis exiſtimo, rogandumq́; Deum, vt εὐεργέτας patronos tàm beneficos multos excitet, & langueſcentibus ſcholis, atque Academiis largiatur, ne deficiant neceſſarijs præſidijs, & adjumentis deſtitutæ.

In Academiam hanc ſatis benignum ſeſe præſtitit. Ac ſi alia non eſſet

cauſſa

cauſſa gratam illius memoriam in hac Vniverſitate conſervandi, ſatis tamen eſſet magna tributi condonatio, quod alij pro cereviſia penſitare coguntur. Hoc enim certo quodã modo profeſſoribus remiſſum eſt, vt Vitebergenſis Academię profeſſoribus in hoc genere æquiparetur. Edidit aliud etiam munificentiæ exemplum erga eos, qui communi victu ἐν τῷ συσσιτίῳ fruuntur. Quod laude immortali dignum eſt, quo nomine maximas gratias ei agere, & habere debemus. Non ergò committemus, ut eius memoria ex animis noſtris ullo tempore effluat. Inciderunt quidem, hoc principe adminiſtratore, contentiones aliquæ cum politicis quibuſdam de privilegijs, & jure Academiæ, quæ negotii non parùm faceſſerunt nobis. Et patuerunt certè aures eius querelis noſtris, quoties aliquid petivimus. Meminimus eũ ex legatis Academiæ aliquando quærere, num plenè, ſatiſvé auditi eſſent?

Quæ

Quæ vox ſanè benignitatis, & clementiæ plena erat, & arguebat eum animo, & voluntate propenſa in vniuerſitatem eſſe. Sed multum momenti in temporibus ſitum eſt, quorum medicinam interdum expectare ſapientes oportet, ſitq; adeò, vt, quod annus denegauit, id vna ſuppeditet dies. Interim Dei beneficio integra inviolataque manſerunt privilegia Academiæ, & in hunc vſq; diē pēmanent, immo permanſura eſſe ad poſteritatem, quæcunq; futura eſt, firmiſſime nobis perſuaſum habemus.

De politicâ gubernatione judicium mihi in hac vmbrâ ſcholaſtica nō ſumo, &, vt ille in Tragœdiâ ait; quæ principes faciunt, minus perſpicio. Sed ex factis tamen & eventis ſapientiam, & moderationem huius ducis, & adminiſtratoris inſignem & prope admirabilem cognovimus. Nihil igitur dubitans illud confirmare auſim, præclaram æquabilitatem cùm in vniver-

verſa vita; tum in ſingulis actionibus illius deprehenſam eſſe. Quæ ſi virtus eſt, quemadmodum reverâ eſt, certè virtutis laudem magnam huic principi conciliat, & jure omni à nobis celebratur. Æquabilem enim tenebat rationē morum, & vitæ, tum juris etiam, & affectionis erga omnes. De Reipub. ſalute ſemper animum ſolicitum gerebat, cauebatq́; attentè, ne quid detrimenti politia ſibi commiſſa caperet. Oblata eſt eius gubernationi tempeſtas formidoloſiſſimi temporis, cum Turcicus tyrannus contra fidē religionemq́; in Croatiam infuſus, clade ingenti eam regionem, & finitimas provincias vaſtabat, pecudes hominesq́; immanitate penè inauditâ mactabat, in ſervitutem abducebat, & in poteſtatem redigebat, oppida item, & arces oppugnabat, diripiebat, inflammabat. Bacchabatur effrænatus, & præceps iſte furor horribiliter in cæde miſerorum hominum, & terrorem
tre-

tremoremq́; ingentem toti Pannonię, Croatiæ & finitimis provinciis injiciebat. Iuſta igitur arma inducebat Cæſar noſter, ut vim tantam atq; impetum à cervicibus ſubditorum propulſaret. Cum principibus igitur imperij conſilia priuatim, & publice in conuentu communicabat, & opem ad reſtinguendum commune imperij incendium poſtulabat. Hîc quid fecerit noſter adminiſtrator nemini obſcurum eſt. Non ſolùm conſilio certo imperatorem adiuuit, ſed re etiam, & facto, quàm neceſſariam illam communem defenſionem aduerſus tantum hoſtem judicaret, oſtendit. Pacem aliquoties tyrannus ille ſeſe expetere ſimulavit, ſed quantum fraudis & inſidiarum in illâ ſimulatione eſſet, non tam Cæſar, quàm princeps noſter adminiſtrator facilè perſpexit. Itaq; contemnendas, & repellēdas eſſe iſtas fallaces, inſidioſas, & fucoſas molitiones grauiter cenſuit uterq;, & euen-

ūm Deo committendum. At verò ex euentu, qui hoc tempore ſatis eſt riſtis, judicium facere volumus, miūs probandum conſilium fortè dixeimus. Sed in promtu eſt quid reſponeamus. Deploro ego quoq; ereptam x manibus Chriſtianorum Albam egiam, quæ cruentâ victoriâ ſuperioi anno à Cæſarianis recuperabaur. Sed quid dicemus? Belli hæc eſt atura, hæc conditio, hæc fortuna, æc facies, quemadmodum amicus neus integerrimus Nicolaus Goblananus Cæſareæ maieſtatis Secretaris in quadam epiſtolâ ad me ſcripſit. Hic longè optimus miles penè decies, ollatis ſignis, cum Turcis pugnavit, ztandem in prælio ad Kereſty deſtrutum pagum Vngariæ vel obtruncaus, vel abductus eſt ab hoſte. Vincere, inquit ille, belli proprium eſt, inci, perdere, lucrari. Nam bellum ſt ludus, cuius ſors non euentu, ſed xitu, neq; auſpicio, ſed fine termina-

na-

natur. Hæc verba illius ſunt, quæ cùm re, euentuq́; omnibus ætatibus comprobari videamus, etiam nobis miſeris aliquid ſpei relictum eſt, & quod vnus annus aufert, id alius pro Dei inexhauſta bonitate reddere poterit. Hac ſpe nos ſolemur, & vota facere nunquam deſiſtamus, vt exurgat filius Dei, & pro nobis propugnet, tyrannumq́; truculentum, & blaſphemum reprimat. Id tamen ex ijs, quæ acciderunt hactenus, cognoſcere nõ obſcurè poſſumus, conſilia de vitandâ pace Turcorum inſidioſa & fraudulenta, neceſſaria & ſalutaria fuiſſe. Plus enim rebus noſtris damni dediſſet ſimulata illa, & infida pax tyranni, quã apertum dare ſolet bellum. Et quæ obſecro conditio pacis eſt, in qua ei, cum quo pacem facias, nihil concedi poteſt? vt ſapientiſſimè inquit Cicero.

Non parùm quoque conturbabat imperium irruptio Hiſpanici præſidij

ex

Belgio, in Iuliacenſem ducatum,&
Veſtphaliæ circulum anno Chriſti
98. Fiebat autem ea, abſente Al-
rto archiduce Auſtriæ, qui tamen
ram gubernationis in inferiori Ger-
ania omnem patrueli ſuo Andreæ
ardinali commendarat. Huius leni-
te abuſus Admirans de Arragoniâ
iliti ſuo prędandi, diripiendi, vaſtan-
, & maleficia plurima admittendi li-
ntiam dabat. De tantâ & tàm effræ-
tâ ad omne ſcelus audaciâ querelæ
agnæ, & graves ad noſtrum etiam
incipem adminiſtratorem affere-
ntur. Ac principes quidem finitimi
Veſtphaliæ diutius ſibi morandum
aud cenſebant, quin, collectis milita-
bus copiis, illum impetum nefarium
finibus ſuis repellerent. Noſter ve-
Adminiſtrator, memor comici ſa-
ientis conſilij, omnia priùs experiri
uàm armis decertare melius eſſe ar-
itrabatur. In mentem enim multa
eniebant ei, in primis, ne Cæſari tàm

bono, & commodo repugnare videretur, prouidendum exiſtimabat. Quid enim Cæſar? ſummâ contentione in eam rem, & curam incumbebat, vt ſine armis diſcrimen omne diſcuteretur. De quo genere extant edicta eius ad Andream Cardinalem, & Admirantem de Arragonia tantâ ſeueritate ſcripta, quantam rei magnitudo, & atrocitas poſtulavit. Et cum uniuerſas vires, atq; opes ad minuendum furorem Turcicũ conferre ſumma neceſſitas poſtularet, omnes vias perſequebatur Cæſar noſter, quibus bellum inteſtinum interciperetur. Ad eundem finem abſq; vllâ dubitatione longè ſaluberrimum etiam adminiſtrator noſter reſpiciebat, & conſilio potius ac monitis ſalutaribus comprimendam eſſe ferociam Hiſpanicam cenſebat quàm armis. Literas igitur grauitate magnâ ſcriptas ad Andream Cardinalem dedit, quibus eum accuratè monuit, daret operam, vt ab in-

juriâ

juriâ & maleficio miles Hiſpanicus tẽperaret. A quo cum reſponſum eſſet, non ſolùm vim nullam deinceps imperio illatum iri, ſed de damnis etiam reſarciendis mandatum gubernatori inferioris Burgundiæ, & Admiranti iam tum datum eſſe, acquieſcendum ſibi in iſtâ promiſſione adminiſtrator noſter judicauit. Et quidni meminerit imperij conſortem atq; principem eſſe Hiſpaniæ regem? Quod ſi igitur Hiſpanum invaſiſſet, an non commune vinculum imperij oppugnaſſet? Adhæreſcebat quidem illud malum in viſceribus imperij, & arcendum communi ope videbatur. At cum commodiore viâ propulſari poſſet, ſapientiæ fuit, eam non repudiare.

Quod etiam ſemper mihi perſuaſi, id nuper adeò confirmatum eſt, ut dubium omne evanuerit. Colludere cum Hiſpanis dicebatur à nonnullis adminiſtrator noſter. Quod crimen

ſummâ conſtantiâ, & grauitate à ſe repulit: non ſe claudicaſſe, inquiens, aut claudicare velle unquam in doctrinâ fidei Chriſtianæ, ſed quam religionem profeſſus eſſet ab ineunte ætate, in qua baptiſatus, & educatus eſſet, in eâ ſe perſeverare uſq; ad extremum vitæ ſpiritum, per DEI gratiam velle; Imperatori verò cæteriſque principibus, & ordinibus imperij honorem, reverentiam, amorem, & ſtudium debitum conſtanter eſſe tributurum, quamcunq; illi religionem profiterentur. Id quod meminimus ab aliis etiam principibus ſummæ autoritatis factum eſſe, ut videlicet ocium, pax, concordia, & tranquillitas imperio languenti, & defeſſo maximè neceſſaria conſervaretur. In animo, & ore habuit adminiſtrator noſter ſemper aureum, & ſanctum Apoſtoli præceptum: Si fieri poteſt, quantum in vobis eſt, cum omnibus hominibus in pace viuite. Togatæ fortitudinis
hæc

aæc ſunt opera, patriæ quidem appri-
nè utilia atque ſalutaria; quippe quæ
nis præſidiis firmata in bona pace, &
quiete manſit, nullum evidens incom-
modum, nullum periculum grave,
nullam vim, aut impreſſionem hoſti-
em ſenſit, & experta eſt, ſicubi fortè
tumultuoſius aliquid tentatum, aut
cœptum eſt, id non vi, & impreſſione,
ſed conſilio, & ratione ſedatum eſt.
Interea ſuum quiſque emolumentum,
quoad eius facere potuit, auxit, & in-
crementa ditiones, ac provinciæ, ſeu
præfecturæ omnes perceperũt. Quod
beneficium agnoſcere nos decet, &
gratis mentibus prædicare, ne imme-
mores DEI ipſius eſſe videamur, ſi eo-
rum, per quos profecimus, aut bona
accepimus, obliviſcamur, quod fieri
ſanè illuſtriſſimus noſter Princeps E-
lector non vult. Benè enim intelligit
pietatem adminiſtratori electoratus
declaratam ad ſe etiam, & totam fa-
miliam Saxonicam pertinere. Quodq;

Adminiſtrator de Chriſtiano I. dixit, ſe laude Chriſtiani I. valdè delectari: idem de hoc adminiſtratore abſque dubio profiteretur Elector noſter, ſibi jucundiſſimas eſſe laudes, quæ admiſtratori tribuãtur. Confirmat hanc Chriſtiani noſtri Electoris II. de adminiſtratore ſententiam ipſe exitus, qui teſtimonium actorum antecedentium eſſe ſolet. Quid enim auditum, vel compertum eſt in exitu adminiſtrationis, niſi comprobatio eius per omnes partes? Teſtis etiam eſſe poteſt mutuus conſenſus, concordia atque conjunctio ſuavis, quæ ad omne vitæ tempus Domini adminiſtratoris durauit. Eadem fide & benevolentiæ conſtantiâ nunc proſequitur mortuum adminiſtratorem Elector noſter Chriſtianus II. cuius quidem exemplo & præcepto laudabili nos quoque ſubditi incenſi, beatis manibus adminiſtratoris mortui gratias agimus, proſpera; ſalutariaque omnia largè pro-

rolixeq; precantes. Sit ſancta ac in-
olata illius apud nos memoria: ma-
eat debita illi pro meritis gratia: ag-
oſcamus,& prædicemus literis,&lin-
uis ea,quę ab illo in nos profecta ſunt
ommoda.Hæc officioſa pietas noſtra
on ſolùm Deo,autori bonorum om-
ium, grata erit, ſed etiam prin-
ipi Electori noſtro clementiſſi-
io Chriſtiano II. jucunda acci-
et.

Quod igitur ſuper eſt, incenſis
ectoribus gratias agimus æterno &
mnipotenti Deo patri Domini no-
tri Ieſu Chriſti, quod per principem
lacidum, commodum & ſalutarem
ios totum decennium benignè, cle-
nenter & liberaliter gubernavit, fo-
uit, protexit & ſeruauit in bona pace,
ocio & tranquillitate, vt operas ſuo
quiſq; loco mandatas, & neceſſarias
n Eccleſia, politiâ, & in hac etiam A-
cademia obire &exequi potuerit Deo
in primis gratas iùm nobis etiam ipſis,
&

& proximo ſalutares. Et cum certum ſit, bonum, æquum, induſtrium ac vigilantem principem ſummum eſſe Dei donum; profitemur, divinitus nobis adminiſtratorem Fridericum Guilelmum datum eſſe, ut organum eſſet, & vicarius ſummi præſidii & moderationis omnium conſiliorum, & ſtudiorum in hoc ducatu. Adeoq; gratiam nos debere immortalem tàm ipſi Deo, quàm huic illius vicario profitemur, quem cum mors vix duos & quadraginta annos natum nobis eripuerit, dolemus ſanè, pro eo, ac debemus, graviter, jacturam tantam, quam non ſolùm Saxoniæ ducatus, ſed totum quoque imperium Romanum fecit. Sentimus enim atque adeò jure fatemur, multùm profuiſſe publicè, & privatim huius principis conſilia. Lætabatur ſuperiori anno, ſe vivo, recuperatam, & ex faucibus immaniſſimorum Turcorum ereptam eſſe Albam regiam, & niſi quid me fallit, fructus

is e-

s erat conſiliorum eius fideliſſimo-
um,quæ cum Rudolpho II. Impera-
ore communicarat.

Nunc,vix eo extincto, triſtiſſimum
iuncium de eadem amiſſa,& in hoſti-
im poteſtatem redacta affertur. Scili-
et aufferre illum Deo placuit, ante-
quam de funeſta, & lamentabili clade
lla aliquid cognoſceret. Beatum ve-
rò,quem occultavit Deus, ne tempe-
ſtatis tàm horrendæ, & formidoloſæ,
quæ cervicibus noſtris impendet, ſpe-
ctator eſſet!

Oramus autem Deum, ut Ducem
Electorem noſtrum Chriſtianum II.
cum conjuge regia fratribusq; princi-
pibus, ac Dominis noſtris clementiſ-
ſimis, tùm vidua etiam matre,& ſoro-
ribus inclytis, pro paterna ſua & im-
menſa bonitate tueatur, & regat, ut
tam publicæ ſaluti hoc perturbatiſſi-
mo imperii ſtatu benè, utiliterq; con-
ſulat, quàm nos etiam ſubditos ſuos
complectatur,foveat, defendat,ut pax
& concordia ex omni parte in Eccle-

ſia, Scholis & politia conſervetur. Poſtremò vota quoq; facimus, ut miſericors Deus mœſtiſſimæ viduæ ducis Saxoniæ Friderici Guilelmi, adminiſtratoris noſtri, dum tempus tulit, chariſſimi, Annæ Mariæ Philippi Ludovici palatini filiæ, orphanisq́; liberis ſolatia, fomentaq́; dolorum copioſa & ſalutaria ſubminiſtret, ac fletum, luctumq́ue ab oculis & cordibus eorum abſtergat.

Amen.

RECTOR ACADEMIAE LIPS.

PHILIPPVS IVLIVS D. G. STETINI, Pomeraniæ, Caſſubiorum & Henetorum Dux, Princeps Rugiæ, Comes Gutzcoviæ, Leopurgi & Buthoviæ Dominus.

QVi qualisq; fuerit, dum vita ſuppeditabat, Illuſtriſſimus Princeps ac Dominus, Dominus FRIDERICVS VVILHELMVS, *Saxoniæ Dux, ex adminiſtratione Electoratus, quam ad annos decem geſſit, abundè cognovimus. Cuius quidem merita tametſi recentia ſunt, & non ſolùm nobis, ſed toti Imperio Romano cognita: tamen*

tamen ut repetatur & explicetur eorum recordatio, Illuſtriſsimo noſtro Principi Electori Domino Clementiſsimo curæ eſt. Itaque mandatum nobis dedit clementiſsimum, de celebrandis ac cohoneſtandis illius exſequiis primo quoque tempore. Huic præcepto nos, ut ſubditos decet, piè reverenterq; parere cupientes, diem ad parentationis ritum XV. huius menſis præfiniuimus. Quemadmodum autem Illuſtriſsimus Princeps Elector non parti Academiæ, ſed toti corpori celebrationem huius ritus mandat: ſic nos etiam pro ea poteſtate atq; autoritate, quæ ab Illuſtriſsma eius Celſitate nobis conceſſa eſt, cunctos juriſdictioni noſtræ Academicæ ſubjectos, cuiuſcunq; ſint ordinis, gradus, aut conditionis, monemus atque hortamur, ut ad diem præfinitum intra Horam VIII. & IX. matutinam in templo Paulino frequentes

es conveniant, concionem mentibus
levotis audiant, & conjunctis animis
eneficia, quæ Deus miſericors nobis per
ium & ſalutare illud ſuum organum
ribuit, celebrent: tum pietatem ſuam
rga defunctum omnibus modis decla-
ent. Id enim debere nos Deo largitori
Principis & Adminiſtratoris tanti ju-
e omni profitemur. Tum grata erit
tiam iſta pietas & obedientia noſtra Il-
uſtriſſ. Septemviro noſtro Dn. Cle-
nentiſſimo, qui, quò memoria nominis
c meritorum Illuſtriſſimi Principis Ad-
niniſtratoris à nobis celebrabitur ſtu-
dioſiùs, eò acceptius ei erit noſtrum obe-
diendi Illuſtriſſ. ipſius Celſitatis præce-
to ſtudium. Imò quicquid obſequij
Septemviratus Adminiſtratori mortuo
ribuerimus, id ſibi Septemvir ipſe tri-
butum putabit. Trahimur omnes laudis
tudio, inquit Cicero, nec ferè ullus in-
veni-

dubitabimus, noſtræ quoq;
eum finem eſſe futurum,
Deo, qui & ipſe delectatur
ſuorum beneficiorum, gra-
tuo Adminiſtratori, Ele-
liquisq; Saxoniæ Ducibus
..la accidat. P.P. Lipſiæ,
Octob. Anno Chriſti
1602.

FINIS.

venitur, qui laboribus ſuſceptis, pericu-
liſq; aditis, non quaſi mercedem rerum
geſtarum deſideret gloriam. Quod ſi ita
eſt, & natura fert, ut optimus quiſq; ni-
hil præſtantius ducat, quàm honeſta-
tem & laudem: quod officium præſtare
poſſumus Principibus noſtris juſtius &
acceptius, quàm ſi res ab iis geſtas lau-
dibus veris efferamus? Lætabuntur abſq;
dubio manes Illuſtriſs. Adminiſtratoris
grata commemoratione actorum eius in
SeptemViratus gubernatione. Læta-
bitur ipſe etiam SeptemVir noſter Cle-
mentiſſimus, recordatione & memori
rerum benè & utiliter à tutore & patr
cariſſimo geſtarum. Themiſtocles cert
cùm ab eo quæreretur, quod ἀκρόαμα aut
cuius vocem libentiſſimè audiret? re-
ſpondit, eius à quo ſua virtus optim
prædicaretur. Quod ſi tanta vis eſt in ve-
ra laudatione, ut optimos quoſq; maxim
affi-

afficiat: non dubitabimus, noſtræ quoq;
parentationis eum finem eſſe futurum,
ut inprimis Deo, qui & ipſe delectatur
prædicatione ſuorum beneficiorum, gra-
ta, tum mortuo Adminiſtratori, Ele-
ctori verò reliquisq; Saxoniæ Ducibus
vivis jucunda accidat. P.P. Lipſiæ,
14. Octob. Anno Chriſti
1602.

FINIS.

INDEX.

A.

Ascenas vel Aſcenes 21. naſcitur 22
lemanni 25.
lani 26.
duatici 26.
ngriuarij 26. unde nomen 27
mbiani 27
tbeſini ibid.
trebates ibid.
dvenna ſylva 32
lbertus II. Sax. dux 108
lbertus comes Bambergenſis interficitur 139
delheidæ feſtum inſtitutum 152
uſtria cum Styria & Carinth. imperio paret 581
cademia Argentin. 128
cad. Francof. ad Od. 253
cad. VVitcberg. 607
cad. VVurceburg. 321
cad. Lipſ. 371. uſq; ad 383
cad. Pragenſis 502
Acad. Regiomont. 510
Acad. Roſtoch. 523
Acad. Tubing. 576
Academia Viennenſ. 582
Acad. Vratislau. fundatio impeditur 590
Acad. Erfurd. 332
Albertus Luneburgenſ. dux Brunſuig. capit 164
Albertus Marchio Brandeb. Alcibiades German. dictus turbat Francon. 475 epiſcop. Bamberg. occupat 476. mittitur à Carolo V. 641. capitur Rochlicij 520. fit dux Boruſſ. primus 510. Moguntinũ vexat 456
Albertus Kaſſelabanus prætor 192
Albis inundatio 206
Albertus Sax. dux 266. eius in Dreſdenſ. propenſio 214 & 404
Annæ Auguſt. el. Sax. conjugis mors 220

Auguſti elect. Sax. nuptiæ 572 nuptiæ ſecundæ 220. mors ib. arcem Grimmenſtein obſidet 282. cedit iure civitatis Magd. 418
Adelarius epiſcopus 229
Albertus Imp. 261. eius bellū 339
Adolphus Naſſov. imp. Freib. dolo capit 261. eius crudelitas 267. Mog. ab imperio alienat 456
Aquæ acidulæ 274
Aes alienum Erfurdenſ. 240
Albertus Dur. Landg. & Saxon. Palat. 284. & 331
Adelgetus archie. Magd. 303
Albio NordAlbingorum princeps 305
Antzgarius epiſcopus 305
Adolphus comes Schauenbur. 306
Adolphus III. comes Schauenburg. 307
Adolphus IV. 308
Academia Helmſtad. 319
Acad. Würceburg. 321
Adelbertus epiſcop. Würceb. 326
Antonius Corvinus 329
Academia Ienenſis 331
Angli Suevi 331
Academia Ingolſtad. ibid.
Attila Hunnorum rex 335 interit 467
Albertus Brunſuic. dux 338 capitur ibid.
Albertus degener Landgrav. 339 capitur ibid.
Albertus Mansfeldiæ comes Islebiam improviſo invadit 346
Albertus Brunſ. dux. Lipſiam occupaturus capitur 361
Aurea bulla 472
Abraham à Done 394
Arnoldus archiep. Moguntrucidatur 455
Albertus Marchio Achilles Germ. dictus 473
Andreas Grundler med. 551

B.

Bernhardus Halberſtad. epiſc. excommunicat Oth. Imperatorem 411
Bellum inter Würcepurg. & March

March. Miſn. 322
Burggravij Würceb. 327
Bellum Germanicum 332
Bremenſ.& Hildesheim. epiſ. Islebiam expugnant 344
Barones à Villa 347
Bernhardus Sax. dux 306
Burggraviatus Halenſis 302
Bellum Mauricij el. & ſociorum cum Alberto March. Brand. Alcibiade Germ. dicto 476
Bellum inter Walterum Barbienſem comitem & Bertholdum Henneberg. 537
Bellum Lubecenſ. cum Dania rege 397. cum Suec. 400
Burggraviatus Magdeb. 416 redimitur à Ioan Frid. el. 417. venit ad Maur. el. ib.
Burckardus archiep. Magd. 418. vexat Magd. 419. capitur 420. excommunicat Magdeb. 421. expirat 422
Bibliotheca Ingolſtad. 457
Burggravij Noriberg. 467. hæreditarij fiunt 471
Bellum Noriberg. cum Alberto Achille Germ. 473
Bavari 28
Batavi 27
Belgæ ibid.
Betaſii 28
Boiemi ibid.
Borußi ibid.
Bructeri ibid.
Burij 29
Buſactores ibid.
Boleslaus Chabri primus Pol. rex 173
Brennus 154
Bombardæ inventæ 68
Burggravij Voigtlandiæ 109
Benedictus VIII. Bambergam venit 138
Brandeburg. elect. ſedes 151
Bruno, à quo Brunſuiga 161
Budißina Boiemiæ aſylũ 175
Bellum inter Albert. Landgr. & Frid. ac Dicemannum de Duringia 237
Balthaſar Landgravius 280
Boleslaus Criſpus 272
Berchtoldus Zæring. dux 267
Boſo Merſeburg. epiſc. 301
Bernhardus Anhaltinus princeps ibid.

 Car-

C.

Carni 29
Cauchi 29. 30
Chatti 29
Catvaci ibid.
Careſii 30
Celtæ ibid.
Cerveciȷ ibid.
Carinthiȷ 52
Charitini 30
Cheruſci ibid.
Cimbri 31. 35. conſederunt 527.
Cæſares à quibus eligendi 100
Cæſ. eligendi ius 101
Coronatio an ſit de eſſentia Imperat. dignitatis 88
Carolus Magnus Germ. Monarcha primus 78. ſubegit regna & populos ibid. & 79. Italiam ſubegit 80. ſalutatur occidentis imperator ibid. coronatur ibid. eius fœdus cum Græcis imperat. 95. eius imperium quandiu durarit in poſteris 101. mors, ſepulcrū 122
Colloquium Aldenburg. 115
Cæſ. inaugurandi ritus 120
Claudiȷ Druſi Ner. German. clementia 130. eius monumentum 454
Confeſsio Auguſt. Car. V. exhibita 132
Carolus V. remp. Auguſtanam reformat 134. domat Ioan. Frid. Sax. elect. 505. Mathematū ſtudioſus 533. Metim recuperare ſtudet 447. clemens in VVitteb. 615. VVitteb. obſidet ibid. eius dictum de Luth. manibus 617
Conflagratio Suinfurti 558
Comites Torgenſes 569
Concilium Tridentinum 575
Capnio ſepultus 554
Contumeliæ vitandæ 598
Comitatûs Swimarien. tranſlationis cauſſa 598
Comitia VVormatiæ 620
Colloquium VVormat. inter Pontif. & Evang. 621
Comitatus VVurcenſis 622
Concilium Baſileæ 144
Certamen inter Magdeb. & Bran

Brandeburgenſes 156
Ciza Dea 188
Catharina Henneberg. filia 190
Colonia, altera Germ. Roma 192
de Cœna diſputatio 209. ſenſus loci cap. 6. Ioh. 210
Carolus Auſtriæ dux Dreſdã venit 220
Conventus Theolog. Dreſdæ 219
Concilium Conſtantienſe 197
Conſtantienſes pecunia emunguntur ibid.
Comitia Conſtantiæ 198
Calix in cœna laicis adimitur ibid.
Chriſtianus I. elect. Sax. 220. moritur 221
Chriſtiani II. el. Sax. nuptiæ ibid.
Conventus Erfurdiæ 230
Canonicis concubinæ abrogantur 280
Chriſtianus Pontanus Cancellarius in 4. partes diſſectus 283
Conventus Haganoæ 289
Caracalles Imperator 295
eius palat. & ludi 575
Chriſtianus Daniæ rex 309. eius actio cum Hamburg. ibid.
Caſpar Querhamer Luthero infenſus 304
Comes Orlamundenſis 307
Chilianus 320
Colonatus ibid.
Civitates Vandalicæ 626
Conventus VVurceburgi 323 alius 325
Concilia Würceburg. 323
Curia Lipſ. extructa 389
Caſpar Milticius 317
Caſpar Bornerus 384
Caſpar à Metzerath 394
Comitas Maur. el. in Magd. 433
Colloquium Maulbrunnenſe 436
Contentio Luneb. & Ducis 406
Conventus Lunebur. de regis Galliæ auxil. 407
Canonici Magdeb. aufugiunt 428

Cuprum effoditur 435
C. Taciti teſtimon. de Germ. vrbibus 453. 440. vixit 454
Colloquium Mompelg. 465
Conventicula interdicuntur plebi Norib. 469
Carol. IV. Cæſ. Norib. occupat 472. Tigu. oppugnat 566. Voigtland. invadit 593
Conventus Numburg. 491
Colloquium Ratisb. 508
Conſtantia Reutling. 512
Conventus Smalc. 542
Conventus Spiræ 549
Cameræ iudicium 551
Comes à Regenſtein 628

D.

Daci, Dani 31
Daleminzi ibid.
Doringi, Duringi 52. 53. 54 eorum pars Moguntino paret 229
Diſsidium electionis epiſc. Argentin. 128
Dannewertus 161
Dagobertus an Duringorum dominus 225
Diſsidium Erfurdiæ & Frid. Dur. Landgr. 231
Diſſenſio in Republ. Erfurdia 241
Dauid Bomgartner 283
Diſsidium Halenſ. ciuiū 298 componitur 301. 302
Dicemannus Marchion. Miſn. 363. cur occiſus 490
Dietericus Iſenburgius archiepiſcop. Moguntinus oppugnatur 456
Diſsidium Northuſiorum & comitum Honſteiniorum 482. Northuſ. cum Hercinijs comitibus 483
Dicaſterium Rotwilæ 527
Dictum Mattheſii de Evang. luce orta 578

E.

Editha Oth. I. coniux 410. moritur 411
Epiſcoporum inſolentia 329
Eraſmus Sarcerius 346
Elyſter fluuius 356
Evang. prædicatur Stet. 552

mporiales curiæ 628
piſcopatus Spirenſis 549
vangelium vocatur novum 552
Exules ſuſcipiuntur à Treviri 572
Evangelium in Ubijs prædicatur 573
Evangelium Viennæ ſonat 583
Evangelium conceditur Vratislav. 591
Europa vnde dicatur, eius tractus 18. complectitur regna 19
Eburones 32
Electorum numerus & ſeries 102
Eccleſiæ poteſtas diſtincta à politica 90
Erneſtus de Gleichen perit 137
Evangelij doctrina Brunſuig. 168
Epiſcopus Waradini pro ſure intercedens 213
Excommunicatio Francof. ad Oderam 252
Erneſtus à Mandesloe 282. 283
Ericus Sax. dux 286
Epiſcop. Halberſtad. Ioan. de Hoyme 290
Evangelij lux Magd. accenſa 427
Epiſcopatus Miſn. 450. ei Budiſſ. additur 450
Encæniorum exitus cruentus 474
Ecbertus Marcb. I. Miſn. & During. 487
Exules Rotwilenſes 523
Evangelium liber aureis literis ſcriptus 507

F.

Frider. Daniæ regis filius 309
Franciæ ducatus & Herbipol. epiſcop. coniunguntur 321
Fridericus Suevus eques auratus fit 323
Frideric. II. Imp. queritur de Pontif. iniurijs 325
Frid. During. Landgr. 331. eius bellum 339. accipit com. Wimarienſ. 600. cum fratre Iſlebiam oppugnat

gnat 344. à Moguntinis illuditur 532. terrore moritur 341
Fridericus Saxon. el. bellicoſus Lipſenſ. Academ. inſtituit 370
Frid. I. Imp. pueros Noriberg. congregat 468
Frid. el. Brandeburg. Burggr. Noriber. 471. eius dictum de fœderibus 543
Fluuiorum nomina antiquiora 580
Fridericus Imp. à Viennenſib. obſeſſus 583
Frideric. III. elector Saxoniæ 616
Fleck D. vaticinans de Vitebergа 610. de Luthero 613. eum hortatur ibid.
Franci 25. Franci liberi 32. dominantur 225. redimunt ſe 141
Fridericus Miſn. Marchio liberatur 262. bella habet 261. recuperat Freib. 262 fratrem oppugnare vult 264. Vicethumum invadit 265. Torgam caput 569. eius ſtrages 271
Fridericus II. el. reſiſtit Boëm. 211. privilegia Dreſ. dat 212. eius ſepultura 115
Frider. Barbaroſſa Caſ. capite plectit homicidas 455
Fridericus de Tonna perit 137
Fraus Hattonis Moguntini archiepiſc. 139
Frider. Landgr. 190
Fridericus I. elect. Sax. fudit Boëmos 211
Frid. Wilhelm. Sax. dux, tutor 221
Ferdinandus Rom. rex Dreſdam venit 216
Feriarum dieb. lunæ abolitio 215
Frumenti penuria 205
Fames 238
Friſingenſis epiſc. 268
Fodinæ metallicæ Freibergæ 260
Fidelitas Freibergenſium in dominum 263
Fuldenſis Abbas 268
Fridericus ſapiens elect. 281 Acad.

Acad. VViteberg. fundator 607. 609

G.

ermaniæ ſitus 18
ermaniæ limites veteres 19 novi ibid.
ermaniæ diviſio vetus 20. nova 103. 104
ermanorum nomina 20. cur Tuiſcones dicantur 21 vnde Teutones appellentur 22. item Teutonici 23.
ermaniæ populi 25 eius circumferentia 20
ermanorum ſedes, bella 24
Germani vnde nominentur Alemanni 24
Germanorum varia nomina 26
Germanorum religio 59. 60. devotio 61. ijdem converſi & à Papis ſeducti 61. Evangelij luce illuſtrati 62. explorant indolem infantum 65. eorum vita 65. 66. mores, victus, veſtitus ibid. ritus matrimoniales 63. 64
Germaniæ vrbes, munitiones extructæ 104. 105. 106 diſperſæ 440
Germani literarum ignari 66. artes colunt 106
Germaniæ pars inculta 440
Getæ, Gothi 33. bellicoſi ibid. cæduntur à Claudio 34 Valentem Imperat. comburunt ibid. eorum ſedes 279. migratio 285
Gothiæ vox vnde 33
Gambrinij 35
Grunes ibid.
Grudij ibid.
Gunduni ibid.
Gothini ibid.
Groſſi angelici 116
Germanorum militia 66. politica dignitas & poteſtas 68. moneta 70. leges ib. reges & duces 72
Guntherus Magdeburgi archipræſul 107
Gebhardus Colon. archiepiſc. eccleſias reformare conatur 195. uxorem ducit ib.

Godeſcalcus Groppius Theol. 223
Görlicenſis cũ Niſſan. March. coniunctio 275. ad Bran. deb. March. traſit 276 à Boëmis auelli noluit 276
Gothæ mœnia diruuntur 284
Gothanus ager fœcundus 280
Groicenſis comitatus 288
Gibichenſtein 302
Georg. Scarabæus 314
Græci Rebnum coluiſſe putantur 572
Goſbertus Franciæ dux 320
Gerardus Epiſc. Würceburg. 327
Gulielmus Grumbachius in 4 partes ſectus 327
Gymnaſium Hirsfeldenſe 330
Georgij Saxon. ducis nuptiæ. 380
Georgius dux Megapolit. ciues Magdeb. cædit 432
Glomacius fons 395
de Gera familia 271
Grimmenſtein arx 280 deſtruitur 181. reparatur 284
Geilana 320

H.

Helvij 36
Harudes ibid.
Hedui ibid.
Hermunduri ibid.
Heruli ibid. trucidant Maximum epiſc. 539
Heneti 36 in Germ. inſuſ 603
Hunni 34. 36. venefici 37 immanes 38. Vngariã occupant 59. eorum reges 31 eorum crudelitas 601
Helvetij 36. repellunt Gallos 145
Hermannus During. rex 71
Heßi rebelles 326
Henricus II. Imperat. 125. Budiß. recuperat 173
Henricus Auceps 161. pius, donat Dreſdam Miſnenſ eccleſ. 161
Henricus IV. Cæſ. Brunſuigam capit 162. ſubigit Luſatos 175
Henricus Brunſ. ſenior Brunſuigam obſidet 165. facit cum ijs pacem 166. Goslariam

riam premit 278. Hannoueram oppugn. 314
enricus Brunſuic. dux Iunior 167
ildesheimenſes auxiliantur Brunſuigæ 165
enricus Sax. dux 182
anſæ civitates 193. 194. 626
uſſus, Hieronymus Pragenſis ut hæretici damnantur 198
uſiticum bellum 209. 211
uſitarum immane facinus 351. Pragæ graſſantur 503. Vratislav. vexant 589
enricus Illuſtris During. Landgr. 260
erbipolis arx 320
onorius III. Papa 325
enricus IV. Cæſ. prœliatur cum rebellibus 326. Wurceburg. capit 327
ennebergenſes Burrggrav. Würceb. 327. eorum inſignia ibid.
enricus Winkelius 329
elgravij 335
Henricus March. Miſn. demolitur arces 338
Hermannus Lotharingiæ dux Cæſ. deſignatur 349
Hentanus 320
Hoierus Mansfeld. comes 345
Hieronymus Mencelius M. 346
Hartmannus Dur. Landgr. 358
Harpya Giſelerus 445
Henricus II. Galliæ rex Metim occupat 447
Hieronymus Tileſius 463
Henric. comes Honſtein. 482
Horologium Pragæ 502
Henneberg. comes Bertbold. Marchio Suinfurti 554
Hetla Berthol. com. Hen. uxor. 555
Henneb. com. Wilhelmus tumultum componit 556
Henricus Probus 587
Henricus à Weida 592. eius vxores 592. eius filij quatuor ſinguli Henrici dicti ibid.
Henricus VI. Imperator 595
Herman. Wimar. comes 597. capitur 599

Hermannus Billingius Saxo. dux 306
Hamburgenſes ius ſibi vendicant in Albi 308
Hamburgenſ. lis cum Daniæ rege 309
Hamburgenſes multam pendunt Daniæ regi 310
Hamburgum cui ſubiectum ſit 310. homagiū præſtat 312
Henr. Iul. dux Brunſuicenſis 319
Hennebergenſis comes Bertholdus princeps deſignatur. 538
Henrici Voiti filij Henrici dicti 500
Hanſaticæ ſocietatis caput 401
Hexapolis, prima 170. ſecunda 275. tertia 624. quarta 351. quinta 177 ſexta 392

I.

Illyrici 38
Iſtevones ibid.
Ilingi 38
Incriones ibid.
Imperij legitimi decus 76
Ioan. Vngnad Baro Carinth. de eccleſ. benè merit… 135
Iuditha Vratilavi Boëmiæ regis filia 174
Ioan. Fridericus elect. Sax. capit urbes Miſn. 186. Dreſdam oppugnat 217. item Elbogam 224. Donawerdam capit 596. Halam recuperat 303. Lipſiam obſidet 387. Albertum Marchionem obruit 520. ducit ſponſam Torgam 571.
Ioachimi Brandeb. Marchionis nuptiæ 21…
Importunitas in Muſas 23…
Ignis iniectus à Monacho 236
Iudæi interemti 24…
Inſignia Francofurti ad M… num 2…
Incendia Freibergæ 2…
Ioannes epiſcopus Miſne… 265

Ioan. Wilhelmus Saxon. dux cum Auguſto elect. Grimmenſtein expugnat 282
Ioan. Fridericus Sax. dux capitur 283
Imperij inſignia Haganoæ 288. tranſlata 289
Ioan. Beyer 283
Ioann. Albertus archipræſul Magdeb. 303
Iudiciũ provinciale Lipſ. 369
Incendium Lipſiæ 362
Incendium Islebij 346
Iſacius Merſeburg. comes moritur 356
Ilenburgenſ. comitatus 342
Ilenburgi permutatio 353
Ioan. Spangenberg. M. 346
Iodocus Iſerman 329
Iudæi Ienæ conſediſſe ſtatuitur 330
Iſis Dea habetur 334
Iſis Aegypti regina in Germaniam venit 334
Ioachimici taleri 579
Ioan. Nauclerus 577
Iudicia imperij ante Cameræ conſtitutionem 551
Iulius Pflug Pontificius epiſc. Numburg. reijcitur 489
reſtituitur 490
Incommoda à copijs Maur. el. 462
Iudiciorum forma in 6. vrbibus quæ Hexapolis nomine dicuntur 393
Igneæ maſſæ conſpectæ 519
Ioan. Weidenſis 428
Iulanda de Rochlitz 513
Incendium reſtinguitur hydromeli 451
Iulianus Imp. 454
Ioan. Staupitius 610
Iuriſconſ. ex Viteberg. Acad. ibid.

K.

Klemme arx 338
Κειμήλια civitatis Lipſiæ 363

L.

Luneburgenſes deficiunt à ſuo duce 405
Laniones Moguntini archipræſulem defendunt 456
Ludovicus cognomento Bavarus

varus Imperator 467
Ludovicus Imp. Northuſ. obſidet 481
Ludus equeſtris Northuſii 485
Ludovicus Ferreus During. Landgrav. murum triduo conficit 487
Lybuſſa vatidica 501
Leringenſes principes 465
Lacticiniorum uſus liber 570
Liberalitas Zuiccavienſium 636
Löfflerus morio ducis Bavariæ de Luthero 613
Ludov. Dur. Landgr. condit Wardpurgum 335. cladem accipit 460
Lindavia propugnaculum Augusti Cæſ. 355
Leopoldus Auſtriæ dux 343
Lauingenſes libertatem amittunt 350
Leiſnicenſis Burggrav. 352
Leiſnic. comitatus translatio 352
Leiſnicij permutatio 353
Ludovicus Lignicenſ. princeps 854
Leopontij 38
Lemovij ibid.
Lotharingij 39
Lingones ibid.
Ligij, Luij 39.41
Longobardi 39
Lutiburi ibid.
Luſatia 170. Boëmis ſubijcitur 275. ad Cæſ. devolvitur 424
Luſati 31
Lapides ceciderunt 114
Lotharius Imp. 181. Vlmam diruit 185
Lis inter epiſc. Miſn. & Abbatem Chemnicenſ. 181
Lanius Evangelicis infenſus 247
Latro nobilis plectitur à Francofurt. 255
Ludus equeſtris 261
Lotharius Sax. elect. 286
Ludus illuſtris ad Muld. 287
Leinenrode arx 313
Ludgerus S. epiſcopus 31[illegible]

M.

Mellerſtadius D. elect. Sax. familiaris fundationem Acad. Witeb. urget 60[illegible]

de Zwiteb. divinat 609
Marchia, Luſatia venditur 415
Milites Adolphi Caſ. nefarij 461
Multa Mulhuſinorum 462
Martinus Lutherus indulgentias papal. impugnat 612
Wormatiam vocatus 620. Magdeburgum vocatur 428. eius patria 346. Erfordiæ concionatur 247
Magnus Lunæburgi dux 404
Mauricius S. Magdeb. patronus 423
Miſnenſes vnde dicantur 449
Monumentum Mogunt. 454
Meckelnburgia ditio 458. eius duces, ei adijcitur Vandalia & Stargardia ibid.
Mompelgardenſ. comit. 465
Munificentia Georgij Erneſti Henneb. principis 539
Magdeb. muniunt ciuitatem 425. fœderatos adiungunt ſibi 426
Manfredus Marchio 625
Marſaci 40
Marſi ibid.
Marſigni vel Marvingi ibid.
Marcomanni ibid.
Moravi 42.47
Mattiarij 40
Mediomatrici 40.446
Menapij 40
Morini ibid.
Miſnenſes 41.42
Marchia conſtituta 172
Marchia metropolis 154
Monarchia Romana ad Germanos venit 73. non tranſiit ad Turcos 74. eius inſtitutio divina 75. an per Papam facta ſit eius tranſlatio 83
Mariæ B.Virgin. idolum 315 ei fit votum 511
Mauricius elect. Sax. Auguſtam capit 134. Halam occupat 303. cum copijs Chemnicij moratur 182. inde abit 186. Zuiccaviã munit 638. Magdeburg. obſidet 430. in Lipſ. Acad. munificus 383. benignus

gnus 433. Miſn. ſchol. & conſiſt. inſtituit 450. eius bellum cum Alberto 476 interit victor 477
Metalli, auri & argenti copia 545
Maximil. I. Cæſ. queritur de raptu ſponſæ 198. puer non vult hordeo veſci 583 inſtituit Cameræ iudicium 551. dat electorib. poteſtatem Acad. inſtituendi 608
Maximilianus II. Cæſ. Dreſdam venit cum 4. filijs 219
Merbigius Francorum rex 441
Merovigius Duringorum rex 225
Moguntinus During. partem capit 230. Acad. Erfurdienſis cancellarius 233
Matthias Longus ſeditionis autor 293
Magdeb. archiepiſc. primatus 113
Mauritiburgum arx 302
Mauricij S. reliquiæ 415
Mœnus fluuius 347
Magiſtratus novus imperium 404
Meinardus epiſcop. Wirceb. 327
Michaël Abbas Hirsfeldenſis 330
Merſeburg. comitatus ad Cæſ. tranſit 357
Mercatores Lipſiâ migrant 362
Mercatus Numburgi 411
Marchiones Miſnenſ. 51

N.

Nariſci 43
Nemetes ibid.
Nervij ibid.
Norici ibid.
Nordlingi ibid.
Normanni 44
Nabartali ibid.
Nuithones
Nicolaus epiſcopus Conſtantienſis 27
Nicolai Huſmanni theol. la 635
Noribergenſes quomodo g

gant multitudinem populi 468
Nicolaus Amſdorfius epiſcop. Numburg. 488

O.

Oſi 44
Obetriti ibid.
Oſtfriſii 33
Otho I. Imperat. 131. Magd. ornat 410. Merſeb. 443 facit votum 411. reliquias nudis pedibus hyeme importat 415. excommunicatus 412. moritur 414. eius effigies ibid.
Obſidio Bremenſis 160
Otho Luneburgi dux 163
Otho pius Brandeb. 176
Otho Marchio captivus 222. locupletatus 260
Oſterſtein arx 271
Obſidio Halberſtad. 292
Obſidio Halenſis 299
Othonis Imp. IV. oratio 323 ad coniugium animum applicat 324. à cognationis iure abſolvitur 325
Otho March. Miſn. 357. eius res geſtæ 358. mors ib.
Otho rex Rom. 358. fugatur ibid. Lipſiam diruit 359
Obſidio Lipſica 386
Oeconomia Lip. 384
Olla ingens 498
Obſidio Magdeb. à Burchardo archiep. 418. à Maur. elect. 430
Obſidio Witeberg. 615
Olympia Fulvia Morata 558

P.

Proſcriptio Magdeb. 429
Phil. Melan. de Miſn. ſitu 449 vocatur Witebergam 613
Protectionis divinæ recordatio 452
Pons Miſniæ 448
Pons Pragæ 502
Pons Ratisbonæ 507
Pons Rochlicij 514
Pontificij Mulhuſ. reſtitui cupiunt 463
Perfidia Gervilionis Worma. episc. 619
Pontificiorum animus de Lutheri doctrina 509
Proteſtantes unde dicti 550. opponunt ſe Caſ. decreto ib.
Philip. Pom. ducis nuptiæ 571
Poëtas creandi poteſtas 582

Profeſſores Lipſ. Acad. 385
Profeſſores Acad. Witeb. 610
Pliſſenburgum arx 356. extructa 389
Philippus rex Rom. 358
Panegyris Lipſiam translata 362. confirmata 369
Prulij Lipſ. appellatio 366
Privilegium Magdeb. 425
Pacificatio Paſſavienſis 148
Poſtulatio iniqua epiſc. Brem. 159
Pentapolis 170
Pons Dreſdenſis 205
Petrus Dreſdenſis 209
Phil. Haß. Landg. nuptiæ 215
Peſtis 239
Puer à patre maledictus 266
Privilegia Hamburgenſ. 307
Proverbiū à Suevis ſumtum 402
Proverbium quod de homine tardo uſurpatur 342
Privilegia Zuiccaviæ 632
Pemani 44
Peucini ibid.
Pharodini ibid.
Papa an ſit caput eccleſiæ 91
an Papæ liceat transferre regnu 85
Papa coronationis miniſter 97
Papa Hadr. IV. arrogantia 84
Papa vult eſſe anima corporis imperij 93
Papa Bonifacius VIII. 94
Papa Bruno laudatur 93
Peccatorum confeſſores multantur 197
Pecunia pro peccatis exigitur 245
Prælium Huſſitarū & Miſn. 136

Q.

Quadi 44.49

R.

Rauraci 44
Reudingi ibid.
Rugij 45
Rheti ibid.
Rhinucij ibid.
Religioni pax data 103
Rudolphus Habſpurg. 143. ſit Cæſar 471. arces prædonum diruit 230. Viennam obſidet 58
Reliquiæ S. Annæ 11
Religionis diſſidiū Aquiſ. 12
Reip. forma bona 125. 13 pi 399

pro Religione propugnatio 127
Romani Germaniâ pulſi 143
Reformatio Acad. & eccleſ. in March. 254
Religio vera Goslariæ 277
Reformatio eccleſ. Freib. 266
Rhythmi Gothæ 284
Rupertus Magdeb. archiepiſc. 298. Halam ſubigit 301
Rebellionis pœna 297
Rudolphus Mylius 314
Reformationis doctrinæ chriſtianæ initium 612
Ruſſus præfectos cōburit 594
Religionis mutatio Tigu. 567
Reformatio eccleſ. Mulh. 462 eius memoria colitur 463
Reip. Noriberg. ordines 469
Rebelles Boëmi 504
Religio Chriſtian. Ratisb. 507
Ruina turris 510
Rupertus VVormatiæ præſul Boios convertit 530
Rutteni domini in Plauē 622
Ridacus dominus Lipſ. comes Merſeburgi 356
Rudolphus Schenckius 361
Rixa inter ſtudioſos & opifices Lipſ. 381
Reformatio doctr. Lipſ. 382
Reformatio eccl. Luneb. 408
Reformatio doctr. Miſn. 450
Reformatio Acad. Lip. 389

S.

Suevi 50. eorum ſedes 51. migratio ibidem
Suevici circuli partes 129
Suevorum militum petulantia 262. terror 263. clades 402
Saxones 25. 48. eorum duces 72. rebelles 326
Scandia 31
Sennones 45
Sebuſii ibid.
Salacij ibid.
Salaſſi ibid.
Seduni ibid.
Sicambri ibid.
Sideni 46
Sclavi 46. 50. reig. Chriſtian. oderunt 230
Sileſii 48
Salingi 49
Scythæ ibid
Suiones ibid
Serbi 50
Sorbi, Sorabi 50. eorum in-

conſtantia 173
Spectatu digna Argentinæ 125
Seduionis ruſticæ rei plectuntur 180
Smalcaldiæ nomen inviſum Car. V. Caſ. 544
Stratagema Georgij de Gütenſtein 152
Schola fuldenſis 268
Schola Lignicenſ. ducum 274
Schola Görlicenſis 276
De Schönburg dominorum ſedes 272
Scholaris à diabolo quaſſatus 258
Salis fontes 296
Salis vis & typus 297
Seditioſi cives Halberſt. 290. veniam petunt 292
Sophia Brabãtiæ duciſſa 337
Schola Islebienſis 346
Schola Lauingenſis 349
Seditio Lignicij 354
Scabini unde dicantur 368
Scabinatus Lipſenſis ibid.
Seditio Magdeb. 424
Saxon. & During. domini Mulh. ſubigere conantur 460
Schola Mulh. aboletur 463. introducitur 464. 622
Schola Altorfii 478
ex Schola Rochlicenſium multi prodière 517
Solem obſcuratum ſiccitas ſecuta 519
Sala fluvius 529
Sigiſm. imp. Boëm. rex 503
Seditio Northuſii 480
Schörburgij comites 499
de Salza domini 531. diſsidẽt inter ſe 532. eorum bona diſtrahuntur 537
Schmidebergenſis quidam oratur Turcæ 541
Seditioſi ſupplicio affecti 551
Sundiũ duorum regum & 10. princ. impetũ ſuſtinet 500
Suanhilde princeps generoſa 629
Scholv in duc. Wirtemb. 578
Solyman. Vienn. premit 584
Seditioſi puniũtur Vrati. 589
Suartzburgius comes capitur 599
Sepulcra illuſtrium perſonarum Witeberg. 604. 60
Studioſi Witteb. diſcedunt 61

T.

Teutonici ordinis fratres 335 initium 438

Theodor. March. inſidiæ ponuntur 359. capit Lipſiã 360 priuilegijs ornat Lipſ. 366

Tumultus civiũ Lubec. 399

Tumultus militũ Alb. March. Brand. & Ungar. 184

Tranſactio Magdeb. 432

Thermæ Toplicij 514

Tripurgum latronum caſtellum 531

Tranſactio Roſtoch. 524

Tumultus civium Roſto. 523

Templum cathedrale Magd. aperitur 434

Templa Miſnæ fulmine tacta 451

Thomas Monetarius 461

Theodoſius II. Imperat. 479

Tẽpla tot, quot dies anni 507

Tempeſtas calamitoſa 521

Tigurini locum mutant 563

Theologi Witeb. Acad. 611

Trebeta ex Chami poſteris natus 573

Turris ad S. Steph. Vien. 581

Thomas Haſelbach in explicatione 1. cap. Eſa. quot annos conſumſerit 582

Teutoni vox vnde 23

Tuiſcon 21. natus 22. Germ. rex ibid.

Tarentaſii 52

Tauriſci ibid.

Tectoſages ibid.

Teutomarſi ibid.

Tubantes ibid.

Teutonoari ibid.

Tencteri ibid.

Tigurini ibid.

Turingi ibid.

Treviri 55

Tribochi ibid.

Tungri ibid.

Tranßylvani ibid.

Theologi Brunſuigæ 168

Torneamentum Halæ 295

Theodmannus 320

Terræ motus 584

Templum Vlmæ 586

Tartari divinitus repelluntur 589

V

Vendi 47

Venedi 55

Veneti ibid
Vandali ibid
Vangiones 556
Vennones ibid.
Venetes, ibid.
Vbij ibid.
Veragri ibid.
Vſipetes 57
Virtungi ibid.
Vindelici ibid. 131
Visburgi 57
Vitæ ibid.
Vilzi ibid.
Vngari 58
Vlricus Aldenburg. Burgg. 111
Vrbium impery caput 142
Vratislaus Boem. rex 174
Voigtlandiæ domini 270
Vaſa ſacra auferuntur 304
Vincentius Gruner theol. 371
Veneris Idolum 409
Vrbes pulcerrimæ 588
Valens Imp. combuſtus 34

VV.

Wilhelmi Saxon. ducis fœdus 236 bellum 237
Wipertus comes Groicenſis 270. potitur Groiza 288
Wilhelmus à Stein 282
Wilhelmus Landgr. During. Halam obſidet 299
Woldemarus Sleſuicenſis dux 307
Woldemarus Anhaltinus 301
Woldemarus Marcb. Brand. 317
Weſtphali 26
Wilenſium interfectorum nomina quotannis publice leguntur 596
Wimariæ comites bonis exuuntur 59
Weſtfriſii 35
Wederavij rebelles 326
Wirtebergici [illegible]
Würceburgicus epiſc. & dux 321. tenet gladium ibid. expellitur 322
Würceburgici ab epiſcopo deficiunt 321
Wardpurgum arx 335. *Landgrav. During. ſedes 337. oppugnatur* 339
Woldemarus elect. Brandeb. reconciliare cupit Magd. cum epiſcopo [illegible]
Wenceslaus Boemiæ rex [illegible]
Wilhelmus Cocles March. [illegible]
[illegible]

FIA Y LETRAS

Witikindus iunior 513

X.

Xenodochium VVurcepurg. 321

Z.

Ziſca Boëmus 504

Zviccavienſium fides in Ioan. Fridericum electorem 639

ERRATA.

Pag. 130.lin. 12. lege ſolum. 146.l.1.conſtituta.156.l.14.Othonis. 163.l.23. vrbe. 222. l.1. confecta. 231. l.17. Et. 247.l. 20.inveniebantur. 255. l.3.cepit. 276.l.15. at. 279. l. 3. temporibus. omittatur punctum. 298. l.8. ſenatus. 327. l.16.inter.332. l.18. Ingolſtadium. 453. Moguntia. 402. l. 3. minimè. 457. l.16. amœnitate. 486. l.19.ad. 488.l.ult.ſpectaculo. 494.l. 20. Fridericum, item 21.translata. 514. l. ult.eſt. 518.l.5. memoriæ.519. l.22. quod. 525. l.10. ſuſtentatur. 600. l.13. vendicabat.

LIPSIÆ

MICHAEL LANTZENBERGER excudebat.

Sumtibus IACOBI APELII *Bibliop.*

CVM PRIVILEGIO.

Anno

M. DC VI.